BIBLIOTHECAE VFFENBACHIANAE MSTAE

PARTES TRES PRIORES,

QVIBVS

CODICES EBRAICO-RABBINICI ET GRAECI

A

IO. HENRICO MAIO F.

RECENSITI

VNA CVM ORIENTALIBVS RELIQVIS

COMPREHENDVNTVR.

BIBLIOTHECA VFFENBACHIANA MSSTA

SEV

CATALOGVS ET RECENSIO MSSTORV[M]

CODICVM

QVI IN BIBLIOTHECA

ZACHARIAE CONRADI

AB VFFENBACH

TRAIECTI AD MOENVM ADSERVANTVR

ET

IN VARIAS CLASSES DISTINGVVNTVR

QVARVM PRIORES

IO. HENRICVS MAIVS FIL. PROF. ORDINAR. GIE[SS.]

RECENSVIT

RELIQVAS POSSESSOR IPSE DIGESSIT

QVI OMNEM ETIAM HANC SVPELLECTILEM

LITERARIAM SVAM

AD VSVS PVBLICOS

OFFERT.



HALAE HERMVNDVRORVM

IMPENSIS NOVI BIBLIOPOLII MDCCXX.

C

HV

AE

VERIS OMNIBVS
STRENVIS AC HONESTIS

LIBERALIVM
ARTIVM
ET
SOLIDIORIS
ERVDITIONIS
CVLTORIBVS

HVNC QVALEMCVNQVE MSSTORVM
ADPARATVM SVVM
AEQVISSIMIS SVB CONDITIONIBVS
L. M.
D. D. D.
POSSESSOR
ZACHARIAS CONRADVS
AB VFFENBACH.

LEGES ATQVE CONDITIONES
SVB QVIBVS

POSSESSOR

OMNEM HANC SVAM MSSTORVM
SVPELLECTILEM

VIRIS

DE RE LITERARIA
BENE MERERI VOLENTIBVS
DENVO OFFERT

I.

OMNIA IN PVBLICOS NIL VERO PRIVATOS
AD VSVS EXPETANTVR BONA ETIAM FIDE
ADHIBEANTVR AC TRANSFERANTVR.

II.

AVTHENTICA VEL MSSTI CODICES IPSI
NE DESIDERENTVR.

III.

NVLLVM SCRIPTVM EDATVR SINE BIBLIO-
THECAE E QVA SVBMINISTRANTVR
MENTIONE.

IV.

HARVM LEGVM ATQVE CONDITIONVM
RATIONES IN SEQVENTI EPISTOLA LEGANTVR
AC NE VEL SINISTRE IVDICETVR VEL IN
FRAVDEM AGATVR PROBE
EXPENDANTVR.

IOH.

IOH. HENRICO MAIO
SVO
ZACHARIAS CONRADVS
AB VFFENBACH
S. P. D.



Vas familiariter Tibi hactenus egi gratias, *Amice Charissime*, eas nunc publice soluo quantum possum maximas. Quod vt faciam, graues admodum rationes suadent. Recte enim mea certe sententia, Philosophorum ille sapientissimus, *Seneca*, quem tanti facere, ac tam libenter audire Te scio: *Quidam*, ait, *furtiue agunt gratias et in angulo et ad aurem: non est ista verecundia* (addo: nec grati animi testatio) *sed inficiandi genus. Ingratus est, qui remotis arbitris agit gratias.* Cum igitur, postquam Codices meos Ebraicos atque Graecos in priuatos solummodo vsus nostros excusseras, primus non modo Auctor mihi fueris, vt hanc, cuius nunc prior pars prodit, MSStorum meorum recensionem publici iuris facerem, sed doctas etiam manus Tuas auxiliatrices vltro obtuleris, ac Codices Ebraicos atque Graecos summa diligentia illustrandos in Te recipere volueris, ingrati animi labem vix effugerem, nisi quantum eo nomine Tibi publicum, ac ipsemet debeam, publice testarer. Nisi enim amicis Tuis persuasionibus ac grauibus hortationibus me vicisses, adduci vix potuissem, vt immensam, qua Orbis Literarius laborat, librorum molem augerem. Dum enim inter caetera argumentorum pondera, id quoque vrgeres, me finem, quem in comparanda Bibliotheca mihi praefixum sciebas omnino praecipuum: *vt scilicet rem literariam ac egregia doctorum Virorum studia adiuuarem*, minime consequi posse, nisi quae qualiscunque mea supellex suppeditare, ac Eruditi a me exspectare possint adminicula, palam constet, manus non solum dedi, sed operi ipsi serio tecum admoui. Quod si igitur, vt equidem confido, rem si non omnibus, Bonis saltem gratam, ac Rei Literariae vtilem fecerimus,

rimus,

rimus, erit de quo gaudeamus. De Tuis ſane ſpes mihi certa eſt, quod ab omnibus probabuntur. Non excurram in laudes Tuas, ne in eundem tecum, quod nimio erga me amore ductus, aliquoties feciſti, lapidem impingam, vetat etiam verecundia Tua ſingularis, obſtat amicitia mutua, ac ingens meus in Te Amor, *quem in iudiciis coecutire* Plato ait, ac tumet ipſe, *Amice chariſſime*, dum nimiis me laudibus euexiſti, proprio, vt iam innui, exemplo comprobaſti, prohibet denique mea, quam ingenue profiteri non erubeſco, in Ebraicis imperitia. Alii meritis Te tuaque proſequentur laudibus, ac ſera etiam poſteritas ſingularem ſolidamque Eruditionem Tuam ad Aſtra feret. Meum eſt vt dignas, ſi modo poſſem, Tibi, *Amice dilectiſſime*, gratias agam, quod tantam tamque benivolam Codicibus meis operam praeſtiteris. Gratulor Tibi etiam quod mortuum, vt ita dicam, foetidumque Ebraeorum mare laetumque Graiorum Archipelagum tam feliciter emenſus, portum attigeris, ac Gazis haud contemnendis, quas patefeciſti ac reportaſti, Orbem Literarium ditaueris. Nemo mirabitur, quod mortuum foetidumque Ebraeorum mare nominarim, qui cogitat, quantis ineptiis ac putidis commentis Rabbinorum ſcripta ſint refertiſſima, quantumque taedii atque laboris inſumendum ſit ei, qui vniones ex iſthoc ſterquilinio ruſpari ac veteres Codices Ebraicos lectu atque intellectu difficillimos, ac non raro peſſime ſcriptos, ſitu et ſqualore obſitos, horrendo, quod plurima meorum Voluminum ſubierunt, incendio pene abolitos, male habitos, ſordidis verporum manibus deturpatos, ac denique cepe atque allium olentes euoluere ac perluſtrare conatur. Certe ſi ex *Horatii* ſententia

Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit Pelago ratem Primus etc.

nemo facile huic ſeſe committet Pelago, niſi cui

de meliore luto finxit praecordia Titan,

quique in Orientalibus rebusque Iudaicis et Philologicis ſit verſa-

verſatiſſimus. Quam vero feliciter Tu illud, *Amice dile-ctiſſime*, vt iam dixi, emenſus ſis, ac quae cimelia reportaueris, res ipſa ac Pars huius noſtri Catalogi prima loquitur. Mirabuntur ea, ac ambabus, quod aiunt, manibus excipient, qui his ſacris ſunt initiati, omnes vero agnoſcent, non modo poma Adamitica hic legi, ſed eximia multa detegi poſſe, quae ad Theologiam, Philologiam, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Res potiſſimum Iudaicas, ac omnem Eruditionem faciunt. Graeca vero quod attinet, tanta induſtria Codices meos excuſſiſſe, ac tanta eruditione illuſtraſſe mihi videris, vt omnes ſtudium Tuum mecum ſint laudaturi. Vtinam plures modo benigna ſors dediſſet. Aſt tam rara, his praeſertim in oris, eorum meſſis eſt, vt meo, quod in remotis, maximam partem, terris, facere licuit ſpicilegio acquieſcere debeamus. Iniurius certe forem, ſi de Fortuna conqueri velim, cum ſatis liberalem ac propitiam in reliquis ſe praebuerit; quod omnes mecum fatebuntur, qui hanc Catalogi partem, ac alteram, ſuo tempore perluſtrabunt. Vtinam vero pari tecum, *Amice Chariſſime*, ſtudio atque ſolertia caeteros Codices meos euoluere, recenſere ac deſcribere licuiſſet! Debuiſſem, fateor, ſingulos maiori cura recenſere, notabiliora excerpere, edita ab anecdotis magis ſollicite diſtinguere, quantum illa vulgatis praeſtent, indicare, ac memorabilia quaeuis de omnibus notare. Aſt non modo aliae occupationes, frequens inſuper Bibliothecam perluſtrantium concurſus ac haud leue litterarum cum Exteris commercium quam maxime volentem prohibuerunt; ſed ipſe etiam Codicum numerus obſtitit potiſſimum, quo minus diligentia exactiori peruoluere potuerim. Quantae enim molis ac difficillimi laboris res ſit, veteres manu exaratos Codices ſollicite indagare atque perluſtrare, nemo intelligit, niſi qui illis tractandis inſudauit, talesque noctes diesque ipſe verſauit. Hinc facile praeuideo, fore vt proletaria opera noſtra pleriſque videatur et arduus ac improbus quem exantlauimus labor contemnatur, quod aequo animo laturus ſum, ſi modo ab iis qui haud ignorant, quid diſtent aera lupinis non plane improbetur.

Alio fortaſſe tempore magisque commoda occaſione plenior penitiorque de praecipuis notitia, Deo volente! dabitur. Quod ſi enim hac vice ſingulos fuſe enarrare, conferre, excerpere, illuſtrare, ac tuum exemplum, *Amice Chariſſime*, ſecutus, e potioribus ſpecimina producere voluiſſem, quot anni quotue volumina huic labori ſuffeciſſent? Et licet ſuperficiarius ac leuis admodum labor quem nunc impendere licuit, ignaris multis videri poſſit, alii tamen erunt, qui rectius de praeſtita opera adhibitoque ſtudio atque diligentia iudicabunt. Illi vero ſciant hoc opus minime ad Eruditionem oſtentandam, ſed animum ad rem literariam promouendam atque augendam promtum declarandum, ac eruditorum Virorum ſtudia adiuuanda ſuſceptum eſſe vnice. Ne vero nudos nunc ſaltim Titulos darem (quanquam nec proletarius labor nec leue opus fuerit iuſta quibus plerique carebant rubra praefigere,) plerorumque argumenta, Capitum Elenchum atque lemmata, ſi quae praefixa aut in margine adſcripta fuerunt, non modo deſcribere, ſed cum *ſeculum*, quod viuimus, *vere ſit diplomaticum*, quidquid Tabularum ac veterum chartarum et monumentorum occurrebat, ſumma diligentia annotare volui. Quae omnia etſi non ſine maximo, Hercule! labore ac taedio multo praeſtita ſint, vereor vt omnibus probetur inſtitutum meum, quod nec mihimet ipſi, ingenue fateor, prorſus placuit. Neque enim omnia volumina lemmatibus inſtructa, ſed praeſtantiora plerumque his carebant, nec ab ipſis ſaepe auctoribus illis ornata, ſed ab aliena, ac non raro imperita manu adiecta, ita vt neque argumenta libri exhauriant, neque praeſtantiora ac memorabiliora ſiſtant, ſed his omiſſis, leuiora, obuia atque trita haud raro exhibeant. Cum vero non vbique hi defectus occurrant, ac ſi non vbiuis plenam atque exactam, aliquam tamen Voluminum notitiam praebeant ac ſynopſin, ſpero fore, vt hoc conſilium non omnino improbetur, nec ſiniſtre de ſtudio noſtro ac ipſis etiam Codicibus meis iudicent cordatiores, hoc quod dixi moniti. Omitti equidem ac corrigi nonnulla potuiſſent, ſatius tamen duxi, omnia bona fide dare atque exhibere,

quam

quam quidquam vel demere vel immutare. Quod vero diplomata ac coetera veteris ac nostri aeui monumenta excerpserim, eo maiorem omnes confido, gratiam habebunt, quo maiorem omnino vtilitatem praestent et ardentiori studio a solidioris Eruditionis cultoribus, ac solertioribus Antiquitatis ruspatoribus expetantur atque his nostris praecipue temporibus excipiantur. Ideo nullis peperci laboribus, vt omnia studiose annotarem, ac qua potui, summa fide enarrarem. Cum enim pleraque, vt iam dixi, rubricis caruerint, ac hinc inde fuerint dispersa, variis etiam linguis contexta ac ob vetustatem et solitam librariorum inscitiam lectu haud leuia esse soleant, quiuis facile intelligit, quantum fuerit opus atque negotium tot volumina lectu atque intellectu ob characterum varietatem, vetustatem ac temporis iniuriam difficillima peruestigare atque ex his diplomata ac veteres chartas, colligere atque indicare. Sed haec de mea qualicunque opera atque diligentia monuisse sufficiat. De methodo vero atque ordine quo Codices digessimus, ac de ipsis Codicibus non pauca adhuc forent addenda. Ast illum quod attinet, multa de eo praefari eo minus opus erit, quod suetam scientiarum disciplinarumque seriem, quantum fieri potuit, seruauerimus, ac totius operis schema doctorum Virorum oculis iam alibi expositum fuerit. Hoc vnicum monendum, quod cum nonnulla sint volumina, in quae prioris Possessoris parsimonia vel Bibliopegi nonnunquam oscitantia, libelli diuersi admodum argumenti congesti fuerint, priora vel potiora spectare, atque ea in parte ad quam isthaec pertinere videbantur, omnia quae complectebatur volumen, enarrare maluerimus, quam eiusdem Codicis mentionem toties repetere. Cui tamen confusioni index in fine adiectus medebitur. De Codicibus ipsis ac qualicunque eorum, quam *Dei gratia* comparaui supellectili multa verba facere non solum Epistolae, quae iam modum excedit, breuitas, sed modestia praecipue ipsa cohibet. Non inutilem equidem vanam ac Eruditis ingratam fore spero, quam in illam comparandam posui operam atque industriam. Etsi enim non idem in singulis par-

tibus adparatus occurrat, ſed in aliis praeſtantior et maior, in aliis minor ſit, cum ea, quae ad ſtudia mea potiſſimum faciunt, maiori, vt par erat, diligentia collecta fuerint, ac ipſa etiam fortuna in nonnullis clementiorem ac liberaliorem ſeſe praebuerit; erunt tamen, confido, in ſingulis partibus haud pauca, quae rem literariam augere, ornare ac ſtudia doctorum Virorum adiuuare poterunt, etſi haud ſim neſcius, exigua nonnulla ac leuioris momenti admixta eſſe. Haec contra illos Ariſtarchos monenda ſunt, qui, cum librorum ſelectum maxime crepent, quid ille ſit, penitus tamen ignorant. Hi non niſi ranas ſuas Dianas putant, ac quae ipſimet non poſſident, alto ſupercilio ſpernere ſolent, alios vero, quid diſtent aera lupinis, plane ignorare exiſtimant, aliena ſcilicet cimelia quisquilias reputantes. Selectum vtique probandum ac ab iis, qui Bibliothecas inſtruunt adhibendum eſſe, nemo cui ſanum eſt ſinciput, negabit. Hunc enim qui negligit, ac ſine iudicio et ratione quascunque chartas futiles ac librorum quorumuis aceruos ſine criſi accumulat; nae blattis, tineis ac muribus penarium potius, ac ſtultitiae domicilium, quam Bibliothecam et Mineruae Muſarumque Sacrarium parare atque exſtruere videtur. Illi vero, qui nimis ſcrupuloſi, ac ſuperciliosi ſunt, ac non niſi opera rara, voluminoſa, ſplendida ac pretioſa requirunt, pari ſtultitia agunt, ac ſi artificum ac operariorum quiſquam rudiora inſtrumenta ac viliora organa, quae maximam tamen vtilitatem ad quoduis opus, quod prae manibus habent operarii, praeſtare ſolent, quibusue carere vix poſſunt, ex officina ſua eliminare, ac nonniſi tenuiſſima, ſubtiliſſima ac pretioſiſſima, quibus alii vix ſemel in Anno vtuntur, admittere, vel maioribus, rarioribus, ſingularibus et ad ſpectaculum magis, quam vſum excogitatis atque compoſitis machinis tabernam ornare atque inſtruere vellet. Quemadmodum enim hic ad omne opus ineptus foret et ad panem lucrandum victumque parandum parum idoneus; ita illius Bibliotheca tantum abeſt, vt omnem quam deberet vtilitatem, praebere poſſit, vt oculos potius quam mentem poſſeſſoris ac aliorum paſcere ac ſatiare

tiare

tiare queat. Quemadmodum vero, vt in simili pergam, ille quoque opifex quam maxime impingeret, qui quaeuis instrumenta vndique corraderet, ac tabernam suam talibus, profusis sumtibus, adeo repleret, vt neque ad opus elaborandum locus remaneret, neque aptum e tanta farragine organon vel instrumentum, prae nimia multitudine, reperire posset; ita is quoque, vt iam supra innuimus, peccaret, qui quaeuis sine discrimine ac iudicio conquireret scripta, iisque forulos potius suos oneraret, quam animum ornare atque erudire posset. Alio exemplo, quod ipse *Paulus* sanctis ecclesiae organis applicare et in sacris etiam adhibere non dubitauit, rem, si opus foret, explicarem atque illustrarem; Sed quis veritatem veteris illius sententiae Plinianae *quod* vix vllus (nam ita mitigandam puto) *liber tam malus sit, qui non aliqua sui parte posset prodesse;* non agnoscit? licet enim, vt iam dictum, non omnes libri proletarii, siue manu siue typis sint exarati, promiscue coemendi sint, cum tamen irreparabilis ac grauior illorum manu scilicet scriptorum iactura sit, in conseruandis et ab interitu vindicandis MSStis minus scrupulosos nos esse debere existimo. Interest enim Rei Literariae: *ne quid pereat!* quod scilicet aliquam vtilitatem praestare possit. Quod si enim maiores nostri hoc considerassent, quantis veterum thesauris iam gauderemus, quorum iacturam atque interitum iam deplorare tristes cogimur. Superioribus enim seculis, cum non nisi Philosophia ac Theologia scholastica, Ius Canonicum, ac Galenica Medicina eaque spuria, ab Arabibus scilicet contaminata, floreret, nulla nisi quae ad haec, quae iam nominauimus studia facerent, seruata, quae vero ad humaniora, elegantiora ac solidiora pertinebant, velut leuioris atque inutilis argumenti spreta, ac vermibus atque muribus in escam vel Bibliopegis, bracteatoribus et aliis ad opificia profana, eorum vero destructionem concessa fuerunt, cum haec potius seruanda et scholastica illa deliria ac reliqua ad exterminandum omne vermium ac murium genus, velut omni arsenico tutius remedium, adhibenda merito fuissent. Haec omnia ideo a me dicta, *Amice Charissime*, agnoscis, ne

maleuolus quispiam, si aliqua forte scripta animaduertat, quae ipsi non adeo magni momenti vel quod ad palatum vel rem suam non sint, nullius omnino pretii videntur, omnem plane industriam nostram damnet atque improbet. Opponere quoque possem praestantissimas quasuis Bibliothecas, in quibus leuiora etiam locum habent. Quam multa afferre liceret, quae in celeberrimis Angliae Bibliothecis, quas per aliquot Mensium spatium summa diligentia perlustrare ac perquirere fategi ac aliis Bibliothecis celebribus a me in itineribus obseruata sunt, si huius loci esset. Hoc vero vtique commonendum atque indicandum est, haud pauca occurrere, quae studio non acquisita, sed quod a prioribus possessoribus in vnum volumen congesta, cum aliis, accesserint, nec in Catalogo reticeri debuerint, cum bona fide omnia recensere constitutum fuerit. Idem dicendum est de iis, quae anecdotis hinc inde immiscentur, etsi, quod haud diffiteor ac de plerisque in ipso opere commonstraui, typis exscripta prostent, quanquam exiguus eorum prae reliquis numerus sit. Neque enim e MSStorum censu statim eliminanda fuerunt, cum vel meliora, correctiora atque auctiora haud raro esse soleant, nec ideo potuerint neque debuerint cum coeteris omitti, cum quae exigua nobis ac proletaria videntur, non leuem aliquando vtilitatem aliis praebere soleant ac praeterea quidquid est MSStorum, atque adeo integram omnino supellectilem ad publicos vsus sine discrimine et absque vlla exceptione candide atque sincere offerre propositum fuerit. Vtinam vero absque vlla conditione id fieri potuisset, nec vlla cautione opus fuisset! Ast cum non omnes, qui Musis nomen dederunt, ac artibus liberalibus et humanioribus mancipatos sese atque addictos profitentur, liberali animo praediti sint, vel debita humanitate agant, sed inhonestos, viles, iniurios, iniustos atque ingratos non raro se praebeant, adeo, vt Vir Cl. qui elegantem *de Charletaneria Eruditorum* libellum edidit, peculiarem eumque ampliorem *de Chicaneria et Fourberia* eorundem componere posset, idque eo facilius, quod in praefatione versioni Germanicae Catalogi Historicorum Fresnoyani

de

de illis Vir Optimus conqueratur; Nosmetue ipsi amplissimum iam ingratorum Catalogum eidem suppeditare possemus; nemo sinistre interpretabitur vel vitio facile vertet, quod leges nonnullas praefigere constituerimus. Quae licet aequissimae Honestis omnibus videbuntur, eorum tamen rationes reddere atque explicare grauibus de causis cogor, ac Tua, *Amice Dilectissime*, pace id me hoc etiam loco facturum confido. Antequam vero ad earum declarationem accedam, hoc praemonendum est, me veris non mercenariis illis Theologiae, Iuris vtriusque, Medicinae ac Philosophiae, vt a vulgo (quod pace tamen spectatorum horum Virorum dictum sit!) salutantur, Doctoribus ac quibuscunque aliis dignitatibus atque muneribus conspicuis Viros tamen eruditos sese mentientibus, vel hos vna cum Musis ipsis spernentibus, quorum vt vbiuis terrarum, ita in nostra quoque Ciuitate haud exiguus in omnibus fere Ordinibus numerus est, sed veris inquam, *strenuis ac honestis liberalium Artium solidiorisque eruditionis Cultoribus*, quod non sine ratione vrgeo, cimelia mea sacra voluisse. Qui enim eo solum fine, quod plurimi faciunt, studiis operam nauarunt, vt nil addiscerent, nisi quod de pane, vt aiunt, lucrando sit, vel etiam si artibus humanioribus leuiter tincti, studiis liberalioribus, postquam aliquam spartam adepti sunt, ita valedicunt, vt iis omnia, quae ad ea pertinent, plane sordescant, his literariam supellectilem offerre stultum, imo piaculum foret, cum talem studiose conquirere non vtilis, sed insana opera ac demens plane pecuniae, quae iuxta Horatianum illud prae omnibus quaerenda, profusio ipsis videatur. Solam igitur *auream praxin* cogitant satisque putant, si spartam ita omnibus viribus exerceant, vt modo pinguem reddant, quomodo ornent, parum solliciti. Sufficiunt his, quos ex Academiis secum reportarunt Collegiorum, vt vocant, Thesauri, cum curta admodum librorum, qui ad auream praxin faciunt, supellectili; omnia vero, quae ad hanc non plane pertinere videntur, alto supercilio velut insulsas otiosorum hominum ineptias atque quisquilias eruditas spernunt. Similes scilicet sibi quaerunt

 labra

labra lactucas, ac huc potiſſimum quadrat, quod omnibus libris meis, pro nota praefixum cernitur, emblema, cum hac ex *Petronianis* fragmentis petita inſcriptione:

Inueniat quod quisque velit: non omnibus idem eſt
Quod placet, hic ſpinas colligit, ille Roſas.

Delectentur igitur alii ſpinis ſuis ac opima etiam inde lucra ferant, modo roſeta mea ab illotis manibus et liuore intacta relinquant. Haec enim *non niſi ſolidioris Eruditionis cultoribus patebunt*, atque *his ſolis* litterariae noſtrae dapes paratae ſunt, modo paucas de quibus citra vlteriores ambages nunc agam, conditiones ratihabere velint. Primo dixi: *Omnia in publicos, nil vero ad priuatos vſus expeti ac bona etiam fide adhiberi atque transferri debere:* Non enim ex eorum ſum numero, qui libris non aliter vtuntur quam tapetibus, parietum ſcilicet ornamentis, vel vt verbo dicam: ad ſolam oſtentationem. Neque illorum moroſorum vnquam probaui ruſticitatem, cum inuidia et ſtultitia haud minori coniunctam, qui ſibi ſolis ſapere, ac ſuis deliciis priuatos intra parietes gaudere ac ſoli perfrui volunt. Eorum etiam Bibliotaphorum liuorem atque inſaniam cane et angue peius odi, qui corraſis Theſauris litterariis neque ipſi vtuntur, neque aliis eorundem vſum permittunt, ſed perpetuis tenebris abſcondere ac perdere malunt. De his iuſtiſſimae cordatorum multorum Virorum querelae proſtant, graphiceque illos *Laurentius Pignorius* Epiſtola XXXIII. depingit, quod ſcil. *Bibliothecas* (niſi Bibliotaphia malimus appellare) *refertiſſimas habeant ineditis bonorum Auctorum foetibus, eo conſilio, vt in compedibus habeant immortalia monumenta ingeniorum, donec illas ignis fortuitus redigat in fauillas, vel vis maior hoſtilitatis alio auertat.* Plures atque non minus triſtes caſus, quae Bibliothecas ab illotis atque inuidis manibus detentas manere ſolent, addi poſſent, ſi huius loci eſſet. Horum itaque in comparanda Bibliotheca propoſitum vnice laudandum atque approbandum puto, qui non alium finem atque ſcopum habent, quam vt libris animum ſuum ita paſcant, vt non modo doctiores melioresque euadant, ſed rem

Lite-

Literariam vel ipsi ornare atque augere possint, vel aliis, vt faciant, subsidia atque adminicula praestare queant. Quemadmodum igitur oppido errant, qui alio consilio Bibliothecas instruunt; ita quoque illi grauiter peccant, qui non eo animo libros ab aliis requirunt, vt ad publicam atque communem vtilitatem transferant, sed vel in solos vsus priuatos conuertant, vel quod peius est, suam qualemcunque supellectilem ac librorum cumulum cum detrimento aliorum modo augeant. Tales Harpyiae hac ratione alios suis emungere, bonorum consilium ac publicum defraudare, ac alienis magno labore, nec minoribus sumtibus partis superbire pulcrum existimant. His igitur obex ponendus erat, quem nec facile nec impune perfringant. Nisi igitur quis edocere poterit se hoc vel illud MStum in publicos vsus edere vel ad opus quod moliatur, vtiliter adhibere velle, ac re vera et quam primum fieri possit, id se facturum probarit, nil a me exigat, nisi repulsam ferre velit. Si qui vero fraudulentis fallaciis agere, fucum facere, ac fidem datam, quod saepe mihi contigit, postea frangere velint, hi caueant, ne in album ingratorum referantur, ac nomen suum atque facinus atro carbone notatum, publice, cum iis, qui in reliqua impingunt, expositum aliquando videant. Bona vero, quam requiro, Fides exigit non modo, vt in publicum omnia edantur, sed etiam, vt fideliter, hoc est, sine fraude doloque malo proferantur, integra scilicet, non mutilata vel interpolata, quod non nisi malae Fidei ac profani homines, qui procul a meis sacris absint, agunt.

Quod secundo loco *authentica vel Codices ipsos denegarim*, nemo in malam partem rapiet, qui sequentes rationes aequo animo ponderabit. Si enim ipsa volumina mea darem, accideret, vt omnis Bibliotheca mea peregrinari cogeretur, ac non nisi vacui Possessori remanerent foruli. Deinde quantis cum periculis ac detrimentis coniuncta sit librorum transmissio, experientia didici, ac quantis taediis, iniuriis, malitiis ac damnis mea facilitas atque liberalitas non raro compensata fuerit, probe expertus sum. Quis enim non intelligit libros trans-

mittendo non meliores, ſed deteriores fieri, conſarcinatione et pluuia facile corrumpi, ac vectorum oſcitantia ſaepius perire? Porro etſi bene reddantur, ac ab iis etiam, quibus conceduntur, rite habeantur, quam male ſaepe numero cum iis agitur, ſi mutuantes Fata eripiant? Tunc enim ab iniuſtis heredibus vel plane negantur, vel ab imperitis reperiri nequeunt, vel denique ab aliis rapacibus manibus auferuntur. Quam multi vero ſunt, qui libros, quos mutuo acceperunt, ita detinet, vt vix Herculea claua extorquere poſſis? Alii vero adeo perfrictae frontis ſunt, vt ſacrilegas manus alienis libris iniicere, eosdem caſtrare ac truncare non dubitent, vel variis aliis modis corrumpant, vel tergiuerſentur ac reſtituere plane denegent, adeo, vt vel centies ſua repoſcentibus ſurdas omnino aures obuertant. Vera me dicere propriis quae iam iam beniuolo ac nimis interdum liberali mihi contigerunt exemplis, ac aliorum ingenuorum Virorum, quae paſſim leguntur, querelis grauiſſims iterum comprobare poſſem, niſi nonnullorum famae, licet aliud mereantur, parcendum eſſe ducam. Sanae vero mentis nemo improbabit, quod cum praecauto opus eſſe meo damno didicerim, maiori impoſterum cautela prouidere ſtudeam. Inuitus autem, fateor, eam adhibeo, cum me non lateant, quae ſecum fert incommoda atque impedimenta. Graue omnino Bonis omnibus accidit, quod ob malorum hominum nequitias, ac coetera, de quibus dixi incommoda ab oculari authenticorum Codicum ipſorum inſpectione arceantur. Horum enim perluſtratio non ſolum magis iucunda, tuta ac interdum plane neceſſaria eſſe ſolet; ſed apographa, quae ſola offerre licet, multum difficultatis habent. Non leues enim ſumtus requirunt, quos equidem ii libenter, ac vti par eſt, impendent, qui in ſuos ac publicos ſimul vſus quaedam deſiderant, modo de dexteritate, fidelitate atque induſtria Amanuenſium ſecuri eſſe queant, cum conſtet, quanta plerumque eſſe ſoleat horum imperitia atque oſcitantia. Dum vero curare ſoleam, vt tales ſemper ad manus ſint, quibus ea, quae in proprios vſus deſcribenda ſunt, demandare queam, ac in arduis vel lectu difficilioribus adiuuare con-

consueuerim; non facile conquerendi de apographis caussam futuram confido, in primis, si non modo debita mercede, quam nemo denegabit, ac potius vnde sufficienter recipiant, quilibet curabit, Amanuenses remunerentur, sed praemio ad scripta ad archetypa diligenter exigenda alliciantur. Ipse vero quantum in me est, ac aliae occupationes siuerint, sedula inspectione ac instigatione opus vrgebo. Quod certe eo lubentius faciam, cum omnis scopus, vt iam supra monui, atque mox denuo dicturus sum, eo collimet, vt rem litterariam hoc modo promoueam, ac Eruditos omnibus viribus adiuuem. Hic enim primarius finis fuit, cur in animum, vt Bibliothecam instruerem, sumserim, hoc etiam consilium fuit, quo ad vulgandum praesentem Catalogum a Te, *Amice Charissime*, vt iam initio professus sum, induci me passus sim, haec denique ratio est, quod nunc gratis omnia sine vlla exceptione offeram. Vnicum qualiscunque studii ac diligentiae meae praemium, ea, quam *tertio loco* posui, *conditione* exposco. Ne vero vitio, quo tamen illam ipsam carere existimo, et hanc vertant maleuoli, publice hic repetenda duxi, quae olim in familiaribus ad Te litteris perscripsi: *Splendorem etsi operi* (de Catalogo hoc nostro sermo erat) *quod tanto labore tantisque sumtibus constat, optassem, sperare tamen ex alibi dictis rationibus in Germania nostra vix licet. Sufficere debet, quod in lucem demum prodeat, ac Eruditi cognoscere queant, quae Bibliotheca ad publicos vsus conferre possit. Primarius enim, Deum testor! scopus, tum in ea comparanda, tum publicanda semper fuit, vt rem litterariam, ac bonorum Virorum studia, quantum in me est, adiuuem. Quae certe intentio, vti omni culpa vacare videtur, ita si quidquam laudis inde in me forsan redundet, Tibi persuadeas velim, me vanae gloriolae cupiditatem nunquam ita vexasse, vt auram captare, ac stulte aucupari laudes propositum vnquam fuerit, quanquam haud diffitear, me nominis memoriam ac existimationem minime spernere. Non enim homines puto, sed bruta ac fungos, qui nullam memoriae ac bonae famae rationem habent; sed fruges consumere vel etiam opes (quod*

e *stultius*

stultius adhuc ac magis detestabile hominum genus est) corradere nati, nil agere student, quod gratam posteris memoriam etiam post fata reddere ac conseruare possit. Haec ad vltima Epistolae tuae reponenda duxi, ne nescias, quae mea de laudibus, de vanae gloriae cupiditate, ac denique innocenti et irreprehensibili existimationis ac nominis conseruatione sententia sit. Quod si hanc, vt nullus dubito, in animo habuisti, memoriae, quam voues, perpetuitatem minime sperno etc. Haec nuper ad Te, *Amice Suauissime.* Neque etiamnum sententiam muto, paucis tamen declarandam adhuc et quid *tertia illa conditione* velim, exponendum duco.

Famam ac laudes affectare stultum vtique puto, tantum igitur abest, vt encomia vlla exigam, vel etiam tacite exspectem, vt potius sincere profitear, idque contestato ac quam solemnissime hoc loco denunciem, me istis plane ostendi, ac omnes blanditias atque adulationes abhorrere. Cum vero quiuis agnoscat, quantum studii atque laboris (sumtuum enim, licet graues admodum esse soleant, nullam hic rationem habeo) ad condendam Bibliothecam requiratur, hoc vnicum qualiscunque diligentiae meae praemium deposco, vt quotiescunque ex mea supellectile eorum, quae ab interitu vindicaui, vel certe ex obliuionis tenebris erui, a situ et squalore liberaui, ac tanta cura conlegi, quidquam edatur, vnde depromtum sit, duobus saltim verbis indicetur. Nemo certe, qui grato animo gaudet, ac vel leuissima humanitate pollet, hoc denegabit, imo qui modo sanae mentis est, ad maiorem fidem iis, quae in publicam lucem proferuntur, conciliandam omnino necessarium putabit, quod argumentis quam plurimis, iisque euidentissimis demonstrare facile foret, *Balutzii* etiam, *Mabillonii*, *Labbei*, ac infinitis praestantissimorum aliorum Virorum exemplis, si opus esset, confirmari posset, qui vnde profecerunt, confiteri, tantum abest, vt erubuerint, vt potius minutissimis etiam chartis, vnde desumserint notas, praefixerint. Quam multi vero sunt, qui inglorium ac dedecus existimant, quidquam alteri acceptum ferre, ac vnde profecerint, profiteri, sed alienis

plumis,

plumis, velut Graculus Aesopicus, superbire pulcrum habent. Ignominiam putant, ab aliis e tenebris eruta, ac ab interitu vindicata agnoscere, quae dum ipsi in publicam lucem proferunt, sola editionis gloria minime contenti, nullamque plane aliis relinquentes, singulari fastu omnem sibi arrogant. Nec sola arrogantia peccant, sed ingratae simul et abiectae mentis vitium incurrunt. Quantis enim non artibus vtuntur, quantis fraudibus agunt, quantis blandimentis os sublinere sciunt, et quanta etiam ipsi pollicentur, dum aliorum cimeliis inhiant? Quibus si possessores emunxerunt, ac quae desiderarunt, consequuti sunt, vix gratias agunt, tantum abest, vt aliquo modo referre vel publice gratam testari mentem studeant. Quam saepe hoc mihi acciderit, bene multis ac pudendis etiam exemplis denuo probare possem, nisi grauissimorum Virorum, qui similia experti sunt, querelae praesto forent, ac nihil minus in animo esset, quam inuectiuam scribere. Sunt equidem nonnulli, qui dum ingrati videri nolunt, in praefatione vel obiter benefactores nominant, vel, quod intolerabilius, frigidis encomiis onerant, cum satius fuisset vel tribus verbis indicasse, quid acceptum tulerint. Sed variae causae sunt, quae nonnullos prohibent, quo minus vbiuis, vnde profecerint, fateantur; ex quibus tamen non nisi vnicam proferemus. Videlicet si omnibus quae corraserunt, nota, vnde desumta sint, adiicienda foret, verentur, ne omnis centoni gratia, fides atque autoritas pereat, ipsi vero plagiariorum ac ineptorum corrasorum notam incurrant, cum tamen singulari studio, summaque industria ex authenticis monumentis sese omnia collegisse videri malint, ac si non omnia pleraque tamen anecdota, noua, inaudita ac nondum visa imperitis persuadere satagant. Ideo nec iis quae in hoc pretio esse debent, hunc titulum praefigunt, vt reliqua scilicet omnia pro talibus habeantur. Aliae adhuc fraudes detegi possent, si huius loci foret, ac quae iam enarrauimus satis graues sunt, vt adeo nemo futurus sit, qui circumspectionem nostram improbet vel adiecta a nobis et hac conditione tertia offendatur, vel ob eam inanis nosmet arrogantiae

 fere

fere insimulare possit. Elegans ac etiam euidens et vera *Plinii* sententia est: *Posteris an aliqua cura nostri nescio: nos certe meremur, vt sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum) sed studio, labore et reuerentia posterorum.*

Si igitur indefessa diligentia, studia, ac de posteritate bene merendi voluntas atque officia aliquam nominis immortalitatem mereri videantur, nos quoque qui ex posterorum etiam reuerentia et ad publicam adhuc viuentium ac rei litterariae studiosorum vtilitatem, quae modo potuimus literaria monumenta posteritati conseruare, ac consecrare omnibus viribus sategimus, non peccasse videbimur, quod nominis ac Bibliothecae tanto studio conlectae memoriam conseruatam velimus, nec tam emendicemus, vel ab aliorum aequitate exspectemus hoc, sed iure meritoque quodam nostro exposcamus. Erunt non pauci, qui eam nobis inuidebunt; nos velut laureolam in mustaceo quaerentes ridebunt et nostram denique liberalitatem, vel vt modestius dicam, facilitatem ac rem Literariam iuuandi studium condemnabunt, quos tamen parum curo. Quemadmodum enim ex veterum sententia *omnium difficillimum est multis placere*, ita stultum semper putaui omnibus velle. Satis erit Sapientioribus, et qui quantae molis sit Bibliothecam condere agnoscunt oblatoque qualicunque adparatu nostro vti frui norunt, non displicuisse. De iis, quae vltimo loco monui verba facere, superuacaneum foret, quicunque enim superiora legit, his petitis iam iam ex parte satisfecit, ac si probe perpenderit, et candido integroque corde est, omnia velut iusta desideria probabit, multo minus vero conditiones legesque praescriptas, aequissimas respuet. Illos autem, qui adeo prauae mentis sunt, vt aspernantur, nil moror, aliorumque qui cum studia elegantiora ipsa vilipendant, omnem industriam ac rei literariae promouendi studia atque consilia contemnentes, monita quoque nostra atque comminationes flocci facient, cauillas atque subsannationes facile spreuero, si modo bonis consilium ac institutum meum probetur. Quod si cognouero altera huius

Catalogi

Catalogi pars, quae Historica ac reliqua MSSta, cum largo eorum, quae interim, dum prior hic Tomus sub prelo sudaret, accesserunt, et aliorum rariorum nonnullorum librorum appendice, complectitur, breui sequetur. Maluissem vt Historica Politicis ac Iuris publici scriptis annecti, ac cum indissolubili inuicem nexu gaudeant, vno eodemque Tomo comprehendi potuissent. Ast iusta cuique volumini proportio seruanda, ac magnitudo danda fuit. Historicorum enim tanta, talisque praefiscini dico, copia est, vt maximam alterius Tomi ac praestantissimam totius operis partem efficiant, quam horum studiosi non sine desiderio, vt coniicio, exspectabunt, ac Deo volente! quam primum fieri poterit, recipient. Annitar, vt posterius hoc volumen correctius priori prodeat, nec tantis mendis deturpatum. Testem Te voco, *Amice dilectissime*, quam serio vrserim, vt non solum tres priores huius Tomi, sed caeterae etiam Partes hac in vrbe nostra typis exscriberentur, quod praeuiderim, innumera sphalmata irreptura, si aliorum curae committerentur, vt in omnibus fere operibus fieri assolet, quae absentibus Authoribus prelo subiiciuntur. Nosti autem, quanta obstacula fuerint obiecta, quibus cedere, inuitus licet, coactus sum. Quod ideo monendum fuit, ne mihi imputetur, quod maiori diligentia exactum, ac debita etiam elegantia atque splendore donatum hoc opus in publicam lucem non exeat. Rogandi etiam adhuc omnes sunt, vt, antequam ad illius lectionem quisquam accedat, grauiores mendas ea, quam in fine commonstrauimus, ratione prius corrigat, ne sensus difficultatem pariant, aut lectoris animum bonamque Auctoris existimationem offendant. Haec sunt, *Amice Charissime*, de quibus Beni-

f uolos,

uolos, maleuolosque Lectores, *atque hos potissimum,* commonere vtique necesse fuit, quae certe monita cum bonis omnibus non improbabis, nec etiam quod prolixiori ad Te perscripta Epistola factum id sit, moleste feres. Opus igitur minime erit, vt longa excusatione veniam a Te petam, quam singularis Humanitas Tua vltro polliceri videtur. Rogandus potius adhuc es, vt Codicem meum Constantinopolitanum praestantia vetustateque venerandum ac Imperatoria Maiestate conspicuum, quem nunc prae doctis manibus habes, quam primum fieri poterit, publicam in lucem, qua dignissimus est, proferas atque sic non modo de me meisque sed de vniuerso orbe litterario, vt hactenus fategisti, bene mereri pergas. Vale, scribebam ipsis Kalendis April. MDCCXX. Traiecti ad Moenum.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE VFFENBACHIANAE MSTAE

PARTES TRES PRIORES,

QVIBVS

CODICES EBRAICO-RABBINICI

A

IO. HENRICO MAIO F.

RECENSITI

COMPREHENDVNTVR.

LECTO-

LECTORI
S. P. D.
IO. HENR. MAIVS FIL.



X quo tempore in ZACH. CONR. AB VFFENBACH, magni et supra laudes positi viri, notitiam perueni, eiusque toto nunc orbe concelebratam bibliothecam primum lustraui, lustraui autem ante sex, et quod excurrit, annos, Ebraici potissimum codices et orientales a Musageta illo monstrabantur, quorum me quidem amore captum intellexerat, ipse vero amicus optimus maximus argumenta cognoscere cupiebat. Rogabam continuo, velit vnum alterumue peregrinorum istorum hominum ad meas ablegare aedes, quo accuratiore instituto examine in genus, nomen, titulum et materiam, de qua quisque tractat, inquirere possem. Consentiebat vir amicissimus, magnoque ad me mittebat numero Ebraeos, mox etiam Graecos, quorum cum bonam partem in priuatos meos vsus euoluissem, et ad possessorem redire iussissem, tum ego, animaduersa excerptorum inde congestorum mole, codicumque, quos inter bene multi nostris hominibus ne quidem innotuerant, praestantia, litteris, quas crebro inuicem dare solemus, illustri *Vffenbachio* mentem exposui meam, de typis vulganda horum manu scriptorum librorum recensione, si quidem ipse annueret. Et annuit flos ille amicorum illibatus, qui nullius vnquam honestis desideriis defuit, meis vero semper fauit cumulatissime. Quamobrem dum sine mora manum negotio admoueo, et, quae sparsim adnotaueram, in suas classes distribuo, immutanda ante omnia videbatur series codicum Ebraicorum, quos primum eo ordine, quo ad me venerant, manibus vsurpaui oculisque, nulla habita argumenti ratione, sed magnitudinis solius. Nunc aliter se illi habent, quod inspicientem docere poterit liber ipse. Nata hinc etiam est operi praemissa collatio veteris ordinis cum nouo, profutura et illis qui post nos versaturi sunt codices, antiquum adhuc numerum, a me ipso in fronte

ſignatum, ſeruantes, et his, qui *ſacrarum obſeruationum* noſtrarum libros forſan legent, ἀποσπασμάτια quaedam voluminum Ebraicorum antiqui ordinis exhibentes. Primum catalogi Ebraici locum occupant libri *Biblici*, in quibus, ſi qui ſunt, qui nec punctorum vocalium nec Maſorae diuerſitatem, in MSC. obuiam, a nobis enodatam conqueruntur, ſciant velim, neutri multum nos tribuere, neque in recenti inuento, quale vtrumque putamus operam ponere voluiſſe. Sequuntur col. 15. *Exegetici* libri, ac poſt hos col. 30. *Liturgici*, hoc eſt tales, qui ſacras et ſolennes Iudaeorum preces complectuntur, in quibus recenſendis copioſiores fuimus, quam fere in aliis, ad malitiam detegendam Iudaicam, quae in hoc potiſſimum librorum genere, nec non in commentariis, regnat. *Liturgicos* inſcripſi illos, inuito quamuis lectiſſimae eruditionis viro *Euſebio Renaudotio* in Liturgiarum orientalium collectione tomo I. pag. 169. ſic pronuntiante: *Magis etiam contra decorum eccleſiae peccant, qui Liturgias appellant collectaneas preces Iudaeorum, Samaritanorum et Muhamedanorum, vt fecerunt recentiores multi Lexicographi et Bibliothecarii. Neque enim nomen illud, in ſacris ſignificatione peculiari vſurpatum, ad profanas infidelium ſuperſtitiones trahi debet.* Nam quum vox λειτουργία generatim de omni cultu Dei publico adhibeatur, ac ipſi praeterea ritus euchariſtici ex Iudaeorum conſuetudinibus, et paſchalibus maxime, originem duxerint, quod nuperrime V. CL. *Chriſtoph. Matthaeus Pfaffius* initio diſſertationis de oblatione euchariſtica in primitiua eccleſia, eiuſdem fragmentis S. Irenaei ἀνεκδότοις adiecta, elegantiſſime monſtrauit; cur tanto horrere debeamus opere vocabulum in hoc negotio ſolenne, cauſſam video nullam. Liturgias iſtis codicibus duos inſeruimus col. 78. ſcriptos libros, qui commentationem in aliquas precationes ſiſtunt; ac ſubiunximus col. 89. illos, qui *Selichoth* complectuntur. Proximi ab his ſunt col. 91. *Dogmatici*, *Polemici* atque *Rituales*, quos col. 101. *Kabbaliſtici* excipiunt, prout hos col. 109. *Miſcellanei*, agmen claudente col. 226. appendice, in quam varios intulimus diuerſi argumenti libros, quos ſi

ad

ad classes suas reuocare voluerimus, ad libros Biblicos spectarent codices XCVII. CXXIX. ad Exegeticos XCVIII. CIII. ad Liturgicos XCIX. C. CVI. CXII. CXIII. CXVII. CXVIII. CXXX. CXXXII. CXXXIX. ad Dogmaticos, Polemicos vel Rituales, CI. CII. CIIII. CV. CVII. CIX. CXX. CXXIII. CXXVIII. CXXXVI. ad Kabbalisticos, CX. CXI. CXXII. CXLI. ad Miscellaneos, codices CVIII. CXIIII. CXV. CXVI. CXIX. CXXI. CXXIIII. CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXX. CXXXIII. CXXXIIII. CXXXV. CXXXVII. CXXXVIII. CXL. Atque Ebraicorum quidem codicum plerique et membranacei sunt, et maiore littera descripti; id quod ad pretium bibliothecae ac splendorem quam plurimum confert. Alio ab Ebraeis pede haud incedunt Graeci codices. Ordinum duces hic etiam *libri* sunt *Biblici* col. 417. queis scripta sanctorum *patrum* succedunt col. 423. tum *Iuris* liber vnicus egregius col. 521. *Medici* dehinc et *Physici* col. 534. post ea *Historici* col. 537. *Oratores*, *Poetae*, *Musici*, col. 566. quibus et appendiculam col. 689. inuenies adiectam. Singula percensitorum in vtroque catalogo voluminum legimus ac relegimus folia et columnas, eademque sollicite semper indicauimus, vt si quando experiri voluerint vel qui nunc viuunt, vel post nos futuri sunt, qua fide et integritate in his codicibus versati fuerimus, non alii ab illis testes audiendi sint, quam hi codices ipsi. Aetatem insuper voluminum omnium, vel certis indiciis, si quae adfuerunt, vel certe ex coniectura indicauimus, sufficientem, vt putamus, descriptionem, atque ex singulis, ante hanc diem nondum impressis, specimina attulimus, ita tamen vt neque laxioribus longioribusque obseruatis perituras impleuerimus chartas, nisi raritas codicis dignitasque eius contrarium iussit, neque breuitate nimia accuratam rerum pertractarum cognitionem lectori subtraxerimus. Quae edita iam fuerunt in publicum, breuiter attigimus, quae in MSS. adhuc latitabant, fusius persecuti sumus, nec raro integros ex chartis membranisque scriptis inseruimus, addita vbiuis translatione Latina, tractatus. Tales potissimum sunt ex Ebraicis, Carmen elegantissimum in memoriam festorum dierum Purim col. 135. Disceptatio de religione aduersum Chri-


 stianos,

ſtianos, col. 146. Kalendarium, blaſphemiis in Chriſtum et ſanctos refertiſſimum, col. 251. Abbreuiaturae Kabbaliſticae, col. 311. et rurſum aliae col. 401. Liber ſortium, ſiue diuinatorius, col. 343. Ex Graecis, *Io. Geometrae* duo carmina ſacra, col. 481. *S. Athanaſii* commentarius in pſalmum vltimum, col. 485. Diuerſa epigrammata ex Anthologia, typis adhuc non deſcripta, col. 577. Hiſtoria belli Troiani, col. 655. *Himerii* Sophiſtae orationes tres, vna nuptialis in Seuerum, col. 589. altera funebris in Athenienſes, qui bello Perſico occubuerunt, col. 607. tertia in Iulianum imperatorem, col. 631. quam quidem magnum litterati orbis decus, *Io. Albertus Fabricius* biblioth. Graecae volum. IX. pag. 426. edidit, ſed tum demum a nobis viſam, quum haec noſtra dudum fuerit impreſſa. Taceo in Ebraeo catalogo occurrentem orationem, quae ante Pſalterii lectionem recitanda, col. 7. varias lectiones ex *Maimonidis* Hilchoth Deoth, col. 41. preces non paucas Iudaeorum virulentas, vel primum vel ſane ad fidem MSS. integre paſſim inſertas, cum primis col. 69. ſeqq. commentationes in huiuſmodi precationes, col. 78. amuleta varia, hinc inde in hoc opere conſpicua, tractatum Pſeudo-Talmudicum de feſtis diebus Purim, col. 178. vna cum leuioris momenti ſexcentis aliis. Neque multis ex Graeco catalogo heic memorabo *S. Athanaſii* prooemium ad catholicas epiſtolas, col. 421. nonnullorum *S. Chryſoſtomi* opuſculorum variantes ex MSC. lectiones, col. 435. et alias ex *Lyſiae* oratione XXXI. col. 567. notas Graecorum hodiernorum Muſicas, col. 491. *S. Baſilii* magni liturgiam ex antiquiſſimo volumine, col. 497. indicem capitum ex *Conſtantini* porphyrogeniti libro caerimoniali aulae et eccleſiae Conſtantinopolitanae, opere rariſſimo et vnico in toto orbe, col. 539. pauca denique ex ſcriptis in *Aeſchylum* ſcholiis, col. 685. Antea vero quam hinc abeam, circa Ebraicos codices quaedam indicanda veniunt. Codice XCIIII. col. 180. initium paullo ante dicti tractatus Pſeudo-Talmudici *Purim* adſcripſeram, non alia de cauſſa, quam quod nec animus fuerat Latine illum reddendi, nec

tempo-

temporis rationes tunc permiſerant; poſt modum, abſoluta meliore MSS. Rabbinicorum parte, vbi non nihil otii conceſſum animaduerteram, totum cum verſione adpinxi lepidiſſimum libellum. In Kalendarii interpretatione col. 253. et ſeqq. vocabula cuiuſlibet menſis prima in exemplo manu mea ſcripto ſic poſueram, vt accurate reſponderent Ebraicis; quod mutatum a typographo, qui vni verſui tam multa includere non valebat. Porro in ipſo MSS. textu correximus nonnunquam vnam vocem alteramue, ac emendationem noſtram his ſignis ( ) incluſimus, quae nos quidem ad marginem ſedulo reiecimus, typotheta vero intra ipſum orationis curſum adeo incommode recepit, vt ſaepe emendata lectio praecedat vitioſam. Vnde etiam eſt, quod columna 337. verſu 32. nunc legatur *ad marginem*, cuius loco ſubſtituendum eſſe *intra textum* in Corrigendis adnotauimus. Haec de Ebraicorum Graecorumque codicum recenſione noſtra. Orientalium index col. 695. et inde, a manu mea non eſt. Iam nimium temporis impenderam illis, ac dum hos etiam examinare adgredior, humanis rebus ſupremi Numinis voluntas ex improuiſo eripit beatum patrem meum III. Nonas Septembres proximi anni, quum vltra dimidiam ſui partem praeſens catalogus prelo iam exiuerit. Felici proinde fato contigit, quod *Carolus Dadichi*, natione Syrus, patria Antiochenus, religione Græcus, Arabicae et Turcicae linguae peritiſſimus, dum Francofurtum tranſiit, orientalium MSS. indicem ſtruxerit, breuiloquentem quidem, ſed quo nos Catone contentos eſſe oportet. Vniuerſo huic operi, ex Ebraicis, Graecis atque orientalibus conſtante codicibus, indices meo ſuaſu adiecit M. *Georg Clemens Draudt*, illuſtris Paedagogii Gieſſeni collega, quem et ob induſtriam, et morum ſuauitatem, et variam ſolidamque eruditionem, impenſe amamus, atque bonis omnibus enixe commendamus. Comitantur indicem errata typographica, quae dum ab impreſſionis loco, Francofurtum is eſt ad Moenum, abſum, quantumuis plagulae ſingulae correctionem et cenſuram noſtram expertae fuerint, tamen euitare non licuit. Sic itaque praeſtitimus, lector beneuole,

quod dudum polliciti sumus. Laborem magnum, molestum, difficilem, materiis varium, et ob tot saeculorum diuersissimos characteres, ipsis aliquando oculis imperuios, vix superandum, a tergo posuimus. Tanta moles codicum, quos inter non pauci Platonicos numeros obscuritate aequant, alii truncati iacent et diuulsi, sicuti ex arbore surculi, dum mihi incubuit, audax nimium essem, si absque vitii nota me inde emersisse iactitare vellem. Neque tamen temeritatis crimen ideo mihi obiiciendum, quod impeditam et spatiosam hanc prouinciam intrauerim. Praeterquam enim quod publicae vtilitatis caussa id fecerim, commonstrare etiam volui omnibus, diligentem me esse hominem, et librorum *Vffenbachii* mei studiosissimum, cui quod sinistro fato intercepti tam multi et nobiles codices haud fuerint, vnice debemus. Is maximis vtique impensis, hos conquisiuit veterum libros, tibi, lector optime, et orbi vniuerso futuros maximo vsui; is recensionem fieri permisit, amicorum ille meorum primicerius, cum quo iugi animorum concordia fidissime vixi. Quamobrem formidanda censorum supercilia trucesque vultus, qui ob sua inuenta sese amplectuntur, sibi plaudunt, nec se a lineis vnquam excidere arbitrantur, quum tamen nihil apud ipsos praeter ossa, nihil praeter ruta et caesa, neque metuo, neque curo. Viue, lector, et vale. Scrib. in Academia Ludouiciana IX. Kalendas Apprileis CIↃ IↃ CC XX.



MANVSCRIPTO-

MANVSCRIPTORVM CODICVM EBRAICORVM BIBLIOTHECAE VFFENBACHIANAE, COLLATVS CVM ORDINE VETERE

ORDO NOVVS.	ORDO VETVS.	ORDO NOVVS	ORDO VETVS.
I.	XXV. in Folio.	XXXVII.	II. in quarto.
II.	IX. in folio.	XXXVIII.	III. in quarto.
III.	VII. in folio.	XXXIX.	VIII. in quarto.
IIII.	V. in folio.	XL.	X. in folio.
V.	XVIII. in folio.	XLI.	XVII. in quarto.
VI.	XXXV. in folio.	XLII.	XIX. in quarto.
VII.	XXXIII. in folio.	XLIII.	XX. in quarto.
VIII.	II. in octauo.	XLIIII.	XXIII. in quarto.
IX.	XVI. in folio.	XLV.	XXIX. in quarto.
X.	VIII. in duodecimo.	XLVI.	I. in octauo.
XI.	VIII. in octauo.	XLVII.	II. in duodecimo.
XII. XIII. XIIII.	Tres hi codices numero carent in ordine antiquo.	XLVIII.	V. in duodecimo.
		XLIX.	III. in octauo.
		L.	I. in quarto.
XV.	VI. in folio.	LI.	VI. in octauo.
XVI.	XXIX. in folio.	LII.	I. in folio.
XVII.	IIII. in duodecimo.	LIII.	XI. in folio.
XVIII.	XXVI. in quarto.	LIIII.	XV. in folio.
XIX.	XXI. in quarto.	LV.	XII. in folio.
XX.	II. in folio.	LVI.	XXII. in folio.
XXI.	XXXI. in folio.	LVII.	XXVI. in folio.
XXII.	XXXIV. in folio.	LVIII.	XXVII. in folio.
XXIII.	VI. in quarto.	LIX.	XXVIII. in folio.
XXIIII.	XXII. in quarto.	LX.	IIII. in folio.
XXV.	XXV. in quarto.	LXI.	XXX. in quarto.
XXVI.	XXXIII. in folio.	LXII.	III. in duodecimo.
XXVII.	XXX. in folio.	LXIII.	X. in quarto.
XXVIII.	XXXII. in folio.	LXIIII.	XI. in quarto.
XXIX.	III. in folio.	LXV.	XIIII. in quarto.
XXX.	VIII. in folio.	LXVI.	IIII. in octauo.
XXXI.	XIII. in folio.	LXVII.	V. in octauo.
XXXII.	XIIII. in folio.	LXVIII.	V. in quarto.
XXXIII.	XVII. in folio.	LXIX.	XVI. in quarto.
XXXIIII.	XIX. in folio.	LXX.	XXIIII. in folio.
XXXV.	XX. in folio.	LXXI.	VII. in octauo.
XXXVI.	XXII. in folio.	LXXII.	XVIII. in quarto.

ORDO NOVVS.	ORDO VETVS.	ORDO NOVVS	ORDO VETVS.
LXXIII.	XXVII. in quarto.	CVIII.	XLVI. in quarto.
LXXIIII.	XV. in quarto.	CIX.	XLIX. in quarto.
LXXV.	I. in duodecimo.	CX.	XXXVII. in folio.
LXXVI.	XXVIII. in quarto.	CXI.	XV. in octauo.
LXXVII.	XXXI. in quarto.	CXII.	L. in quarto.
LXXVIII.	XXXII. in quarto.	CXIII.	X. in duodecimo.
LXXIX.	IX. in octauo.	CXIIII.	LIII. in quarto.
LXXX.	X. in octauo.	CXV.	LIIII. in quarto.
LXXXI.	VII. in duodecimo.	CXVI.	LI. in quarto.
LXXXII.	IIII. in quarto.	CXVII.	XI. in duodecimo.
LXXXIII.	VI. in duodecimo.	CXVIII.	LII. in quarto.
LXXXIIII.	VII. in quarto.	CXIX.	LV. in quarto.
LXXXV.	IX. in quarto.	CXX.	LVI. in quarto.
LXXXVI.	XII. in quarto.	CXXI.	LVII. in quarto.
LXXXVII.	XIII. in quarto.	CXXII.	LVIII. in quarto.
LXXXVIII.	XXIIII. in quarto.	CXXIII.	XII. in duodecimo.
LXXXIX.	XXXIII. in quarto.	CXXIIII.	XXXVIII. in folio.
XC.	XXXIIII. in quarto.	CXXV.	XVI. in octauo.
XCI.	XI. in octauo.	CXXVI.	XXXIX. in folio.
XCII.	XXXV. in quarto.	CXXVII.	XLIII. in quarto.
XCIII.	XXXVIII. in quarto.	CXXVIII.	XLIIII. in quarto.
XCIIII.	XXXIX. in quarto.	CXXIX.	XIII. in duodecimo.
XCV.	XLI. in quarto.	CXXX.	XVII. in octauo.
XCVI.	XLII. in quarto.	CXXXI.	XLI. in folio.
XCVII.	XIII. in octauo.	CXXXII.	XLII. in folio.
XCVIII.	XXXVII. in quarto.	CXXXIII.	LXI. in quarto.
XCIX.	XL. in quarto.	CXXXIIII.	LIX. in quarto.
C.	XXXVI. in folio.	CXXXV.	LX. in quarto.
CI.	XXXVI. in quarto.	CXXXVI.	XL. in folio.
CII.	XII. in octauo.	CXXXVII.	XLIII. in folio.
CIII.	XLV. in quarto.	CXXXVIII.	LXII. in quarto.
CIIII.	XIIII. in octauo.	CXXXIX.	LXIII. in quarto.
CV.	IX. in duodecimo.	CXL.	LXIIII. in quarto.
CVI.	XLVII. in quarto.	CXLI.	LXV. in quarto.
CVII.	XLVIII. in quarto.		

MANVSCRIPTORVM CODICVM EBRAICORVM BIBLIOTHECAE VFFENBACHIANAE, COLLATVS CVM ORDINE NOVO.

ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.	ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.
In Folio.		V.	IIII.
		VI.	XV.
I.	LII.	VII.	III.
II.	XX.	VIII.	XXX.
III.	XXIX.	IX.	II.
IIII.	LX.	X.	XL.

ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.
XI.	LIIII.
XII.	LV.
XIII.	XXXI.
XIIII.	XXXII.
XV.	LIIII.
XVI.	IX.
XVII.	XXXIII.
XVIII.	V.
XIX.	XXXIIII.
XX.	XXXV.
XXI.	XXXVI.
XXII.	LVI.
XXIII.	VII.
XXIIII.	LXX.
XXV.	I.
XXVI.	LVII.
XXVII.	LVIII.
XXVIII.	LIX.
XXIX.	XVI.
XXX.	XXVII.
XXXI.	XXI.
XXXII.	XXVIII.
XXXIII.	XXVI.
XXXIIII.	XXII.
XXXV.	VI.
XXXVI.	C.
XXXVII.	CX.
XXXVIII.	CXIIII.
XXXIX.	CXXVI.
XL.	CXXXVI.
XLI.	CXXXI.
XLII.	CXXXII.
XLIII.	CXXXVII.

In Quarto.

ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.
I.	L.
II.	XXXVII.
III.	XXXVIII.
IIII.	LXXXII.
V.	LXVIII.
VI.	XXIII.
VII.	LXXXIIII.
VIII.	XXXIX.
IX.	LXXXV.
X.	LXIII.
XI.	LXIIII.
XII.	LXXXVI.
XIII.	LXXXVII.
XIIII.	LXV.
XV.	LXXIV.
XVI.	LXIX.
XVII.	XLI.
XVIII.	LXXII.
XIX.	XLII.
XX.	XLIII.
XXI.	XIX.
XXII.	XXIIII.
XXIII.	XLIIII.
XXIIII.	LXXXVIII.
XXV.	XXV.
XXVI.	XVIII.
XXVII.	LXXIII.
XXVIII.	LXXVI.
XXIX.	XLV.
XXX.	LXI.
XXXI.	LXXVII.
XXXII.	LXXVII.
XXXIII.	LXXXIX.
XXXIIII.	XC.
XXXV.	XCII.
XXXVI.	CI.
XXXVII.	XCVIII.
XXXVIII.	XCIII.
XXXIX.	XCIIII.
XL.	XCIX.
XLI.	XCV.
XLII.	XCVI.
XLIII.	CXXVII.
XLIIII.	CXXVIII.
XLV.	CIII.
XLVI.	CVIII.
XLVII.	CVI.
XLVIII.	CVII.
XLIX.	CIX.
L.	CXII.
LI.	CXVI.
LII.	CXVIII.
LIII.	CXIIII.
LIIII.	CXV.
LV.	CXIX.
LVI.	CXX.
LVII.	CXXI.

ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.
LVIII.	CXXII.
LIX.	CXXXIIII.
LX.	CXXXV.
LXI.	CXXXIII.
LXII.	CXXXVIII.
LXIII.	CXXXIX.
LXIIII.	CXL.
LXV.	CXLI.

In octauo.

I.	XLVI.
II.	VIII.
III.	XLIX.
IIII.	LXVI.
V.	LXVII.
VI.	LI.
VII.	LXXI.
VIII.	XI.
IX.	LXXIX.
X.	LXXX.
XI.	XCI.
XII.	CII.

ORDO VETVS.	ORDO NOVVS.
XIII.	XCVII.
XIIII.	CIIII.
XV.	CXI.
XVI.	CXXV.
XVII.	CXXX.

In duodecimo et minore forma.

I.	LXXV.
II.	XLVII.
III.	LXII.
IIII.	XVII.
V.	XLVIII.
VI.	LXXXII.
VII.	LXXXI.
VIII.	X.
IX.	CV.
X.	CXIII.
XI.	CXVII.
XII.	CXXIII.
XIII.	CXXIX.

Quibus si addideris codices XII. XIII. et XIIII. numero carentes in ordine vetere, habebis parem vtrobique numerum, hoc est, codices centum quadraginta et vnum.



BIBLIOTHE-



BIBLIOTHECAE UFFENBACHIANAE SEU RECENSIONIS MSSTORVM PARS PRIMA

COMPREHENDENS CODICES EBRAICO - RABBINICOS.

LIBRI BIBLICI.

I.



Odex Primus membranaceus in folio, constans foliis D XXXIIII. charactere quadrato, augusto, eodemque satis antiquo, sex minimum saeculorum aetatem prae se ferente, conscriptus, quinque libros Mosis exhibet integros, modo XIIII. priora Geneseos capita excipias, hic non comparentia. Puncta vocalia vbiuis videas, vna cum accentibus, Masoraque parua, marginibus adscripta, atque vulgari nostra haud raro locupletiore. Habet is hoc cum quibusdam sequentibus codicibus commune, quod cuinis commati e vestigio subiiciatur interpretatio *Onkelosi* Chaldaica, gaudens et ipsa punctis suis atque accentibus. Additae praeterea sunt Haphtaras omnes, ac חמש מגילות id est, libellus Ruth, canticum Salomonis, Koheleth, liber Esther atque lamentationes Ieremianae, nec non melior Iobi pars, ad comma vsque 24. capitis XL. excurrens. Atque haec quidem omnia, aeque vt antecedentia, punctis, accentibus, Masoraque sunt instructa; paraphrasi vero Chaldaica destituuntur.

II.

Codex Secundus membraneus in folio, constans foliis CCXLVII. quinque libros Mosis, et quinque מגילות paullo ante recitatos, et Haphtaras complectitur, ita tamen vt in Genesi et Exodo frequentes deprehendantur lacunae. Et hoc volumen puncta adgnoscit accentusque et Masoram paruam. Aetatem eius si scire desideraueris, haec, quaeso, legas, quae folio vltimo visuntur:

אני ידידיה המכונה גוטליפא כתבתי
ונקדתי זה חחומש וחמש מגילות והפטרות
וסיימתיו בשנת קף לאלף הששי בעשרה
ימים לירח זיו ביום ד׳ בפרשת אשר
יעשה אותם האדם וחי בהם ומכרתיו
לר׳ אברהם כ״ר אשר הכהן׃

Ego Iedidiah, cognomine Gottlieb, scripsi punctauique tam praesentem Pentateuchum Mosaicum, quam quinque libellos atque Haphtaroth. Colophonem imposui anno C LXXX. millenarii sexti, decimo die mensis Sif, quarto

quarto hebdomados. Scriptum est in *Parascha*, Leuit. XVIII. 5. *Homo qui fecerit ea* (quae heic consignata sunt) *viuet in eis. Vendidi huncce librum R. Abrahamo, filio R. Ascher, sacerdotis.* Ergo scriptum adparet anno a creatione mundi M. M. M. M. M. CLXXX. siue A. C. M. CCCCXX. a Iudaeo Germaniense, vti ex nomine *Gottlieb* liquido constat, quod cognomen sibi fuisse testatur, ex Ebraico ידידיה 2. Sam. XII. 25. natum. Vnde catalogus huiusmodi adpellationum, Iudaeis vsurpatarum, atque a *R. Simcha ben Gerson* in ס׳ שמות collectarum, augendus venit; inter ea sane, quae vir clarissimus nobisque amicissimus, *Io. Christoph. Wolfius*, inde excerpta praestantissimae Bibliothecae Ebraeae praemisit, frustra quaesiueris. *Theophilus* porro noster se et *scripsisse* et *punctasse* codicem manu sua, docet, officiique sui rationem pandit. Scriba fuit et נקדן *punctator*, ex eorum numero aliquis, quorum quamplurimos recenset auctor τῶν *Siphthe ieschenim* pag. 85. num. 46. omisso tamen nostro. Alium *punctatorem*, cui nomen *Ioseph*, *filius R. Hiskiae*, habebis infra, codice LVII. quem pariter neglexit Ebraicae Bibliothecae conditor, *R. Sabathaeus.* Ne quis vero Iedidiam nostrum eundem existimet cum *R. Iedidia Gotslieb filio Abrahami*, sciat Nostrum esse Chananelis filium, quod ipse profitetur paullo ante adducta ex eo verba scribens: אאמר אל אשר אמץ זרוע אלי עבדו ידידיה בן חננאל *Gloriosum reddam Deum, eo quod confortauerit brachium meum, qui sum eius seruus Iedidia filius Chananel.* Quod denique locum ex Leuitico אשר יעשה &c. adducere placuerit Nostro, id ex eo factum coniicio, vt alluderet ad nomen emtoris, quem filium τῶ *Ascher* fuisse ipsus prodidit.

III.

Codex Tertius membranaceus in folio, constans foliis CXCVI. Genesin comprehendit, cum addita singulis commatibus Chaldaica *Onkelosi* interpretatione. Sequitur Exodus, verum in capitis XXXII. versu 32. desinens. Tum Deuteronomii caput XXV. et sequentia ad finem vsque istius libri visuntur, cum dicta paraphrasi. Omnia haec punctis, accentibus, et Masora vtraque sunt praedita, deficiente magna finali, quae nonnisi in Geneseos calce occurrit, et paucissimis quidem hisce verbis concepta: סכום פסוקי דספרא אלף וחמש מאות ושלשים וארבעה · וסימן אך לד · וחציו ועל חרבך תחיה · ופרשיותיו יב·

Finito Deuteronomio folium adparet vnicum, cui Cantici caput I. II. ac tertii pars vsque ad comma 10. inscripta; tunc aliud folium, Estherae caput IX. a versu 4. ad finem vsque complexum: hinc Haphtaroth omnes, dein Ieremiam vatem a cap. I. vsque ad XIII. 11. denique Iobum integrum videas; omnia punctis, accentibus, Masoraque gemina exornata. Legitur et finalis magna haec in extremo Estherae:

סכום פסוקי דספרא מאה ושבעה וששים · סימן קס״ז · וסדריו חמשה :

Ceterum scripti sunt recensiti libri vna eademque manu, charactere satis vetusto, et quadrato quidem, qui in sacris hisce voluminibus perpetuo adhiberi solet; quod semel dictum sufficiat.

IIII.

Codex Quartus membranaceus est in folio, venerandae antiquitatis, constans foliis CXIII. sistensque partem Pentateuchi minimam, a Genes. VI. 14. ad Exodi XIII. 15. Conuenit in eo cum antecedentibus, quod subnexam cuilibet commati habeat *Onkelosi* versionem, quod vtramque Masoram, (non vero finalem simul magnam,) quod puncta et accentus.

V.

Codex Quintus membranaceus est in folio, constans foliis LXIX. particulam quarti libri Mosis a capite XV. 35. ad finem libri, nec non quintum totum, comprehendens. Punctis haec instructa sunt, at nullis accentibus. Additi חמש מגילות omnes absque punctis olim scripti, sed quae recentior manus parti Estherae atque Threnorum subiecit.

VI.

Codex Sextus membranaceus est in folio, constans foliis CCCVI. formae augustioris. Exhibet librum Iosuae, Iudicum, vtrumque Samuelis, duos libros regum, Prophetas item maiores atque minores, Hagiographa quoque, vna cum quinque Megilloth, nec non Daniele,

niele, Esra, Nehemia, duobus denique Annalium sacrorum voluminibus. Inter maiores vates primum occupat heic locum Ieremias, secundum Ezechiel, vltimum Iesaias. Ex Psalmis priores quatuor desiderantur, nonnulla etiam in Samuelis libris. Hymni Dauidici, prouerbia Salomonis ac Iobus non continua serie, sed vt carminis figuram prae se ferant, pinguntur. Est et alius quinque libellorum, quam qui in nostris obseruatur Bibliis, ordo, nempe sequens: Ruth, Canticum, Koheleth, Threni atque Esthera. Omnia punctis vocalibus, accentibus, triplicique Masora, sollicite instructa. Tanta sane est huius codicis elegantia, vt pulcrior vix alibi reperiatur; tanta antiquitas, vt longe adhuc superet codicem Catalogi primum; tanta bonitas, vt meliorem optare improbum sit.

VII.

Codex Septimus membranaceus est in folio maximo, seu, vt vulgo nominant, regali, constans foliis CCVI. Exhibet librum Iudicum, sed a capitis I. versu 32. incipientem, libros Samuelis regumque, et Prophetas maiores, eo ordine, quo in antecedente codice, collocatos, vt praecedat Ieremias, sequatur Ezechiel, vltimo loco Iesaias incedat. Idque studio in vtroque codice, a scriba, quisquis fuerit, factum scias, non glutinatoris vitio. Maiores vates excipiunt minores omnes, nec nisi duo posteriora Malachiae commata desiderantur, quae tamen adfuisse olim, et in altera vltimi folii columna, quae charta nunc pura glutinis ope est obducta, fuisse exarata, non obscura produnt vestigia. Accentus tantum habet codex noster et puncta, Masoram uero nullam.

VIII.

Codex Octauus membranaceus est in octaua forma maiore, foliorum CC. incipiens a Genes. IV. 25. et per reliqua huius libri primi capita, ceterosque quatuor libros Mosis pergens, punctis caret accentibusque, nisi quod vna alteraue subinde vox, et pauci aliquot versiculi sint punctati; Masora vero tergemina est instructus. Hos comitatur canticum Salomonis, liber Ruth, Threni, Koheleth, sed hic posterior non integer, desinens quippe in medio commatis primi, capitis XII. Atque haec quidem punctis et accentibus omnino praedita sunt. Folio CXLI. a. exstat pars Haphtarae 2. Reg. IV. quam insequuntur reliquae ordine omnes, ex quibus aliae, priores cum primis, habent puncta, aliae, posteriores maxime, carent. Folio CLXXXIII. b. liber Iobi conspicitur totus, punctis et accentibus refertus. Ceterum, vnius eiusdemque scribae opera exarati sunt codicis huius libri omnes, et quidem ante Saeculum XV. vt ex folio CLVIII. colligimus, cui Iudaeus possessor antiquus nomina liberorum, ex coniuge suscepторum, inscripsit, primogenitum Beniaminum anno קצא CXCI. id est, Christiano M.CCCCXXXI. natum sibi profitens. Quid? quod folio penultimo, alius, vetustior adhuc possessor, natorum suorum catalogum nectens, priore loco genitam filiam Rachelem, in lucem hanc editam anno קפא siue M.CCCCXXI. testetur. Ex prioris genealogia, folio CLVIII. legenda, illud insuper patet, habuisse eum patrem לעבלנגא *Leblanga*, hoc est, Macrobium, socrus vero patrem fuisse החר׳ שלום כ״ץ זצ״ל *sapientem R. Schallum, sacerdotem iustitiae, p. m.* Socrus porro auum exstitisse החר׳ ליפמן כ״ץ זצ״ל *sapientem R. Lipmann, sacerdotem iustitiae, b. r.* Per quem R. Lipmannum, si quidem intelligendus esset auctor τῦ Nizzachon ab *Hackspanio* editi, comprobari hinc eorum sententia posset, quae aetatem eius ad finem saeculi quarti supra decimum referunt. Nec alium indigitari existimem, cum quod is *iustitiae sacerdotis* magnifico titulo exornetur, quem nonnisi illis conferunt Iudaei, quos ex posteris Aharonis genus et familiam ducere opinantur, tum quod neglecta paterna stirpe, maternos duntaxat cognatos enumeret verpus, vnde maiorem gloriam sibi accessuram arbitrabatur.

IX.

Codex Nonus membranaceus est in folio, constans foliis LIII. hymnos Dauidis omnes, punctis vocalibus et accentibus, sed distinctiuis tantum maioribus, et ne his quidem per vniuersum volumen comparentibus, instructus. Discamus ex hocce codice rationem distribuendi Psalterium in tot partes, quot diebus gaudet hebdomas; quem nobis modum indicant dies, fronti paginarum adscripti. Primus dies incipit a Psalmo I. desinit

in XXX. Secundus pergit a XXX. ad XLII. Tertius a XLII. ad LXXIII. Quartus a LXXIII. ad XC. Quintus a XC. ad CVII. Sextus a CVII. ad CXXXV. Septimus siue Sabbatum, a CXXXV. ad finem vsque Psalterii, quod intra septem dierum spatium dicto modo pii inter Iudaeos legendo absoluere consueuerunt. In auersa parte folii primi oratio posita est, tum recitanda, quando quis aliquem ex quinque libris Psalmorum (in tot enim dispescuntur) inchoare voluerit. Atque ecce illam:

o In margine additur: ראשון · שני · שלישי · רביעי · חמישי ·

o Iterum in margine: בראשית · שמות · ויקרא · במדבר · דברים ·

יהי רצון מלפניך יי׳ אלהינו ואלהי אבותינו
בזכות ספר פלוני שבתהלים שקראנו
לפניך שהוא כנגד ספר פלוני שבתורה
בזכות מזמוריו ובזכות פסוקיו ובזכות
תיבותיו ובזכות אותיותיו ובזכות נקודותיו
ובזכות טעמיו ובזכות שמות הקדושים
הכתובים בו ובזכות שמות הקדושים
היוצאים ממנו שתמחול ותסלח לנו על
כל פשעינו ושתכפר לנו על כל עונותינו
שחטאנו ושעוינו ושפשענו לפניך · והחזירנו
בתשובה לפניך והדריכינו לעבודתך
ותפתח לבינו בתלמוד תורתך ותשלח
רפואה שלמה לחולי עמך ותקרא לשבויים
דרור ולאסורים פקח קוח ולכל הולכי
דרכים ועוברי ימים ונהרות מעמך ישראל
תצילם מכל צער ונזק והגיעם למחוז
חפצם לחיים ולשלום ותפקוד לכל חשוכי
בנים בזרע של קיימא לעבודתך וליראתך
ועוברות של עמך ישראל תציל שלא
יפילו את ולדותיהם והיושבות על המשבר
ברחמיך הרבים תצילם ואל המניקות
תשפיע שלא יחסר חלב מדיהן ואל
תמשול אסכרה ושדין ורוחין ולילין וכל
נגעים ומרעין בישין לכל ילדי עמך בית
ישראל ותגדלם לתורתך ותצילם מעין
הרע ומדבר ומגפה ומשטן ויצר הרע ·
ותבטל מעלינו ומעל כל עמך בית ישראל
בכל מקום שהם כל גזרות קשות ורעות
ותטה את לב המלכות עלינו ועל כל ישראל
לטובה ותגזור עלינו ועליהם גזרות טובות
ותשלח ברכה והצלחה בכל מעשה
ידינו והכן פרנסתינו מידך הרחבה והמלאה
שלא יצטרכו עמך בית ישראל זה לזה ולא
לעם אחר תן לכל איש ואיש די פרנסתו
ולכל בריה וגויה די מחסורה ותמהר
ותחיש לגאלינו ותבנה בית מקדשינו
ותפארתינו בזכות שלש עשרה מדותיך
הכתובים בתורתך כמו שנא׳ יהוה · יהוה ·
אל · רחום · וחנון · ארך אפים · ורב חסד ·
ואמת · נוצר חסד לאלפים · נושא עון ·
ופשע · וחטאה · ונקה · שאינם חוזרות
ריקם מלפניך · עזרינו אלהים · · · · ·
שמך והצילנו וכפר על חטאתינו למען
שמך ;

Quaesumus te, Domine Deus noster patrumque nostrorum, per librum (siue primum, siue secundum, s. tertium s. quartum, s. quintum) *Psalmorum, quem nunc coram te legimus, et qui respondet* (vni ex quinque) *libris legis*, (primus nimirum Genesi, secundus Exodo, ex sic deinceps). *per hymnos, per commata, per voces, per litteras, per puncta vocalia, per accentus eius, per nomina sancta tam diserte illic expressa, quam inde prodeuntia* (ex praeceptis puta artis Kabbalisticae) *quaesumus*, inquam, *te, vt condonare et remittere velis defectiones nostras, vt expiare peccata, quibus inique et contra datam fidem egimus. Da gratiam, vt per poenitentiam ad te nos vertamus, deduc nos ad cultum tuum, aperi cor nostrum ad percipiendam legem tuam. Sana, rogamus, aegrotos in populo tuo, proclama* (Ies. LXI. 1.) *captiuis libertatem, vinctisque plenariam dimissionem. Quin et omnes, quotquot aut terra aut mari peregrinantur, de populo tuo Israelitico, immunes praesta ab omni damno et calamitate, eosdemque saluos et incolumes eo vt perueniant concede, quo tendunt. Improles quoque, semine, memoriam ipsorum conseruaturo, bea, per quod tuus, domine, cultus tuique metus augeri possit. Praegnantes mulieres gentis tuae abortum pati ne finas; parturientibus in sella considentibus, praesente auxilio tuo succurre; lactantibus affatim lactis largire, ne vacuas unquam habeant mammas. Anginam, daemonas, impuros spiritus, striges, et quidquid noxam malumque inferre solet, auerte a natis in populo tuo Israel; da potius vt adolescant ad studium legis tuae. Libera illos a fascino, a pestilentia, a plaga, a cacodaemone, figmentoque malo. Fac ne vnquam ullibi locorum aduersus nos totumque populum tuum statuatur aliquid duri aut mali; fac vt bene nobis uelint omnique Israelitarum populo reges ac Domini* (sub quorum imperio viui-

viuimus.) *Effunde benedictionem felicitatemque in omnia quae agimus; sustentationem nobis sufficientem ex diuite copia tua praebe, ne populus tuus alienorum peregrinorumque subsidiis egeat; da, inquam, quae ad ducendam hanc vitam sufficiunt cunis nostrum; contra vero extraneis gentibus nil nisi egestatem.* (En beneuolentiam Iudaicam!) *Denique rogamus te, velis redemtionem nostram festinare, domumque sanctuarii et decoris nostri excitare, idque maiorem in modum te rogamus, per tredecim attributa, in lege tua expressa* (Exod. XXXIIII. 6. 7.) Iehoua, Iehoua, Deus, misericors, gratiosus, longanimis, multus benignitate, ac veritate. Custodiens gratiam millibus, condonans iniquitatem, et defectionem, et peccatum; et absoluens. *Quae sane omnia frustra de te dicta haud sunt. Itaque opem fer nobis, Deus, propter honorem nominis tui, libera nos, delictaque nostra ipsus expia.*

Habes orationem vere Iudaicam, cuius sensum quam verba exprimere visum fuit. Nefas vero foret, eam sine notis quibusdam, inter vertendum natis, dimittere. Generatim notandum, multa in hanc orandi formulam educta esse ex illa, quae inter preces noui anni, interque vespertinas die magno piaculari recitandas, exstat in Machsorim, sub titulis: שחרית של ראש השנה יום א׳ itemque מעריבים ליל כיפור cuius hoc est initium: אבינו מלכינו חטאנו לפניך Per *nomina sancta* siue diuina in Psalmis *latentia*, nec diserte expressa, intelliguntur ea, quae ex singulis canticis Dauidicis eruta sunt in libello superstitionis Iudaicae plenissimo, שמוש תהלים *Schimmusch Tillim* vocato, de quo, quia deinceps memorandus nobis erit denuo, non possum quin illustria virorum in orientali litteratura principum heic adpingam iudicia. *Schickhardus* in Bechinath happeruschim, opere non minus docto quam raro, et quod magnis laudibus prosequitur *Simonius*, sub nomine *Saintore* ambulans, in Bibliothecae Criticae Tomo IIII. 25. animi sui mentem ad hunc modum exposuit. pag. 100. seq. *Extat publice libellus quidam* Schimmusch Tillim, *hoc est*, Vsus hymnorum *dictus, in quo e singulis fere Psalmis, Cabalistica quaedam Symbola, pro certis morbis curandis, collecta reperiuntur.* Ad Kabbalam practicam, quae pura puta Magia est, ex merito refert illum *Wagenseilius* ad Sota pag. 536. *Ad quam* קבלה מעשית *abominabilem librum* שמוש תלים *qui vulgo inter Iudaeos prostat et quantinis pretii habetur, renoco.* Paucis omnia complexus est munerum amplitudine exactissimaque eruditione conspicuus, nobisque fauens, *Ioannes Wulferus* in animaduersionibus ad Salomonis Zeui Theriacam Iudaicam, pag. 74. *omnium nugarum et superstitionum abyssum*, librum istum adpellans. Quantum haec distant a vulgari Iudaeorum opinione, pro deliciis habentium nugacissimas illas chartas, et nescio quae salutaria inde sperantium! *Ephodei* verba *sunt*, a *Buxtorfio* Fil. De punctorum antiquitate parte I. cap. 14. p. 225. allata sunt, atque sic in Latinum mutata: *Dicunt* sapientes nostri b. m. *de libro Psalmorum, quod ordinatio vel dispositia dictorum ex Psalmis, et orationes inde confectae, in anima pura habeat multas proprietates mirabiles, eiusmodique oratio non vacua reuertatur. Scientiam hanc adpellarunt* שמוש תהלים Vsum Psalmorum. *Quin et de Lege vniuersa dicunt, quod tota plena sit nominibus sanctis Dei optimi maximi.* Atque haec sunt illa nomina, quae orationis supra positae auctor in animo habuit. Nempe enim ex priore hymno arcanum Dei nomen אל חד ex quarto יה יה ex sexto ישעיה ex septimo אל עליון ex nono אהיה ex decimo אל מץ ex decimo quinto ילי ex decimo sexto חי ex aliis alia eliciuntur.

Verba: ותפתח לבינו בתלמוד תורתך *Aperi cor nostrum ad percipiendam legem tuam*, mirifice illustrant locum in Actis XVI. 14. ἧς ὁ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις. Sic et in *Schimmusch Thillim* ad Ps. CXIX. פתח לבי בתורתך וכל מה שאני לומד אהיה זוכר *Recludе cor meum ad legem tuam discendam, vt quaecunque percepturus sum, fideli memoria conseruem.* Sequitur mox in oratione: *Praegnantes mulieres* - - - *abortum pati ne sinas.* Schimmusch Tillin ad Psalmum primum:

כתוב יהוה בקלף צבי - - - והשם שלו
אל חד - - - וכתוב יהי רצון מלפניך אל
חד שתעשה לאשה פלונית בת פלונית
שלא תפיל ותרפאנה רפואה שלימה מעתה
ועד עולם אאא ססס ותלי עליה

Inscribendus est membranae de caprea confectae - - - vna cum nomine ex eo prodeunte אֹל חוֹ Vlterius haec *exaranda: Placeat tibi* אל חד *Deus vnice, id efficere, vt vxor τ8 N N. filia N N. ne abortum patiatur; quin potius redde illam sanitati integrae, saluamque perpetuo serua. Amen! Amen! Amen! Selah! Selah! Selah!* Quo facto, membranam *ex praegnante suspende.* Scilicet hoc remedium praestantius erit eo, quod *Plinius* Hist. Nat. XXX. 14. commendauit, et ex eo *Solinus* cap. 37. aut quod *Dioscorides* V. 161. aut efficacius Pontificum Romanorum *Agnis Dei*, de quibus Vrbani V. tempore compositi versiculi, parum venusti, sat noti. Est inter illos et sequens:

Praegnans seruatur simul, et partu liberatur.

Haec: *Daemonas, impuros spiritus, Striges*, &c. iterum ex *Schimmusch Tillin* sumta, vbi Psalmus X. conducere illi dicitur, דאירת ביח שד *qui a daemone vexatur*, vti hymnus LXVIII. prodesse לרוחא בישא *ad pellendum spiritum malum* adfirmatur. Adscribam hac occasione *Athanasii*, aut quisquis auctor est Quaestionum ad Antiochum, secundo sanctissimi Patris operum tomo insertarum, plane geminum locum. Quaestio XIIII. sic se habet: Ποίαν εὐχὴν καὶ ῥῆμα παρὰ πᾶσαν εὐχὴν καὶ ῥῆμα φοβοῦνται οἱ δαίμονες καὶ ὁ διάβολος; *Qualesnam preces, aut quod verbum plus quam alia omnia daemones timent atque diabolus?* Respondetur: Πνευματοφόρους narrauisse, quod diabolus ipse ad hanc quaestionem sequens dederit responsum: ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν πάσῃ τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ ῥῆμα ἐκφοβοῦν καὶ διασκορπίζον πᾶσαν ἡμῶν τὴν δύναμιν, ὡς ἡ ἀρχὴ τοῦ ξζ. Ψαλμοῦ. ὡς οὖν τοῦτο ὁ διάβολος εἴρηκεν, ἀρξαμένων αὐτῶν τοῦ Ψαλμοῦ, καὶ εἰρηκότων μόνον τὸ πρῶτον ῥῆμα, τό. ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, εὐθέως ὀλολύζων ἄφαντος ἐγένετο ὁ διάβολος, ἔργοις δείξας τῆς εὐχῆς τὴν ἐνέργειαν. *Non est in vniuerso siue vetere siue nouo testamento verbum, quod tam perterrefacere ac profligare potestatem nostram valet, quam initium Psalmi LXVII. Vix haec dixerat diabolus, quum illis vel prima haec eius cantici verba:* Exsurgat Deus, et dissipentur inimici illius, *recitantibus, statim vlulatu edito disparuerit cacodaemon, reapse orationis huius efficaciam comprobans.* Scilicet non idem est, quod illi apud Athanasium faciunt, et quod Iudaei. Isti fide pleni, adhibito diuino verbo, tanquam fortissima machina, debellarunt hominum generi tanto infestum opere spiritum impurissimum; hi verbis, characteribus, mysticisque nominibus diuinis, contra voluntatem Dei, rem se perfecturos totam confidunt. Quare ad eundem Psalmum LXVIII. haec praecipit superstitio Iudaica, immane quantum diuersa ab iis, quae Athanasianae quaestiones commemorabant ·ו· לרוחא · יקום אלהים יפוצו אויביו בישא סב מנא מלא מים דלא חמי שמשא ולחוש אותו: *Hic Psalmus:* Surgat Deus et dispergat hostes suos, *abigit malum Spiritum, vbi quidem accepto vase, repleueris istud aquis a sole nunquam collustratis, atque hunc Psalmum demurmuraueris.*

Pergit Iudaeus orando: *Libera eos* (infantes) *a fascino.* Quod in Ebraeo erat עין הרע *fascinum* reddidi, nec praeter rem, opinor. Namque fascinatores per oculos inprimis nocebant, erantque pueris metuendi, quorum proinde oculos saliua matutina inungebant veteres, vt notum ex *Persii* Satyra II. 31. seqq. vbi *vrentes* nominat *oculos* fascinantium, prout *Plinius* H. N. VII. 2 *iratos.* Parata est Iudaeis contra eiusmodi praestigiatores medicina alia, Psalmus puta CXXVII. de quo sic *Schimmusch Tillin*: כתוב אותו ותלהו על נער מערת שילד והוא טוב לשמירה: *Inscriptus suspensusque e puero statim ex eo momento, quo natus fuerit,* φυλακτήριον *est praesentissimum.*

Vlterius a Deo petit Iudaeus, velit se liberare *a cacodaemone, et a figmento malo.* Illum fugat Psalmus IX. huius vim tollit hymnus LIX. si credimus ineptissimo libello, *vsus Psalmorum* monstranti. Sed nunc satis est nugarum, taedetque plura ex eo repetere, quantumuis ampla esset scribendi, siue rectius ineptiendi, materia. Semper enim et Ebraei et populi alii modis illicitis adhibuere Psalmos. Credamus *Thomae Galeo* ad Iamblichum de mysteriis pag. 293. commentanti: *Africanus apud Hippiatricos penes me nondum editus, ad coxae dolorem Psalmi cuiusdam versum cani iubet. Sunt et alia istiusmodi sub Chrysostomi et Theophylacti nomine a Graecis recentioribus ficta carmina, in eodem codice MSC. quae nunc praetereo.*

tereo. Et haec quidem insania nullum non saeculum occupauit, posteriora tamen potissimum; quod facile ostendere liceret, si id nunc ageremus. Tacenda sunt *Geoponica*, in quorum libro VII. atque X. quaedam *vsum Psalmorum* confirmantia, tacendus *Io. Goropius Becanus*, Hermathenae lib. I. pag. XI. Dauidicum Psalterium Graecis exaratum litteris visum sibi in Italia narrans, cuius singulis odis minio adpictum fuerit, ad quae profana vel opera vel cogitata conducat Psalmorum quisque; tacenda passim obuia uestigia compluria. Nec quidquam amplius addo, praeterquam quod lacuna in fine orationis conspicua per למען כבוד explenda ueniat, id quod in versione nostra expressimus; et quod similes orationes Kabbalisticae, lectioni Psalmorum praemittendae, passim legantur, nominatimque aliqua codice LXXXI. a nostra quidem diuersa, nec tamen vel hic vel infra adponenda.

X.

Codex Decimus membranaceus est in sedecimo, vt vulgo nominant, constans foliis CCXVII. Psalmosque Dauidicos exhibens punctatos, non autem accentibus praeditos. Desunt in eo tria priora commata hymni omnium primi. Ab initio codicis adusque vltimum comma Psalmi septimi adscriptus in margine est commentarius *Raschi* in dicta cantica. Ex quo illud notandum ducimus, quod ad secundi Psalmi exordium scripsit olim *R. Salomo* noster, in eiusdemque editionibus antiquioribus comparet, notante *Pocockio* ad portam Mosis cap. VIII. p. 318. in Basileensi autem Venetaque recentiore neglectum est: expositum scilicet huncce Psalmum II. de Messia quondam fuisse, satius vero esse, de ipso Dauide eum interpretari, quo in promtu sit, quod Christianis de Christo suo Hymnum capientibus, respondeamus. Verba *Raschi* in codice nostro haec sunt:

רבותינו דרשו את הענין על מלך המשיח ולתשובת המינים נכון לפותרו על עצמו

Ante vltimam vocem עצמו editi ponunt דוד idque omnino addendum, licet tam in hoc MS. quam infra codice XXI. vbi denuo recitata verba occurrunt, omittatur. Contra vero impressi libri loco לתשובת המינים habent ולפי משמע quum tamen ad Psalmum XXI. 2. iidem non dubitarint omnia memorata vocabula integre nobis proponere. Vt vel ex eo corruptam lectionem ad Psal. II. restituere liceat. Nec poenitebit conferre *Raymundum Martini*, in pugione fidei P. III. distinct. I. cap. 8. num. 13 p. 527. eo plane ordine citantem Raschiana verba, prout ex nostro codice illa dedimus. Ceterum, per *Minim* nos Christianos esse intelligendos, nemo dubitabit, qui *Eisenmengerum* legerit, vel quae infra codice XVIII. occurrent propria Iudaei detestabilis testimonia.

XI.

Codex Vndecimus membranaceus est in octauo maiore, constans foliis CCXVIII. Continet libros Danielis, Esrae, Nehemiae, ac vtrumque Chronicorum, e quibus tamen posterior integer non est, verum in capitis XXXIII. commate 17. desinens; scriptus alioquin eleganter cum punctis et accentibus, etsi nonnihil negligentius. Ex quo factum, vt non modo hinc inde voces, sed integra quandoque commata scribentis incuria in ipso textu omissa, in marginem demum ab eodem coniecta fuerint. Id singulare habet, quod Esram et Nehemiam pro vno numeret, neque vel maiore littera vel alio quocunque signo vnum ab altero discriminauerit, sed vtroque finito, in calce adscriptum legatur סל״ק ספר עזרא *Explicit liber Esrae*. cui recentissima manus adiecit verba: וספר נחמיה *nec non Nehemiae*. Similiter duo Annalium sacrorum libri tam arcte inuicem copulati sunt, vt ne versus quidem vllus, aut distinctionis seiunctionisque nota compareat.

XII.

Codex Duodecimus volumen Estherae est, non libri forma, sed voluminis exaratum sine punctis, sine accentibus; tantum apices litterarum, siue *coronae*, vt Iudaei nominant, hic visuntur.

XIII.

Codex decimus tertius, idem est volumen Estherae, eodemque plane modo scriptum conuolutumque.

XIIII.

Codex decimus quartus voluminis formam, aeque vt antecedentes duo, prae se fert, ac praeterea capsulae ligneae cylindri speciem referenti inclusus, libellum Ruth continet, et punctis et accentibus et *coronulis* etiam istis, *gladiolorum*

quoque ac *ſpiculorum* nomine venientibus, omnino carentem.

XV.

Codex decimus quintus membranaceus eſt in folio, conſtans foliis XXVII. Fragmenta continet τῶν Haphtaroth, ſumto initio ex Haphtarae חבאים ישרש medio, nempe ex Ieſ. XXVII. 13. deſinit in Haphtara penultima ויהי ככלות et his quidem verbis, 1. Reg. VIII. 54. יהי יי אלהינו עמנו A Germanienſe Iudaeo ſcriptum hunc codicem inde conſtat, quod ordinem Haphtaroth, apud אשכנזים receptum, ſeruauerit. Punctis et accentibus praeditae ſunt omnes (excepta vnica 1. Reg. XIX. ויד יי היתה) itemque Maſora magna textuali paruaque. Hoc notandum, quod in Haphtara ex Habakkuko petita capitis III. comma 16. et 17. Chaldaice ſimul ex *Ionathanis* paraphraſi adponantur, ea ſine dubio ex cauſſa, quod excidium Romanorum poteſtatisque illorum ablatio ibi memorentur, res gratiſſimae Iudaeis, ardentiſſimisque ſuſpiriis exoptatae dudum. Nec illud tacendum, hunc noſtrum codicem illumque qui ſupra num. IIII. poſitus erat, eundem adgnoſcere ſcribam paremque aetatem.

XVI.

Codex decimus ſextus membranaceus eſt in folio auguſto, conſtans foliis LVIII. atque Haphtaroth exhibens punctis non minus quam vocalibus inſtructas, quarum nonnullae, cumprimis quae ſolennioribus diebus feſtis praelegendae, *Ionathanis ben Vziel* interpretationem habent adiunctam.

XVII.

Codex decimus ſeptimus membranaceus eſt in duodecimo, foliorum CXV. tam Paraſchas quam Haphtaras integris verbis deſcriptas, verum absque accentibus et punctis, complexus.

LIBRI EXEGETICI.

XVIII.

Codex decimus octauus chartaceus eſt in quarto maximo, foliorum CCLV. rotundis litteris exaratus, latoque margine inſtructus, cui auctor ſupplementa cum tempore menti obuenientia, illeuit. Commentarius eſt anonymi in Pentateuchum, initio carens, vtpote a Geneſ. II. 23. incipiens. Multam doctrinam ſpirant omnia, ſed et inſignem petulantiam, et aduerſus Chriſtianos acerbitatis virus longe peſſimum. Is quia liber nondum adſpexit lucem, et vero nec vlli *Nizzachon*, nec iis quos Telorum Satanae igneorum titulo euulgauit illuſtris *Wagenſeilius*, nigrae ſucco loliginis cedit, rei Chriſtianae intereſſe arbitror, vt ſpeciminibus productis, ex hoc vngue leonem diſcant, quidue ſperandum vtilitatis ex editione totius operis, ſerio ſecum perpendant linguae rerumque Iudaicarum ſcientes.

Folio III. b. et fol. IIII. a. ad Geneſ. III. de maledictione, qua in primos hominum animaduertit numinis ſeueritas, agens impurus et nefarius homo ſic commentatur:

המינים פוקרים ואומרים דעל׳ אכילת
אדם ירדו לגהינם עד שנתלה התלוי
ופדאם · התשובה · א״כ למה נתן התורה
מאחר שלא היה גמול׳ לצדיקים · ועוד
דעל ערל כתיב ונכרתה הנפש ההיא
מאי נפקא מנידה בלאו הכי היו יורדים
לגהינם · ועוד דכתב דוד המלך כי לא
תעזוב נפשי לשאול׳ ולא תתן חסידיך
לראות שחת · ועוד הרי נתקלל׳ אדם
במיתה ושאר הקללות וכן הנחש וכן
האישה ואם בפגירת התלוי נמחל׳
העון א״כ למה מתים בני אדם וכן מאישה
ומנחש ואדמה הרי הקללות הנראות
לעינים קימות · ועוד אטו שפטנו עסקנו
דעבור עבירה קטנת שאכל׳ אדם מן העץ
הוריד כל׳ הצדיקים לגהינם ועבור
עבירה גדולה שיסרוהו ותלוהו הוציא
הרשעים · ועוד אם היה בידו לתקן למה
לא תיקן בענין אחר ולא היה לא לסבול
יסורין ולטוף עצמו כאישה ואפילו דרך
מצה קרוי זנות דכתיב מצת אישה זונה:

Chriſtiani erronee docent, propter eſum Adami (de vetita arbore) *inferno addictos fuiſſe omnes, vſque dum cruci affixus fuerit ſuſpenſus ille* (Chriſtus ſcilicet) *eosdemque liberauerit. Reſpondemus: Si ita res ſeſe habet, qui factum, vt daretur lex, nec tamen iuſtis*, (eam ſeruantibus,) *aliqua contingeret retributio*(ſed ex aequo damnarentur omnes, ſiue boni, ſiue mali?) *Iam et ſcriptum reperitur de praeputium non reſecantibus*, Geneſ. XVII. 14. Exſcindetur anima illa. *Vnde fluit, mini-*

minime ad infernum detrusos, (quotquot mandatum circumcisionis exsecuti fuere.) *Est insuper hoc Davidis regis effatum:* Psal. XVI. 10. Non relinques animam meam in sepulcro, neque permittes vt sanctus tuus corruptionem experiatur. (Quod minime dici potuisset, siquidem vera esset aduersae partis sententia, promiscue omnes damnatos fuisse.) *Adde quod Adamo, praeter maledictiones alias, mors inflicta, atque vt serpenti feminaeque. Si vero per mortem Crucifixi remissa est iniquitatis poena, cur homines adhuc moriuntur? Pariter mulieri, serpenti, terraeque impositas exsecrationes ad hanc vsque diem perdurare, vident omnes. Num quid ergo* (id cogitandum de supremo rerum humanarum domino) *eum sic iudicaturum caussam nostram, vt propter leue peccatum, comestionem puta Adami de arbore, omnes omnino iustos aeternis suppliciis addiceret; contra vero propter longe grauius delictum, flagellationem nimirum atque suspensionem*, (quam Iesus sustinuit) *liberos pronunciaret impios? Imo si licuit ei* (Christo) *res hominum in melius conuertere, cur id alio modo ab eo praestitum non est, et tali quidem, vt nec ferre debuisset plagas, nec in feminae vtero formari, idque illegitimo luparum more cum viro congredientis, de qua dictum putabimus illud* Ierem. III. 3. Frons meretricis.

Folio V. col. a. b. ad Genes. V. 24 maledicentissimus coniuciator ex mente doctorum quorundam gentis suae refert, quod בשנת תתקלב ישו נצלב *anno 932. Iesus e cruce fuerit suspensus*, quod de eodem anno maiorum exstet traditio, fuisse in eo רגע אחד שהרקיע נפתח ושערי רחמים פתוחות וכל מה שאדם שואל באותו רגע נותן לו המקום וישו כיון באותו רגע ושאל מה ששאל וניתן לו: *momentum temporis, quo coelum portaeque misericordiae diuinae aperiendae erant tanto cum fructu, vt quidquid aliquis eo ipso momento peteret, a Deo consequeretur. Iesum itaque obseruasse istud punctum temporis, ex quo factum, vt ipsi datum fuerit omne quod rogauerit.* Deinceps vero computum hunc reiicit, scribens: וזה אינו שהרי ישו היה בימי הילני המלכה כדאיתי בתולדות ישו: *Sed haec vera non sunt, quum Iesus vixerit tempore Helenae reginae, vt est in libro Toldos Ieschu.* Tandem de annis aetatis Christi exsecranda haec comminiscitur: הוא לא חי רק לג שנים ונתקיים בו אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם: *Nonnisi XXXIII. annos vixit, impletumque in eo est illud:* Psal. LV. 24. Homines sanguinarii ac dolosi ad dimidium dies suos non perducent. Mox Christianos calculum a natiuitate Christi ducentes confutat, sequentibus verbis, quae vel ideo maxime notatu digna sunt, quia ex iis tempus conscripti compositique commentarii huius elucescit. Ita autem infit: והנוצרים טועים ואינם מונים מלידתו רק אלף ומאתים וארבעים וטועים שט שנה שהיה ישו אחר רשע תהרג והם מונים מן השיני: *Errant Christiani a natiuitate ipsius MCCXL. annos duntaxat numerantes, aberrant inquam* (a vero calculo) *CCCIX. annis.* (Duo enim inueniuntur qui nomen Iesu gesserunt) *e quibus posterior Iesus, ille impius, neci datus est, a quo illi aeram suam ducunt.* Quod trabale de duobus Iesu mendacium exstat quoque in Nizzachon Lipmanniano.

Folio XIII. col. I. ad Genes. XVIII. 3. bipedum nequissimus haec notat:

המינים פוקרים והנה שלש אנשים וכתיב ויאמר אדני דהכל שלש אלהו׳ הכל אחד׳ תשובה · א״כ שהזכירם אברהם לג׳ אלהו׳ דהכל אחד למה הביא להם לאכול וכי לאכילה הוא צריך · ועוד לדבריהם אי אפשר לג׳ רשויו׳ להיות זה בלא זה וכאן נתפזרו דכתיב ויבאו שני המלאכים סדומה ושלישי היכן היה ועוד כתיב ויפנו משם האנשים וילכו סדומה הרי הלכו להם וכתיב ואברהם עודנו עומד לפני הש״י אלמא משם דשכינה לא היה מאותם אנשים:

Decipiuntur Christiani, qui ex hisce: Gen. XVIII. 2. ecce tres viri, *item ex his* vers. 3 et dixit: Domini mei (si nunc inueni gratiam in oculis tuis) *concludunt tres illas personas nonnisi unicum esse numen. Responsio in promtu est. Quod si enim Abrahamus tres personas pro Deo habuit vno, quare panem iis proposuit ad edendum? aut quid cibis opus fuit? Quid? quod verbis propriis impugnare* (Christianos) *licet. Atqui enim, impossibile esse, vt ex tribus inuicem arctissime coniunctis vnum sit absque altero. At vera tres illi in historia nostra memorati* (iisdem

dem in locis ſimul omnes non fuere,ſed) *in diuerſis, quia ſcriptum eſt*, cap. XIX. 1. Et venerunt duo Angeli Sodomam. *Vbinam ergo tertius fuit? Iterum legimus:* XVIII. 22. Reſpicientes inde viri iſti abibant. *Ecce* (duo illi) *abierunt*, (et tamen ibidem) *additur:* ipſe vero Abraham ſtetit adhuc coram Deo. *Ex quo conſequitur, Schechinam non fuiſſe in horum virorum numero.*

Folio LVIII. col. 1. ad Geneſ. XLIX. 10. et haec quidem verba: עד כי יבא שילה ſcelus hominis haec habet:

פוקרים המינים ואומרים דשילה היינו
הישו דאז פסק השבט מיהודה שאין עוד
מלכים וגם אומ׳ כי יבו שילה ולו ר״ת ישו׳
תשובה · היכן מצינו דנקוד שילה ועד ולא
יקהת עמים ר״ת וסופם יתעם הרי כתוב
וישו יתעם · לא יסור שבט מיהודה · זאת
ממלכו׳ תנתן לו להשתחוות לו כל ישרי
אחיו כלומ׳ לא תפסוק ממנו כל אותה
הגדולה והממשלה כלל ולא מחוקק ושורת
מזרעה · עד כי יבא שילה כלומר עד כי
יבא מלך המשיח והוא רחבעם בן
שלמה שבא לחדש המלוכה בשילה כלומ׳
בשכם באו לחלק המלוכה ושכם ושילה
אחת היא כי הם סמוכים זה אל זה
כדכתיב ביהושע ויאסוף יהושע כל ישר׳
שכמה ולפי שהקדקד חלקת ושווה
היתה בשכם היו מתקבצים שמה לכבוד
המשכן אשר בשילה הסמוך שם · כי יבא
שילה · כמו לשילה כמו ותבאני בית לחם
באו לבית לחם וזהו מאותיות החסרות
כולם בהרבה מקומות · פא׳ לא יסור
שבט מיהודה כלומ׳ לא כקדמתו מושל
ביהודה עד כי יבא שילה וזה מלך המשיח
ובאותו זמן ישוב הממש׳ח על יהודה
שיהא מלך לכל ישרי כדכתיב עדיך
תאתה המלוכה והממשלה:

Grauis eſt Chriſtianorum error, opinantium, Schilo nullum eſſe alium quam Ieſum, vtpote ſub cuius aduentum ita defierit ſceptrum inter Iudaeos, vt ne nunc quidem rege gaudeant. Quin et aliqui arbitrantur, vocum יבו שילה ולו *priores litteras* (idipſum innuere, quum ex iis prodeat nomen) *Ieſu*, ישו. *Parata eſt ad haec reſponſio. Ecquis enim docuit eos, punctis ſignandas eſſe* (initiales iſtas litteras, ad eliciendum inde nomen. Si tamen id ſibi licere exiſtimant, *nonne* (pari iure nobis conceſſum erit) *verborum* יקהת עמים *primas vltimasque litteras* (in vnum conflare? vnde naſcetur vox) יתעם *ſeducet illos, vt adeo plene ſcriptum ſit*, ישו יתעם *Ieſus iſte ſeducet eos* (Chriſtianos. Porro haec verba) Non recedet ſceptrum a Iuda, (id volunt:) *dabitur ei regnum ideo, vt adorent eum omnes Iſraelitae, fratres eius. Vel hoc innuunt: Neque magnificentia, neque imperium, neque legislator, neque principatus vllo vnquam tempore in poſteris Iudae deſiderabitur, vſque dum venerit Schilo, ſiue rex Meſſias, per quem heic Rechabham filius Salomonis, qui dum in Schilo, id eſt, Schecemum venit, vt ibi inauguraretur, regnum diuiſum fuit. Schecem vero et Schilo pro eadem ſumuntur, quia ciuitates fuerunt conterminae, prout ſcriptum eſt in Ioſua* XXIIII. 1. Tunc congregauit Ioſuas totum Iſraelem Schecemum. *Nam quia vertex aequalis iſtius diuiſionis Schecem fuit, eo conuenire ſolebant* (non in Schilunte) *ob reuerentiam tabernaculo praeſtandam, quod in Schilo erat, oppido Schecemi vicino.* Donec venerit שילה *id eſt*, לשילה *in Schiluntem. Sic alibi:* Ruth I. 19. Venire eas (videtur Ebraeus locum ex memoria citaſſe, quum ותבאנה בית לחם nondum inuenerim) בית רחם pro לבית לחם *in Bethlehem. Namque* (Mem) *eſt vna ex litteris, quae paſſim ſubaudiuntur. Aliter quoque iſta:* Non recedet ſceptrum de Iuda, *exponi poſſunt, hoc nimirum modo: Non antea dominus in Iuda eſſe cenſendus eſt, quam venerit Schilo, hoc eſt, rex Meſſias, cuius tempore redibit imperii poteſtas ad Iudam, qui totius Iſraelis rex erit, iuxta illud* Michae IIII. 8. Ad te perueniet *imperium* atque dominium.

Folio CI. b. ad Exodi XX. 4. praeceptumque de non faciendo ſimulacro diuinam referente naturam, malitia Iudaica ſic loquitur:

מכאן תשובה למינים דעשין פסילין
ואומרין דאין זה רק לזכר בעלם · ואפילו
זכר אסור דהא כתיב לא תעשה אחד לא
יהיה · אע״ג דמצינו בספר יהושע שעשו
מזבח בעבר הירדן ורצו להורגם · ואמרו
דלא עשו רק לזכר · התשובה · לא היו
מקריבים עליו והכא הם משתחוים וכתיב
לא תשתחוה להם · ואשר מקשים מברכים
כיצד

כיצד עשו הכרובים · התשובה · הורה
על פי הדבר ואלו הם עשו מעצמם ועוד
דלכרובים לא היו משתחוים והם משתחוים
ועוד לא הוזהר רק אשר בשמים או בארץ
מתחת ואילו כרובים לא היה לא בשמים
ממעל ולא בארץ מתחת דכתיב סוככים
בכנפיהם ולאדם אין לו כנפים אעג דמצינו
למעלה פני אדם אא אין בזה דהס יש להם
די פנים · ועוד דכתיב במלכים ומקבות
והגרזן וכל כלי ברזל לא נשמע בבית
בהבנתו כדי שלא יעשו צלמים כי אי
אפשר לעשות צלם בלי ברזל :

Ex hoc loco respondere licet Christianis, imagines (sanctorum) *facientibus, quas nonnisi in memoriam eius; qui* (sanctos illos) *creauit* (id est, Dei ipsius) *erectas adfirmant. At vero prohibito etiam est illa recordatio, eo quod dicatur* (absolute) Non facies. *Ergo plane non* (tam imago, quam recordatio, quae per eam fit) *o mittenda. Quamuis enim in libro Iosuae legamus* cap. XXII. 10. seqq. *quod altare exstruxerint* (Rubenitae, Gaditae dimidiaque tribus Manassis) *propter Iordanem*; (simul tamen ibidem additum est, quod reliqui Israelitae) *illos* (eam ob caussam) *interficere voluerint.* (Itaque dum Pontificii imagines sanctorum se habere) *aiunt solius recordationis caussa*, (interque alia, quibus se tueantur argumenta, factum quoque illud Rubenitarum ceterorumque, altare aedificantium, allegant;) *respondere possumus* (bene quidem se illa habere; Rubenitas tamen in exstructo altari) *nullo obtulisse sacrificio* (vide comma 23. 26. 29.) *illos autem* (Pontificios puta) *cultum praestare* (imaginibus,) *quum tamen serio interdictum sit*: Non incuruabis te coram illis. *Iidem obiiciunt nobis Cherubinos, quaeruntque, quomodo illi facti* (et in quem finem?) *Respondemus. Hos quidem voluntate diuina factos* (imagines vero Christianorum) *voluntate propria*, (fine mandato Dei.) *Adde quod coram Cherubinis se non incuruauerint* (Israelitae,) *quod tamen illi faciunt. Praeterea, prohibitum duntaxat est, imaginem eorum facere, quae aut in coelo* (supra, id enim omisit ex negligentia, Iudaeus) *aut quae in terra infra sunt. Iam vero Cherubini nec ad ea quae vel in coelis supra, vel in terris infra degunt, referuntur, inprimis quum perscriptum de iis sit* Exodi XXV. 20. XXXVII. 9. obtegentes alis suis. *Atqui homo caret alis. Et licet facie humana instructi fuerint Cherubim, nil tamen id nobis obstat, quum quatuor omnino vultus habuerint*, (quot nemo habet hominum. Vt adeo nulla ratione imaginibus eorum, quae in terra sunt, adnumerari possint.) *Denique in historia regum* lib I. cap. VI. 7. *scriptum inuenimus:* Non mallei, non securis, non instrumentum ferreum vllum auditum est in templo quum aedificaretur. *Atqui impossibile est, imaginem absque instrumento ferreo fieri.* (Vnde iterum concludere licet, Cherubim minime fuisse צלם siue imaginem.)

Folio CCXXXIX. col. a. ad Deuteron. XVIII. 15. nobile de Messia vaticinium sequentem in modum interpretatione sua peruertit nebulo:

נביא מקרבך מאחיך כמוני · פוקרים
המינים דזהו רמז לישו שעתיד לחדש
הדת · תשובה לדבריהם הרי מעיד
הפסוק ולא קם נביא עוד כמשה ואם פירי
דווקי בישרי לא קם אבל באומות העולם
קם אם כן הרי מעיד הכתוב כמוני דווקא
שיהיה מישרי אליו תשמע ועוד הרי הזהיר
כי יקים בקרבך נביא וכתיב כי דבר סרה
על אלהים פי' סרה שסר מדרכיו במו
לעורת בו סרה וכתיב יומרת ובן מוכת
וכאשר ידבר הנביא בשם יי לא יהיה
הדבר ולא יבא וזהו שהתלוי אמר שבא
לכפר עון אדם וחוה והא קאמר שסיקר
דהא כל הקללות ישנא מיתי ואשה בצער
וולדת וקוץ ודרדר ובזעת אף לחם ועוד
הרי מוכיח לשון כי יסתך בן אמך ולא בן
אביך דלא אשכחן אדם שאין לו אב רק
התלוי והתשובה כי הרוג תהרגנו :

Prophetam e medio tui e fratribus tuis sicut ego. *Errant haeretici flotuentes, haec innuere Iesum, nouam introducturum religionem. Ad quae respondemus; legi in alio commate* Deuter. XXXIIII. 10. Non surrexit vates praeterea similis Mosi. *Quae verba si quis de Israele tantum capere velit, in quo talis Propheta non surrexit, sic vt aliae excludantur gentes, inter quas par Mosi Propheta exstiterit; tunc omnino illud*, sicut ego, *indicaret, eum fore e gremio Israelitarum. Porro haec*: ei

C 2 auscul-

auſcultabis (vt rite exponantur, notanda eſt) *admenitio illa* Deuter. XIII. 2. Quando ſurrexerit in medio tui Propheta, *et quod paullo poſt ſcriptum eſt* verſ. 5. ſi locutus fuerit apoſtaſiam contra Deum, *vbi* סרה *nil infert quam defectionem a viis Dei, quo ſenſu recurrit* cap. XIX. 16. ad teſtificandum in eum סרה apoſtaſiam, *quod denique additum* cit. cap. XIII. 6. ille interficietur. *Idem declarat textus noſter* (commate 22) Vbi locutus fuerit Propheta in nomine Iehouae, ſi non erit illud verbum, neque euenerit. *Plane ad hunc modum locutus eſt ille Crucifixus, qui poenam peccati primis parentibus denuntiatam expiaturum ſe praedicauit, ſed fucum fecit; quum omnes adhuc maledictiones durent, mors, partus mulierum cum dolore coniunctus, ſpina et carduus, cibusque cum ſudore vultus acquirendus. Denique adiicitur* Deut. XIII. 7. ſi clam incitauerit te filius matris tuae, *idque ſatis notabiliter poſitum; neque enim dicitur*: Filius patris tui, *eo quod nullum inueniamus hominem ſine patre natum, niſi Crucifixum illum. Quare et in eo decretum fuit implendum*, (ibidem verſ. 10. exſtans) Omnino occidito iſtum. Plura habet Iudaeus, quibus in alienum torquere ſenſum oraculum memoratum ſtudet, tandemque contendit, intelligendum illud de Ieremia vate, quippe qui in eo Moſi aſſimilandus, quod vterque XL. annis populo Iudaico praefuerit, hic tanquam Propheta, ille vt dux atque rector; quod ille Iſraelitas ex Aegypto liberauerit, hic decem tribus reduxerit.

Folio CCXLI. col. 2. ad Deut. XXI. 23. ſcribit homo profanus et leuiſſimus ſcurra: ומכאן תשובה למינים הוא קלל בעצמו ואיך הניח לתלות את עצמו ועמד בקללתו: *Ex hoc loco* (vbi ſuſpenſus exſecratio eſſe Dei dicitur) *egregie conuincere poſſumus Chriſtianos. Ille enim* (Ieſus ſcilicet) *maledictionem ſibi metipſi contraxit, dum ſuſpendi ſe paſſus eſt, in eademque exſecratione permanſit.*

Haec ſunt atrociora fere loca, quae nos in luſtratione huius codicis animaduertimus; alibi tangit ſaepius Chriſtianos, ſolitisque ᵢᵢᵢ מינים ac משומדים aliisque nominibus denotat. Sed ſatis nunc eſt nugarum, immo mendaciorum atque blaſphemiarum. Iſtud de auctore huius codicis denique notandum, fuiſſe Iudaeum Germanienſem, vt adparet ex eo, quando folio XIII. a. Ebraicum אלון *quercus* interpretatur per אייכל *Eichel.*

Eodem codice, folio vltimo, columna ſecunda initium conſpicitur noui libri, ſed qui in eosdem impegit ſcopulos, quibus tot aliorum ſcriptorum facta ſunt naufragia. Neque enim praeter vnicam hancce paginam amplius quidquam videas, ceteris ſiue ſtudio ſiue incuria poſſidentium e conſpectu ſublatis. Vt titulum diſcas libri nomenque auctoris, quae in ſummitate huius paginae leguntur, adpingam: בטוב גדא אתחיל לכתוב פשטים שחבר • • • • • • פנחס לואנץ יצ״ו עזרי מעם ע״שו *Bona Fortuna ſcribere adgrediar Expoſitiones, compoſitas a - - - - -* (deleta hic ſunt quaedam, vt ne veſtigia quidem adpareant ſcripturae antiquae) *Pinchaſo Loanz, quem Deus ſerues! Auxilium meum a Iehoua eſt, creatore coeli atque terrae.* Ignotus eſt noſter R. Pinchas tam R. Schabtai Strimero, diligentiſſimo homini, quam Chriſtianis Ebraicae Bibliothecae conditoribus. Eſt vero liber iſte commentarius, vt videtur, in Raſchium, prout colligere pronum eſt ex ipſo exordio, ſic ſonante: יש להקשות מה שייך להקשות כאן פתיכה פרעה • ועוד אחר שתירץ דגבי פרעה היו חמים תש כם מה קשה יותר • ועוד כי בכל מקום שאומר ועוד משמי שקשה מדה דבר על התירוץ הראשון והבא מה קשה ועוד כי האבל הבא מפני חוזק מים הוצרך וכו׳ זה האבל שייך על התירוץ הראשון וגו׳ Videſne, quomodo Rabbinus noſter obiectiones nonnullas in Raſchii interpretamenta moueat, quomodo obſcuram eius mentem exponat, quomodo dubia ſoluat, quae circa expoſitionem pueruli Moſis naſci poſſunt? Excurrit hac occaſione Noſter in hiſtoriam diluuii Noachici, animalium arcae inferendorum atque iridis. Plura ex tam exigua tabula, e naufragio ſuperſtite, diuinare non licet. Et tamen facilis iactura ſepulchri eſt.

XIX.

Codex decimus nonus chartaceus eſt in quarto, foliorum CLXX. continens duos libros. Priora folio I. vſque ad fol. XXV. perbreuis eſt anonymi commentarius in difficiliora tantum et minus aperta Pentateuchi

teuchi loca, adhibitis potiſſimum in conſilum Chaldaeis interpretibus atque Raſchiana interpretatione, enodatis ſimul variis vocabulis peregrinis, ſed in quarum originatione adſequenda infelix ſaepe auctor fuit. Exemplum praebet vox גימטריא cuius hanc inuenio deriuationem folio II. col. 2. גימטריא · גיא לשון בקעא · מטריא לשון טורא כלומר אם תשליך הר לתוך בקעא יהא שוה · ד״א גיא לשון יווני מניין ומטריא לשון חכמה כלומר אם תמנה בחכמה אז תעלה למניין גדול · מכאן אמרו חכמי׳ גימטריא פרפראות לחכמה: *Gematria componitur ex* Ge, *vallis*, *et* matria *quod idem eſt ac* Tura, *ſiue mons*, *q. d. vbi montem proieceris in vallem*, *locum efficies planum*. (Pari ratione diuerſarum vocum numerus aequalis, eundem gignit ſenſum, per illum Kabbalae modum, qui גימטריא dicitur.) *Aliter*: Ge *in lingua Graecorum notat numerum*, *et* matria *ſapientiam*, *quod indicio eſſe poterit*, *vbi iuxta hancce artem numerare didiceris*, *magni momenti numeros inde prodituros*. *Atque huc facit illud ſapientum noſtrorum* (in Pirke Auoth III. 18.) *Gematria ſapientiae pars eſt*, vel, vt alii, *deliciae menſaque ſecunda*. Elegans, ita ſim felix, etymologia, cui nequaquam fauet eruditus Graecorum ſermo. Nouum ignorantiae ſpecimen exhibet folium V. col. 2. vbi haec: ובלשון רומא קורין לאישה גינסא ולזכר אנדרו ולכן קורין למי שיש לו נקיבות וזכרות אנדרוגינוס: *Lingua Romana mulierem adpellat* ginſa, *maſculumque* andro; *eum vero qui vtriuſque eſt ſexus*, androgynos. Nempe enim non Latina haec ſunt vocabula, ſed Graeca, et quidem, deprauata. Namque גינסא eſt ex γυνή, vti אנדרו ex ἀνήρ, ἀνδρός. Hinc liquet, quid ſtatuendum de magnifico titulo τῶν סתומי׳ abſtruſarum et ante hanc diem incognitarum expoſitionum, commentario huic in calce adſcripto. Ceterum, Germanienſem fuiſſe hunc etiam Iudaeum, vel ex eo certiſſime conſtat, quod folio II. col. 2. Ebraicum קיץ Chaldaicum קייטא *aeſtas* interpretaturus, addat זומיר *Sommer*.

Alter liber a folio XXV. vſque ad finem commentationes *Raſchii* in canticum Salomonis, Ruth, Threnos, Eccleſiaſten, libellumque Eſtherae complectitur. Vterque ab eodem ſcriba exaratus, anno, qui in fine commentarii in Pentateuchum adiectus eſt רכ״ה CCXXV. iuxta computum minorem, ſiue Chriſtianorum M. CCCCLXV. et litteris quidem vncialibus.

XX.

Codex Viceſimus membranaceus eſt in folio, conſtans foliis CLXVI. Habes hic commentarium in Haphtaroth, Iobum, cuius liber a cap. I. ad vſque XLI. 2. inſertus eſt punctis inſtructus, atque Eſtheram. Sequitur alia expoſitio in Eſtheram, nonniſi R. Ioſe et R. Samuelis interpretationes complectens; tum pars commentarii in Lamentationes Ieremiae, in librumque Ruthae; is vero in Eccleſiaſten et Canticum Salomonis, vltimum locum occupans, integer eſt. Harum commentationum conſarcinator Raſchii cumprimis interpreramenta ſequitur, quae aut totidem verbis exhibet, aut ſtrictius percenſet, aut obſcurius dicta explanat, quamuis multa habeat, nec in R. Salomone, nec in aliis Iudaeorum interpretibus obuia, prout varia monſtrant ſpecimina, tertio quartoque obſeruationum noſtrarum libro pridem adducta. Nec aliis in praeſentia opus.

XXI.

* *Codex viceſimus primus* membranaceus eſt in folio, conſtans foliis LXXX. complectens et מדרש תהלים ſed non integrum, ac nonniſi ad Pſal. LXXIIII. 8. pertingens, et *Raſchii* commentarium in hymnos Dauidicos, verum et hunc vltra Pſ. LXXVII. 7. non excurrentem. Vterque liber charactere antiquo ſcriptus, poſterior tamen priore aliquanto eſt recentior. Omiſſa inſuper in Raſchiana enarratione haud raro vocabula Gallica, quibus Rabbinorum ille antesignanus in exponendis obſcurioribus V. T. vocibus vſus fuit, idque ideo factum crediderim, quia et ſcriba alius natione fuit quam Gallus, et in vſum alius, Gallica pariter non intelligentis aut curantis, volumen praeſens exarauit. Hic eſt ille codex, quem ſupra cod. IX. innuimus, in quo ad Pſalmum II. haec leguntur: רבותינו דרשו הענין במלך המשיח ולפי משמעו ולתשובת המינין נכון לפותרו על עצמו: Haec item ad Pſalmum XXI. רבותינו פתרוהו במלך המשיח ונכון הדבר לפותרו

לפותרו עד על דוד עצמן לתשובת המינ״

Quae posteriore loco adducta in editis quoque reperiuntur, atque simul ista subiiciuntur: שפתרו בו שאחר שלקח ארץ כרת שבע אמר מזמורזה quae licet in MS. nostro haud legantur, ab ipso tamen Raschio polita esse minime dubitamus.

XXII.

Codex vicesimus secundus chartaceus est in folio, constans foliis CLXXXII. diffusamque exhibens expositionem in Raschii commentarios quinque librorum Mosis, sed in fine mutilam, vtpote quae caput XVI. in Deuteronomio non transgreditur. Vetustum est volumen, ac, vt videtur, autographum, eo quod multae in margine additiones visantur, quae alius, quam auctoris, esse nequeunt. Ecquis vero auctor sit, dicere non habeo, quum ex tot Raschianis enarratoribus ad manus meas nullus sit, praeter eum, qui דבק טרב euulgauit, a nostro codice prorsus diuersus. Itaque in gratiam eorum, qui copiosiore adparatu Rabbinico gaudent, initium scholiastae nostri ad parascham נח quae secunda est Geneseos, huc transferam, vt componere cum suis interpretibus queant:

נח הואיל והזהירו ספר בישבחו
רש״י · בא לישב שמיד היתה לומר ויולד
נח שלשה בנים כבשאר מקום ואל
תשיבני מאלה תולדות יעקב יוסף בן שבע
עשרי שנהושם אינו מזכיר אחריו התולדות
התם אינו בא להגיד התולדות יעקב אלא
מאורעוי וגלגולות עד שבאו לכל״ל ישוב
כמו שפירשי התם ותדע שכן הוא שהרי לפי
הדא תוכל להכין שבא לישוב זה ודוקא·
למדרת שעיקר תולדותיהם
של צדיקים מעשים טובים
פי׳ טבע שלהם הוא מעשים טובים כך
שמעתי אך צריך לישב מאי הוא דנקט
עיקר מכל שהוא עיקר וי״ל לפי שהוא
הקדים בקרא איש צדיק וכו׳ קודם ויולד
נח שם שהוא עיקר ודוק ובאברהם
הוא אומר התהלך לפני בא לישב יאמר
כאן לפני השם התהלך נח כמו שאמר לשם
התהלך לפני וגו׳

Quae non vertimus, cum quod non interpretandi, sed conferendi cum editis, (si quidem edita sunt) caussa proposuimus, tum vt habeant literarum Ebraicarum studiosi, in quo industriam suam exerceant. Neque enim praemansum perpetuo cibum adponere decreuimus, quamuis id sine negotio fieri potuisset. Id solum indicandum, maiori charactere descripta verba *Raschii* esse; reliqua, commentarium ad illa.

XXIII.

Codex vicesimus tertius chartaceus est in quarto, foliorum centum, expositionem Anonymi sistens in Pentateuchum, conscriptam יום א׳ כ״ב תמוז שפ״ח לפ״ק die primo hebdomados, qui simul erat XXII. mensis Tamuz, anno 388. A. C. MDCXXVIII. vt ex calce libri patet, vbi duo pariter versus olim adpicti fuere, auctorem argumentumque libri absque dubio loquentes, sed quos maleuola manus sic liturauit, vt nec legi nec intelligi queant. Kabbalistarum hic videas nugas impostorias et oblongos pilos. Ad Parascham primam, quare Pentateuchus a littera ב incipiat, quare in ל desinat, magno studio inquirit enarrator, eamque quaestionem, ad nauseam vsque ventilatam, Rabbinico more soluit. Neque aliter in reliquis sectionibus procedit. Sic in penultima האזינו Deuter. XXXII. vt Mosis esse hocce canticum demonstret, licet nomen eius praefixum non habeat, illud tamen ex sex prioribus commatibus per ראשי תיבות deducere annititur. Quod vere est culices percolare, Matth. XXIII. 24. et Herophilum quendam agere, quem sexcentos fecuisse culices adfirmant. Itaque plura de Nostro haud commemorabimus, inprimis quum nonnulla, quae habet, melioris notae, quarto obseruationum sacrarum libro inde nos exhibuisse recordamur. Cetera, damnandus planeac reiiciendus auctor non est, quanquam a placitis maiorum non minus abeat, quam a sordibus tota Iudaeorum natio, et breuior aliquando sit, quam aut dignitas rerum, aut obscuritas verborum requirat.

XXIIII.

Codex vicesimus quartus chartaceus est in quarto, foliorum LXVII. Primo loco videndum se praebet opus recentissimi cuiusdam Rabbini, cui nomen יוסף בן מהו״רר אלכסנדר *Ioseph filius magni doctoris Alexandri*; munus ve-

ro

so מלמד בקק בגאלהויזן *Synagogae sanctae Gelnhusanae magister*, quo modo fol. II. b. salutatur, vel, vt ibidem aliter effertur, מורי צדק בקק גאלהויזן *doctor iustitiae dicta in vrbe.* Hunc puto eundem esse, quem clar. *Wolfius* Bibliothec. Ebr. pag. 505. nominat, scriptorum autem eius, praeter translationem V. T. in linguam Iudaeo-Germanicam, nullum recenset. In medium a nobis heic profertur commentarius eiusdem in primum Mosis librum, sed plane imperfectus. Multae quippe paginae purae sunt, multa non capita modo sine expositione transmissa, sed et integrae Paraschae; quos defectus omnes commodo tempore implere voluisse auctorem, non vana est suspicio. Titulum operi dedit לקט יוסף *Collectanea Iosephi*, in fronteque magnificam laboris huius commendationem praemisit, qua multum se temporis lectioni scripturae sacrae, Medraschim atque Gemarae impendisse scribit, eoque quum tam multas tamque diuersas inuicem legis diuinae interpretationes prostare animaduertisset, se etiam pro ingenii studiorumque modulo hanc exornare prouinciam conatum fuisse. Nec sane aliud quid hic legas, quam quod aut in Medraschim aut sterquilinio Gemarico latet. Initium commentandi fecit a Genes. XII. I. desiit eum ipso fine Geneseos.

Folio LIII. vsque ad finem codicis, breuissimus sequitur commentarius in Deuteronomium, in חמש מגילות atque in Haphtaroth, alium agnoscens a priore parentem, pariter tamen recentem, sed qui litterali sensui magis inhaeret.

Folio LXV. seq. precandi formula exstat, qua vti debet quisquis libros Propheticos legere decreuerit. Inuocanda nimirum sunt nomina Dei mystica, qualia codice IX. vidimus, rogandusque ab homine Deus, velit spiritum, animam mentemque purgare, quo ab ebrietate, quam res hae inferiores attulerunt, per lectionem Propheticam liberetur, neque vitio aut praua cogitatione desiderium istud legendi turbetur. Verba ipsa haec sunt : שתזכך את רוחי ונפשי ונשמתי לעורר מיין תתאין עי קריאת הנביאים הזאת ואל יעכב שום חטא ועון והרהור רע את קריאת הנביאים : Ibidem

regulae quaedam ad celebrationem Sabbati, ritu Iudaico recte peragendam, congestae sunt, ex Antecessorum decretis, in corpore Talmudieo librisque ritualibus passim obuiis, fideliter desumtae. In reliquos quatuor Mosis libros priores adfuisse olim ab eodem auctore constructas expositiones, ex paginarum numeris in suprema ora adscriptis, liquet, quippe qui CCXCIII. iam praecessisse alias palam indicant.

XXV.

Codex vicesimus quintus chartaceus est in quarto, foliorum CXXXII. minutulo charactere exaratus, continens enarrationem in *Raschii* commentaria, quae in Genesin, Exodum, Leuiticum Numerosque composuit; ea enim in Deuteronomium plane desideratur, nec non in priores aliquot Geneseos Paraschas, siquidem וישב capite XXXVII. I. reperiunda, prima est inter eas quae heic proponuntur. De auctore non constat, nisi quod nec ille sit, quem paullo ante codice XXI. inspeximus, neque etiam דבק טוב Viderint, qui nobis beatiores sunt. Atque vt videre possint, perbreue specimen dabo ex principio commentationis in Exodum :

אלה · אעפ שמנאן בחייהם בשמותם דק לרשי למה מנאן פעם אחרת הא בבר מנאן לעיל ואין לומר דלעיל מנאן בחייהן ועכשיו מנאן לאחר מיתי מאי נפקא מיניה בין קודם למיתה או לאחר המיתה ביון דבבר מנאן : HAEC (sunt nomina, &c.) *Quamquam eos viuos adhuc nominibus suis numerauerit.* (Sunt verba Raschii : nunc sequitur פירוש in illa:) *Difficultatem id Raschio heic creat, quod denuo Israelitarum nomina recenseantur, quum supra istud iam fuerit factum. Neque profecto statuere licet, eos quum viuerent adhuc, in summam collectos fuisse,* (quae Raschii conciliatio est) *hoc vero loco, quum ad plures iam abiissent. Nihil enim ex eo conficies, siue ante siue post mortem Israelitarum, nomina eorum expressa esse dixeris; satis est, eadem iam praecessisse.*

LIBRI LITVRGICI.

XXVI.

Codex vicesimus sextus membraneus est in folio, constans foliis CCXIX. atque noui

noui anni, diei expiatorii, festique vmbraculorum preces complectens, charactere quadrato exaratus, punctisque, pro more huiusmodi librorum, ornatus est. Quamplurimis precibus, ad medium vsque codicis a recentiore manu vel intra versuum intercapedines vel ad marginem, adpositae sunt virulentae aduersum Christianos expositiones. Fidem facient, quae ex eo volumine heic subiiciemus maledicentissimi enarratoris specimina. Inter additas priori diei ineuntis anni orationes (מוסף יום ראשון של ראש השנה) est aliqua folio XXIII. a. cuius initium: אנסכה מלכי *Vngam regem meum*, vbi inter alia sic precantur: נתוש חנף ממלוך *Exstirpa*. (in quibusdam impressis legitur נתוץ *destrue*) *hypocritam ne imperet.* Glossa marginalis ad haec verba sic se habet: הוא עשו הרשע intelligendum scilicet per hypocritam esse Edomum impium, siue nationes Christianas. Paullo post ita orant: גברת ממלכות כמגרו *Dominam imperiorum quando ipse deiiciet* Deus; quae in ora libri ad hunc modum exponuntur: אומי הרשעה אדום שהיא עכשיו גברת כשימגר אותה וישפילה אעפ המקרא אינו מדבר אלא על מלכות בבל שהיתה באותו זמן: *Impietas Edomi indicatur, quae nunc dominium exercet.* (Erit vero tempus) *quo illam prosternet* (Numen.) *Etsi enim phrasis* Domina gentium *in scriptura sacra* (Ies. XLVII. 5.) *de regno Babylonico tantum adhibeatur, quippe quod illo tempore floruit:* (potest tamen satis ea commode ad Romanorum trahi imperium, quod primas nunc in orbe tenet.) Ad sequentia in eadem oratione vocabula: קול בכות דברה אני במלכות ומכל יוכל למלך *Vox eiulans dixit: ego regnabo, nam quis praeter me ex omnibus dominari posset?* Glossographus in margine adpingit locum Genes. XXVII. 38. וישא עשיו קולו ויבך *elata voce fleuit Esauus*, atque caussam tacite indicat harum lacrimarum, ablationem scilicet potestatis, quale et Christianos fatum experturos declarare voluit. Intra textum recitatorum verborum idem caput maleuolum haec adspersit: הכל על עשיו נאמר *Omnia Esauum respiciunt*; ne quis dubitare queat, Edomaeos in hacce cantilena tangi. Quibusdam interiectis pergit Iudaeus orando: כתים בכתתו איים בהכותו *Citthaeos quando contundet* Deus O.M. *insularumque habitatores plaga percutiet.* Hic vero nomini כתים superscriptum video רומיים ad denorandum *Romanos*, atque haec simul addita: שלא יהא שריד לבית עשיו eos ita delendos, *vt nemo superstes mansurus sit Esauitis.* Sequitur in cantico: כס ממלכתו יכון וימלוך *Thronus regni eius* (Dei) *stabilietur atque ipse regnabit.* Vix aliquis sinistri quidpiam hic cogitasset, nisi glossularius gentis aeque suae ac propriam detexisset malitiam, dum ita infit: ינקום בעמלק ובאדום המריעים לנו ן׳ חדשים ישב עד הכלית כל זכר באדום לפי שלמדו רבותי אמחה את זכר עמלק: *Vindictam de Amaleko sumet ac Edomo, maxima nobis mala inferentibus. Quinquaginta menses impendet vsque dum memoriam Edomi omnem deleuerit, id quod ex illo textu* Exod XVII. 14. delebo memoriam Amalcki, *colligunt magistri nostri.* Mox ad ista: לכל גובה יפיל *omnem elationem deiiciet*, sic commentatur: אילו האומות שגבהין עכשיו *Gentes intellige, elatas nostris temporibus.* Denique יושבי ארץ nominantur in oratione nostra, per quos non omnes *terrarum orbis incolas*, sed עשיו לפי שעתה מושב בארץ ובעולם מכל האומות *Esaui posteros, qui terras plures quam reliqui populi occuparunt*, glossematarii acumen intelligit.

Folio LVII. b. oratio quaedam secundo noui anni die solenni ritu recitanda proponitur, incipiens: אהללה אלהי אשירה עזו *Laudabo Deum meum, praedicabo robur ipsius*, multa continens nomini Christiano opposita, ex quibus nonnisi vnicum enotabimus, quod versus finem legitur: רבצה עדינה *Cubuit delicata*, atque in margine de אדום הרשעה exponitur. Non multa verba, sed acuta, sed longum calumniarum Iudaicarum examen secum ferentia.

Folio LXIIII. a. occurrunt preces eodem secundo die ר״ה ש״ב vsurpandae, quarum exordium: אנוסה לעזרה *Fugiam ad auxilium*, in queis Iudaica plebs enarrat, quod primum *vrso*, id est Persis, tum *pardo* siue Alexandro M. eiusque successoribus olim seruierint, nunc autem לחית קנה אז מכר ארץ *bestiae arundinis vendita sit terra.* Tu gratiam habe, lector, sagacitati Iudaicae, inter-

interpretanti illa לאדום הרשעה שהיא כחיה בין הקנים וגו׳ *de Edomo impio, qui similis est bestiae inter arundines degenti &c.* Dicta in oratione offendere haec licet : לאלהי ישעי משיני ברזל שועתי *Ad Deum salutis meae ex dentibus ferreis clamaui*, quae in hunc modum illustrat malitia recutiti : מאדום *ex Edomi tyrannide.* Non ita longe post ecclesia Iudaeorum in hanc sententiam queritur : הבט וראה עניי ומרורי אין לי מכיר למי אשא קול: *Aspice atque vide afflictionem meam acerbam ; non est mihi indicans, ad quem eleuare debeam vocem.* Non abit a consuetudine sua Noster, quem nescio quis impulit malignus spiritus, vt haec adscripserit: הבט - - - בגלות זה אדום הרשע שהיא קשה מכולם : *Respice ad praesens quod sub Edomaeis impiis sustinemus exsilium, reliquis omnibus longe grauius.* Ad extremum ait, e Babyloniorum, Medorum Graecorumque potestate liberatos quidem Israelitas esse, אבל בגלות אדום אין לי מכיר למי אשא קול למי אוכל לזעוק מפני אומה הרשעה הזאת: *At vero in hac sub Edomo captiuitate nemo mihi indicat, ad quem vocem eleuare aut clamare debeam, propter pessimam gentem hancce* Edomaeorum.

Folio CXII. b. locum inter preces diei ἱλασμῶ occupat spurcissima illa, incipiens הגוים אפס ותהו quam suo infra loco codice nimirum LIII. adferemus integram, vbi ad haec: הגוים מכנים קדושתך לעול הזימה: *Gentes communem faciunt sanctitatem tuam cum filio scortationis* noxium virus eructat : לעולל הוא ישו שהוא בן הזימה: *cum infante*, עול pro עולל *qui nullus alius est quam Iesus ille impuris nuptiis prognatus.*

XXVII.

Codex vicesimus septimus membranaceus est in folio, constans foliis CLXXVI. Machsor est elegantissimo charactere quadrato conscriptum, punctis interstinctum, maxime quoad priorem voluminis partem, litterisque rubro atramento imbutis et ex arte ductis, inprimis quod ad maiores initiales attinet, conspicuum.

XXVIII.

Codex vicesimus octauus membranaceus est in folio, constans foliis CCXCII. Exhibet congeriem precum Sabbaticarum, Paschalium, diei piacularis, atque tabernaculorum solennitatis. Scriptus est totus charactere quadrato, neque punctis caret.

XXIX.

Codex vicesimus nonus membranaceus est in folio, fine mutilus, constans foliis XCII. formae augustae, qradrato scribendi genere exaratus, punctis praeditus, continens preces obuias sub titulo יוצר לפרשת שקלים ad Parascham זכור item in Perim, ad Parascham פרה atque החדש nec non in Sabbato magno, Pascha, Pentecoste atque tabernaculorum festiuitate recitandas.

XXX.

Codex tricesimus membranaceus est in folio maximo, vt vulgo vocant, constans foliis CCXXXI. atque bonam τοῦ Machsor partem complectens. Liber antiquissimae est fidei et punctatus, cuius praestantiam ex iis intelliges, quae ad codicem LIII. notata inuenies.

XXXI.

Codex tricesimus primus membranaceus est in folio, initio carens, constans foliis CCCLXXIII. Euchologion pariter est, a diebus festis Purim incipiens, atque hinc ad Pascha, Pentecosten, Succoth, diemque Kippurim progrediens. Scriptum quadrato charactere punctatumque est, si versus aliquot, quandoque etiam integra folia, excipias. Praefiguntur in ipso statim limine octo chartacea folia, recentissima manu et pingendi litteras ratione hodie adhuc vsitata, exarata, orationes sub titulo יוצר לפרשת שקלים exhibentia, quae in editis quoque Machsorim reperiuntur.

XXXII.

Codex tricesimus secundus membranaceus est in folio, constans foliis CCCXXXVII. initio carens, deficientibus quippe, si fides habenda numeris superiori paginarum parti adscriptis, foliis septem. Et hic preces noui anni, diei expiatorii, solennitatis vmbraculorum, nonique mensis Abh diei complectitur, scriptus elegantissimis litteris quadratis, rubro subinde colore interstinctis, atque suis punctis gaudentibus.

XXXIII.

Codex tricesimus tertius membranaceus est in folio, et satis licet spissis, vtpote foliis DLXXXIIII. constans, capite tamen destituitur atque cauda. Habes hic orationes noui anni, tum diei piacularis,

laris, illas item quas in Septembribus tabernaculorum diebus ecclesia Iudaica recitare solet; quibus nondum absolutis (paucae enim desiderantur) clauditur codex. Insertae sunt, suis locis integrae sectiones Biblicae, Paraschae nimirum ac Haphtaroth, In festis diebus legendae, vna cum integro libro Koheleth, quem in vmbraculorum festiuitate, in memoriam protectionis Iudaico populo tum praestitae, legere solebant veteres, ita secum cogitantes, vix plenius alibi de prouidentia tractari diuina, quam in illo Ecclesiasta Salomoneo. Punctis instructum esse huncce codicem, scias lector, vt et sequentes in hac classe precum libros omnes, modo ab ea regula, quam deinceps non repetemus, vnum alterumue codicem, suo loco indicandum, excmerimus.

XXXIIII.

Codex tricesimus quartus membranaceus est in folio, constans foliis CXCII. Quid heic exspectandum fit, primum loquitur folium, in cuius fronte titulus praefixus legitur: תפלות של פסח וסדר פרשיות והפטרו ומעריבי Ita sane est. Primo orationes in vespera τῦ Pascha vsurpandae, tum Paschales ipsae, denique Paraschae atque Haphtaroth conspiciuntur. Tacendum non est, quod Canticum Salomonis praemittatur dictis Paraschis ac Haphtaris, ornatum punctis et accentibus; quod item sectiones illae legales ac Propheticae duplici litterarum charactere tam minore quam maiore in eadem pagina exaratae legantur, minutiore illo ad latus posito.

XXXV.

Codex tricesimus quintus membranaceus est in folio, constans foliis CLXXX. partem circuli precum annui complectens, eam scilicet quae in Rosch haschanah, Iom Kippurim, atque diebus festis Succoth adhibenda. Sed vti ex postremi ordinis orationibus quaedam desunt, ita etiam ex prioris.

XXXVI.

Codex tricesimus sextus membranaceus est in folio, constans foliis CXIII. in quo finem atque initium frustra quaesiueris, preces continens Paschales, praetereaque nullas. Liber Ruth, Canticum Salomoneum, Paraschae etiam atque Haphtaroth subiiciuntur.

XXXVII.

Codex tricesimus septimus membranaceus est in quarto, constans foliis CXCVI. particula τῦ Machsor est, incipiens a die ἱλασμῦ, pergens ad noui anni auspicia, festiuitatemque tabernaculorum; plures enim hic non visuntur preces.

XXXVIII.

Codex tricesimus octauus partim membranaceus, partim chartaceus est, in quarto, ita complicatus, vt Musicorum libri solent, constans foliis CLXXVII. Post Psalmos Dauidicos omnes, punctis instructos, et accentibus, sed maximis tantum, Atnacho puta et Silluko, leguntur hic פסוקים דאליהו id est, ea quae in diuersis sacri voluminis locis ad vitam gestaque Eliae spectantia occurrunt, ex 1. Reg. capitibus XVII XVIII XIX. XXI. ex 2. Reg. I. II. III. IX. X. ex 2 Chron. XXI. 12. ex Malachia III. 23. congesta, eademque dicuntur esse טוב לומר במוצאי שבתות *perquam vtilia vbi quis sub finem Sabbatorum legerit.* Quae excipiunt orationes singulis per hebdomadam diebus ex lege, Prophetis, Hagiographis, recitandae, quibus et Baraitha admiscenda est Talmudica, vocaturque hoc סדר כערבית של רבינו אליהו הזקן בר מנחם ממדינת מג״ש *ordo a R. Elia seniore, filio Menachem, ex ciuitate* מגש *dispositus.* Hinc quotidianae preces vulgares, desponsatorum item, et quarum in funeribus diebusque festis vsus est, comparent. Supplementum chartaceum, aliena a priore manu exaratum, et fine carens, quasdam in Pascha, Pentecoste et festo tabernaculorum demurmuandas preces, continet.

XXXIX.

Codex tricesimus nonus membraneus est in quarto, constans foliis LXXVI. praeter קינות orationes lugubres diei noni mensis Abh, nil complectens. Est inter eas aliqua folio XLI. b. cuius initium ואתאונן ואקונן quae Francofurtanae Synagogae iniquiora fata copiosius percenset.

XL.

Codex quadragesimus membranaceus est in folio, constans foliis CIX. initio mutilus, continens קינות antecedente volumine tactas, praemissa parte threnorum Ieremiae, cuius libellus inferi precibus huiusmodi in editis quoque Machsorim solet. Additus est Iobi liber

liber integer, et XXIII. priora vaticiniorum Ieremianorum capita, clauditurque volumen hisce ex cap. XXIII. 6. verbis: וזה שמו אשר יקראו יי צדקנו Vt videatur collectio haec instituta a Iudaeo, meliorem popularium conditionem anxie desiderante, profundamque calamitatum congeriem, quibus nunc premantur, animo assidue secum voluente.

XLI.

Codex quadragesimus primus membranaceus est in quarto maiore, foliorum CLXXXV. sistens precationes Sabbatorum, nouiluniorum, trium maximarum solennitatum, Pascha scilicet, Pentecostes, tabernaculorumque, nouiitem anni, diei חנוכה ac כיפור cum nonnullis aliis; scriptus sane quam elegantissime, adspersisque hinc inde ad extrema marginum figuris animalium ac hominum, calamo ductis, exornatus.

XLII.

Codex quadragesimus secundus membranaceus est in quarto, foliorum CLVII. exhibens orationes matutinas, vespertinas, Sabbaticas, Paschales; noui anni, diei expiatorii, festi vmbraculorum, prima denique tria τῶν *Pirke Abhoth* capita, nec ea quidem satis integra; qui ipse tractatus Talmudicus in Machsorim non omittitur, et in quam multis codicibus MSS. occurrit, quamuis illud vbiuis memorare superuacaneum duxerimus.

XLIII.

Codex quadragesimus tertius membraneus est in quarto, foliorum CCXV. pari per omnia passu cum praecedente ambulans, vt verbum addere necesse haud sit.

XLIIII.

Codex quadragesimus quartus membranaceus est in quarto, constans foliis CCXLII. si quatuor inserta chartacea connumeres, continens orationes matutinas, שברת וחנוכה item ad Parascham שקלים et זכור atque פרה eas insuper quas in Purim, Pascha, Sabbato magno (festos dies Paschales antecedente) Pentecoste, et calamitoso die nono mensis Abh recitandas sanxit ecclesia Iudaica.

XLV.

Codex quadragesimus quintus membranaceus est in quarta forma maiore. constans foliis CCXXXV. complectens tam in festis diebus quam negotiis priuatorum receptas precandi formulas, vt in desponsatione, nuptiis, circumsione, humatione mortuorum, &c. additis *patrum capitulis*. Post orationes omnes extremum occupat locum שיר היחוד של רבינו יהודה חסיד *cantio de vnitate Dei*, *auctore R. Iehuda Pio*, secundum septem hebdomados dies in partes secta, librisque precum, quos Germanienses Iudaei manibus terunt, annexa.

XLVI.

Codex quadragesimus sextus membranaceus est in octauo, foliorum CIIII. quem si Paschales et Pentecostales orationes continere dixero, omnia dixero.

XLVII.

Codex quadragesimus septimus membranaceus est in duodecima forma, constans foliis CL. preces Sabbaticas festorumque dierum in Sabbata incidentium complectens, nuptiales quoque et in circumcisione adhibendas, aut pro pace impetranda fundendas, &c. in multisque proinde conueniens cum codice XLV.

XLVIII.

Codex quadragesimus octauus membranaceus est in duodecimo, foliorum CCLXXXI. bonae notae, et spectatae antiquitatis, Sabbaticas, Sabbati magni, Paschales, Pentecostales, noui denique anni orationes exhibens.

XLIX.

Codex quadragesimus nonus membranaceus est in octauo, constans foliis CLVIII. in quo continentur

I. Ritus festo Pascha obseruandi, preces tunc recitandae cum *Haggada schel Paesach*, ac orationibus in Sabbato, Encaeniorum die, vertente anno, atque Scenopegia, frequentandis.

II. Liber עמודי גולה *columnae captiuitatis*, alias *liber praeceptorum paruus* nuncupatus, autorem adgnoscens *R. Isaacum*, *filium R. Ioseph*, Corbelcnsem. Desunt notae perbreues, quae vulgo adspergi huic operi solent.

L.

Codex quinquagesimus membranaceus est in quarto, constans foliis CCCLXXXII. exhibens

I. Preces matutinas, Sabbaticas, in nouilunio, Purim, Pascha, exordio anni, die expiationum magno. in festo etiam vmbraculorum, non-

nullisque aliis temporibus adhibendas, quibus ſubiiciuntur מנהגים של כל השנה *ritus ſacri per totum annum recepti*, qui et impreſſis Euchologiis adnecti quandoque ſolent.

II. Libellum חיי עולם *Vitae ſaeculi*, praecepta ſeruanda in hac vita homini Iudaeo proponentem, quo adſequatur futuram. Talia ſunt, quod ſummo mane rite ſe induere, lauare, orare, Synagogam adire debeat; quod regulas officiorum tam Deo quam hominibus praeſtandorum, atque heic commonſtratas, vita ſua exprimere debeat. Similis omnino argumenti liber occurret infra in Miſcellaneorum claſſe codice LXXXVII. num. 9. Noſter tamen praeſens, ſecuturo longe plenior eſt atque copioſior.

III. Librum, cui titulus תשבץ *Taſchbez*, hoc ordine incedentem, vt primo iura Sabbati, feſtorumque dierum, tunc orationum, benedictionum, libri legis, quem quis deſcribere adgreditur, phylacteriorum capitis ac brachii, Meſuſae, circumciſionis; hinc obſeruanda nono menſis Abh, aliisque ieiuniis, item in luctu, et circa eleemoſynas, vota et iusiurandum; dein diſcrimen prohibitorum aut conceſſorum; iura vini, mactationis, ac explorationis beſtiae iugulandae; ritus lotionis manuumque elationis, vna cum iuribus mulierum, et paucis quibusdam aliis, maxime pecuniariis, proponantur. Atque haec quidem iura omnia ſuis diſtincta ſunt numeris, quos ſi in vnam collegeris ſummam, CCCCXLIX. conficere deprehendes; quorum catalogus ipſi operi eſt praefixus. Congeſtus eſt liber quantus quantus eſt, ex placitis רמ״ז *R. Meir, piae memoriae*. Exſtat hac inſcriptione Cremonae A. C. 1556. in 4. editus liber, quem fere eadem cum manu exarato noſtro continere, collatione inſtituta, animaduerti; quamuis ordo nonnihil ſit hinc inde alius, et diſſimilitudo paſſim tam in textu quam adiectis adnotationibus conſpiciatur, in calce inſuper הלכות ברכות *iura benedictionum* (diuerſa ab iis quae paullo ante memorauimus) ſubiiciantur, diffuſiora ſane, quam ſunt in edito, et alio praeterea ordine. Vno verbo: Quoad ſummam rei conuenit Cremonenſe exemplar cum codice noſtro; qui tamen hoc prae illo habet, quod copioſius omnia pertractet. Hunc ipſum librum *Thaſchbez* recurrentem inuenies codice LXXV.

IIII. Librum *Ammude golah*, qui et cod. XLIX. adfuit, et deinceps codice LXVI. atque LXVII. denuo recurret. Additas hic habet notas conſuetas. Ceterum ſcripti ſunt quatuor huius codicis libri vna eademque manu ſatis vetuſta, et quam merito ſuſpicere fas eſt. Carent omnia punctis vocalibus, atque ipſe adeo precum libellus, in fronte voluminis poſitus, illis minime gaudet. Duos hoſce codices XLIX. et L. hic non collocauiſſem, ſed ad Miſcellaneos reieciſſem, niſi preces aliquot flagitaſſent, quas paullo infra poſitas offendes, cum recenſitis precum libris omnibus compoſitas. Idemque de codice LII. ſentias, rogo.

LI.

Codex quinquageſimus primus membraneus eſt in octauo, foliorum CII. continens praecipuas Iudaeorum orationes, mane, circa veſperam, in Sabbato, nouilunio, ieiuniis, nonoque menſis Abh die, in Pentecoſte, Scenopegia, noui anni ſolennitate, et die piaculari, ex praecepto et conſuetudine, recitandas.

LII.

Codex quinquageſimus ſecundus membranaceus eſt in folio, conſtans foliis CCXCVIII. atque ſequentia complectens:

I. Orationes noui anni, diei Kippur, feſti tabernaculorum atque Paſcha. Notabile votum finem imponit operi:

שנרית גא ולדה יראנו יחיינו רב וצעיר
מיד בן נכר יפצינו מיד בני שעיר קול
מהיכל קול שאון מחריבין יסעיר חוסת
אש סכוב לה שלם ישלם חמבעיר וגו׳

(Scriptum eſt volumen) *anno* CCXXIX. (qui annus elicitur ex litteris initialibus vocum virgulis notatarum; id eſt anno Chriſtiano MCCCCLXIX. quo anno ſperamus eueniurum, vt) *liberationem nobis commonſtret* (Deus,) *in vita conſeruet magnos cum paruis, ex poteſtate peregrinorum filiorumque Seir nos vindicet. Vox e templo* (percipitur,) *vox ſtrepitus deſtruentium eam* (Edomi puta

puta regiam) *procelloe instar ingruet, murus igneus circumstet illam, omnino rependet is qui incendio delebit eam,* (secundum ea quae promeruit) &c.

II. *Orach Chaiim* semitam vitae, quae prima pars est *τῶν Arba Turim*, praemissa praefatione titulorumque indice, insertis etiam XIII. articulis fidei Iudaicae fundamentalibus, a *R. Mose Maimonide* constructis, vna cum eiusdem canonibus Ethicis, הלכות דעות ab auctore inscriptis, quos quum in quibusdam differre ab editis animaduerterimus, visum fuit, potiores lectiones variantes huic codici subnectere. Ipse vero liber Orach chaiim, etsi lacunis non careat, ab aetate tamen et praestantia commendandus est, nec raro discrepat ab impressis, quandoque etiam exhibet, quae edita nondum sunt, quod vnico nunc specimine probabimus. In editione Hanouiense, inter Hilchoth Schebitath iom tobh, fol. 90. col. 4. numero CXVIII. cuius initium כל הוצאה שיש בה קצת צורך post verba לצאת בו מותר haec adduntur in MSC. כתב אא הראש ז״ל בתשובה לא התירו לקנות כ״ט אלא כדרך שספרי בגמ׳ הולך אדם אצל חנוני וכו׳ אבל אם עשאה כבר מותר לאכול מסנו אפילו בו ביום ובלבד שלא יהו מפריחין ולא יהו אסורין משום מוקצה אבל אם רגילין בכך אסור לאכול מהם אפילו קנו כבר דאין זה חשוב דאי עבר כיון שרגילין בכך׃ *Scribit dominus pater meus, doctor noster Ascher, felicis memoriae, in suis responsionibus; Non licere quidquam in die festo emere, nisi eo ratione qua permissum est in Gemarae loco:* Abit homo ad hospitem, &c. *Israelita, qui gentili dixerit, para mihi columbas in crastinum, non bene agit; quod si vero iam praeparatae fuerint, absque periculo de illis eo ipso adhuc die comedet, modo ne tantae magnitudinis sint, vt volare iam didicerint, aut alio quacunque de causso absolute fuerint interdictae. Sed vbi mos obtinet, vt non* (aliis quam volare incipientibus vescantur) *interdictum esto eos gustare, nec non turtures; quandoquidem existimandum minime est, transgressum aliquem* (constitutiones maiorum haud fuisse) *quando ea sequitur, quae ob aliis omnibus receptae sunt.*

Varias lectiones canonum Ethicorum Maimonidae daturi e MS. nostro, non minutissima quaeque sectabimur, qualia sunt praefixa ו vel ב vel ה vel ל vel ש aliaque omissa aut adposita, vel sono tantum et inflexione discrepantia vocabula, prout מהם et מהן item יהיה et יהא (nam horum infinitus est numerus,) vel transposita, sed magis notatu digna. Quod vt faciamus, non modo praestantia codicis et antiquitas suadet, sed et perinsignis vtilitas ac voluptas, quam prudentissimi istius tractatus lectio praebet. Atque haec ipsa libelli dignitas caussa est, ob quam non modo in Latinam ac Hispanicam linguas conuersus fuerit, (quod aliis iam notatum est) sed in ipsam quoque Germanicam transierit Augustae Vindelicorum MDCLXXI. in forma, quam duodecimam adpellare consueuerunt, nullo interpretis adposito nomine, cuius perbreues etiam notae paginis quibusdam sunt subiectae. Omittuntur in hac versione, quae in fine §. 19. capitis IV. leguntur, nec non integrae sectiones minores, quas Paragraphos vocant, 4. 5. et 6. capitis quinti; idque data opera, vt pudori scilicet lectorum bene prospiceretur. Sequimur in hac collatione editionem operum Maimonidis, excusam Venetiis apud Bragadinos anno CCCX. siue anno Christiano MDL in qua cum nullae paragraphorum notae adpareant, eas ex versione Latina *Georgii Gentii* adscripsimus.

Editio.	Codex MS.
I. וזו משונה מזו ורחוקה	I. זו משונה וזו רחוקה
יכעוס כועס	יכעוס יכעוס
שפל רוח ביותר	שפל רוח מאוד
לא יתאוה אפילו לדברים	ולא ——— בדברים

CAPVT I.

Editio.	Codex MS.
ויש בעל	ויש שהוא כעל
מקצר נפשו שדיו	מקצר דרכיו ביותר שדיו
צורכו	צורכיו
משלו	ויש לו *cum tamen ſuppetat ei.*
כל ממונו	Deeſt כל
כל עדות	כל הרעות quomodo etiam *Gentius* legit.
לב וכיוצא כהן	לבב וכיוצא כזה
II. מוכן	II. מכוין
או ששמע שזו הדיעה vſque ad verba עד שנקבעו בלבו incluſiue.	Deſunt omnia.
III. נוטה	III. Deeſt, prout etiam ſequens לנטות
IV. משני הקצוות	IV. Deſunt.
כנופו	Deeſt.
יקפוץ ידו	יקפוץ ידיו
צדקה	Deeſt.
ומתרחק מדעה	ויתרחק ממדה
או לצד זה	Deſunt.
נקרא חסיד	Poſt haec additur : חו היא מדת חסידות eademque verſu ſequente in MS. repetuntur.
V. ועל דרך זו שאר	V. ועל זה דרך deficiente etiam שאר
VI, כך למדו פירוש מצוה זו מה הוא	VI. כך למדנו כפירוש מצוה זו וזה הוא
	Ad quem modum bis deinceps loco מה הוא ponitur וזה הוא.
הנביאים לאל	Additur ברוך הוא
בחן ולהרמזות אלין	Deſunt.
VII. עצמו	VII: Deeſt.
שיקבעו בו	שיקבעו כלכו
הדעות האמצעיות	הדעת האמצעית
תמיד	Deeſt.
מעשיהם	מעשיו
האלו נקרא	Deeſt vox האלו
הם הדרך	היא הדרך
ונקראת דרך זו דרך ה׳	נקראת זו דרך יי׳
למען אשר יצוה	Adduntur heic, quae citato loco ex Geneſ. XVIII. 19. ſubſequuntur, vſque ad למען הביא יי׳

CAPUT II.

Editio.	Codex MS.
I. מן החולאים מי שמתאוה אל המאכלים שאינם	I. מן החולים שמתאוה ותאב למאכלות שאינן
ושונא	ושונה
והכשר והכל	והבשר הכל
שמים חושך לאור vſque ad haec verba מתוק למר incluſiue.	Deſunt.

Editio.	Codex MS.
חולי הנפשות	Post has voces adduntur in MS. hac: וכיצד היא רפואתם
ילכו אצל	ילכו לחם אצל
שמלמדין	שילמדו
עד שיחזירום	Deest vocula עד
לרפאת אותם	לרפאותם
II. ויהיה למטה	II. יש בלמטה
סחורת	סדונית
ולכשיחזור לדרך האמצעית	וכשיחזור לזה
ועל דרך זו	ועל קו זה
וינהוג בו זמן רב	וינהג בה זמן מרובה
בו לדרך	Deest בו
טוב שבכל	Deest טוב
III. בסדי בנונית	III. בבנונית
מן הקצה האחד	Desunt.
שיהיה האדם עניו	שיהא עניו deficiente voce media.
הוי שפל רוח	Additur : שתקוות אנוש רימה
את הי אלהיך vsque ad ועוד אמרו inclusiue.	Desunt.
מדה רעה היא עד למאד	דעה רעה היא מאד
לעולם	Deest.
שלא יכעוס	Additur לעולם
ועל בני ביתו	Deest vox בני
שהוא מדמה	שמדמה שהוא
בשעת כעסו	Desunt.
אין חייהם חיים	חייהם אינם חיים
חכמים	Deest.
הם עלובים	Deest vocala הם
ועליהם הכתוב אומר	עליהם נאמר
IV. שצריך	IV. שצריכים
תלמיד רבינו	תלמידו של רבי
אלא שתיקה	משתיקה
והענין מועט	ועניניהם מועטין
ברוב ענין	Deest ברוב
V. לפיכך לא	V. Deest לפיכך
וילמד לתלמידים	Desunt.
בשובות	Praefigitur אלא
שאמר שלמה	ששלמה אמר
VI. יהיה אחד בפה	VI. ידבר אחד בפה
דעת גוי	דעתו של גוי
במקום כשר	בכלל
יפתח לו	Deest לו
לפותחן	לפתוח אותן
לפתותו	לחראותו

Editio.	Codex MS.
פתח וכן	פותחן וכן
אסור אלא	אסורה אלא
VII. והתלות ולא עצב	VII. והתול עצב
שכך אמרו	כך אמרו
מרגילין את האדם	Desunt voces את האדם
בעל קטטה ולא בעל קנאה	בעל קטטה וקנאה
בעל תאוה ולא	Desunt.
רודף	יהיה רודף
באמצעות	באמצעית
פלס מעגל רגליך וכל דרכיך יכונו	Loco huius loci Biblici, in MS. ponitur alius ex Prou. III. 6. בכל דרכיך דעהו והוא יישר ארחותיך

CAPVT III.

Editio.	Codex MS.
I. ותקנאה:	I. Deest.
והצמר הקשה	Deest vox הקשה
כְּגוֹן כהני עכּוֹם Sic Gentius legit; nescio quid editio nostra habuerit, in qua erasa sunt verba. Sed in	MSC. legitur כגון כומרי אדום
דרך רעה היא	Deest היא
המהלך	וכל ההולך
ודבר על אחת	Desunt ודבר על
שמכעתו התורה	שמנעו תורה
ולא יהא אוסר	ולא יהא אדם אוסר
אוסר עליך	אוסר על עצמך
דברים המותרים	דברים אחרים
ואמרו חכמים שיהא אדם	ואמרו חכמי שלא יהא אדם
וכיוצא בהן	Desunt,
II. שיכוין לבו וכל מעשיו	II. שיכוין ככל מעשיו
כולם כדי	Desunt.
או ועשה	ויעשה
לקבוץ	קבוץ
מתאוה ככלב	מתאוה כמו הכלב
לא יאכל בשר	Additur ולא דכש
דרך משל	Desunt; et loco eius post שלמה additur עוֹ
ושותה מי	וישתה מי
שנמצא שיתה ואוכל	ונמצא שהוא אוכל ושותה
אלא באכילה	בלא אכילה
וכדי לקיים את הזרע	ולקיים הזרע
זמן שיתאוה	זמן שמתאוה
בכל עת שידע שהוא צריך	כל עת שצריך
כמו דרך	כדרך
III. על לבו שיהיה כל גופו	III. על לבו כדי שיהיה גופו
שלמים בלבד	שלמים וחזקים בלבד
וישכיל בחכמות	וישכיל בחכמות

והוא

Editio.	Codex MS.
והוא רעב וחולה	והוא חולה
או אחד מאבריו כואב	או באחד מאבריו כאב
לכו שלם	גופו שלם
שלו עבודת	לו לעבודת
ברוך הוא	Desunt.
שלמות בחכמתו	Deest בחכמתו

CAPVT IV.

Editio.	Codex MS.
I. גוף בריא ושלם מדרכי	I. הגוף שלם בדרכי
בידיעת הבורא	Desunt.
לפיכך צריך	Deest לפיכך
לעולם לא יאכל	Deest לעולם
ישתה מים	Deest מים
בתוך המזון	Desunt.
אלא כל זמן שהוא צריך	אבל זמן שצריך
II. לא בתוך	II. Deest לא
המזון מעט	המזון אלא מעט
להתעכל	להתאכל
כשיתעכל המאכל	כשיתעכל המזון במעיו
ולא יאכל עד	ולא יאכל אדם עד
יפה יפה	יפה
לא יאכל עד שילך	לא יאכל אדם עד שיהלך
עד יתיגע ואוכל	או יתיגע ביגע אחד
גופו ויגע	גופו ויתיגע
הרי זה	Desunt.
III. יזדעזע	III. יתעזע
שיתעכל המזון	שיתאכל כל המזון
IV. שלישן	IV. שליש
קודם שתעלה	כשתעלה
V. ולא ישן סמוך	V. ולא ישן אדם סמוך
VI. הסלפפונות*	VI. חלפתונות
שותה מעט עד	ישתה עד
ואוכל מזונו	Desunt.
ופרישים	וכרישים
וקרושטומלין	וקרוסטומלין
לאכול מהן	Deest לאכול
VII. בשר דקה	VII. בשר sine voce הדקה
VIII. הקרים ולא ירבה בתבלין ואוכל את החומץ ובימות הגשמים אוכל מאכלים	VIII. Desunt omnia, incuria scribae.
הראוי	כראוי
IX. ביותר עד מאד	IX. ביותר sine עד למאד
שהן רעות	שהן רעים ביותר
ותישים	Additur גדולום

Editio.	Codex MS.
והכפיר	והספיר
ואין ראוין	אין ראוי
עד מאד	Desunt.
אבל ביאות החמה vsque ad verba	Desunt omnia.
ולא ביאות הגשמים	
X. אין ראוי להרבות ממאכלים	X. אין ראוי לאכול הרבה ממאכלות
הנזכרים כלום	הנזכרים האלה כלום
XI. במקומות	XI. ובמקום
רטובין	לחים
פירות האילן	פרי האילנות
XII. מה שהוא אוכל	XII. ממה שאוכל
XIII. שריעי יוצא	XIII. שהריעי נמנע או יוצא
רבים כאים	Additur עליו
בשמן זית	בזית Et sic mox iterum.
ד׳ שעות ואחר כך יאכל	ולא יאכל ולאחר ד׳ שעות יאכל
יום אחד או ג׳	יום אחר יום ג׳
XV. שהוא יושב	XV. שיושב
לגוף של אדם	לגוף כל אדם
או מפני מאכלי׳ רעים או	Desunt omnia.
שהוא ממלא	שממלא
מצרת	מצרות
כלומר שומר פיו vsque ad finem.	Desunt omnia.
XVI. כחן ורוחץ ראשו	XVI. כחן וראשו
להתעכל ורוחץ	להתאכל במעיו ורוחץ
ולא יאריך במרחץ אלא כשיזיע ויפרך גופו	Desunt omnia.
וכשיעור	ואחר שישן
XVII. מן המרחץ	XVII. מבית המרחץ Et sic mox rursum.
וישהא אחר	וישהא מעט אחר
ותסור ממנו	ותסיר deficiente altera voce.
ישן מעט	Deest מעט
קודם אכילת vsque ad verba כשיצא	Desunt.
מן המרחץ inclusiue.	
כשיצא מן המרחץ	Voces מן המרחץ desiderantur.
XVIII. ירגיל אדם	XVIII. Additur עצמו
ולא יקח אלא אם היה צריך	ולא יקח דם אא״כ צריך
אלא מעט	Deest מעט
ומאחר חמשים שנה	ואחר שינה *post somnum.*
לא יקח	Additur דם
למרחץ בו ביום	למרחץ ביום אחר
ולא קיז	Additur אדם דם
שיבא	שבא
פחות ממה vsque ad	Desunt.
ולא יגע inclusiue.	

XIX. שינוי

Editio.	Codex MS.
XIX. עיניו	XIX. העינים
עינו כהות	Desunt: et recte, quia iam adfuere.
וגבות עיניו נושרין	וגבות עיניו ורסי עיניו נושר
נפלות	נושרין
ומסיח	ומסויע
והקשוי בו	Deest בו
וזהו צריך	וזהו צריך
והוא שבע	לא שבע
אלא אחר שיתעכל	אלא כשיתעכל
ולא בבירת	Deest ולא
שיכנס	שנכנס
XX. בדרכים	XX. בדברים
שהורינו	שהוריתי
עד שיזקין vsque ad כל ומזו inclusiue.	Desunt.
אם היה רגיל	Deest אם
נמנע מן	Desunt.
המנהגות הרעים	במנהגות הרעות
XXI. הטובים	XXI. Deest.
ואחד מהן	Deest vox ואחד
כפי חליו	לפי חליו
בספר	בספרי
XXII. לו לוה	XXII. לוה
טובה	Additur הוא
XXIII. נהר ומעין	XXIII. מעין או נהר

CAPVT V.

Editio.	Codex MS.
I. מובדל כהם	I. מובדל מהן
מבשמשתו	ובמשקיהו
למלאת	למלא
שמתמלאין	בטנם additurque הממלאים
ומשתיה עד שתיפח	וממשקיה עד שתתפח
אלו שגינה	אלו הם שגינה
כל שולחנות	Deest כל
שאמר שלמה	Additur בחכמתו
II. מעט זה	II. Deest זה
אלא מפני	אלא לפי
אצל עמי	אם עמי
סעודתו	סעודותיו
בסעודה שיש בה	בסעודות שיש בהן
והחסידים הראשונים	Deest vox posterior.
לא אכלו	Additur מעולם
III. הרי הוא	III. הרי זה
חילל את השם	חילול השם
לשתות	Additur יין
אלא אם כן	Deest. כן
של אחר	שלאחר vna voce.

Editio.	Codex MS.
IV. ראוי	IV. Additur לו
שינהוג	שינהיג
בכבוד ארת	Desunt.
מלולי שבת ללולי	מליל שבת לליל
ובטנו מלא	ובטנו מליאה
כשיתעבל	כשיתאכל
יקל ראשו	יקל ארת ראשו
ינבל את פיו	Deest ארת
שבין אדם	שבין איש
ולא עצלנים	Additur ולא עצבנים
יספר	Additur מעט
וישחק	וישח
עמה	Deest.
נפשח	דעתם
V. היו לו	V. יהיו לו
ובישנים	וכוישנים
לחכמה	לחכמי
במנהגות	במנהג
יהיו לו	הויין לו
בנים כמו אותם	כאותו בנים
VI. ראשן ולא	VI. ארת ראשן וארת
בשעה	Deest.
שיכנס	שיכנסו
יהא צנוע	יהיו צנועים
בחדר לפנים מחדר ומערה לפנים מן מערה ונפנה	חדר בחדר לפנים מן המערה ויפנה
שנוהג	שהוא נוהג
בבית חכסא	Desunt.
נוהג בלילה	ינהוג צניעות בלילה
בלבד	Deest.
VII. בעת	VII. בשעה
אלא יהא	Deest אלא
עם כל	Deest כל
בנחת יזהר שלא יתרחק עד שיראת כדברי	Desunt.
גסי הרוח	לא יהא נרי (נראה id est) כגסי הרוח
ונשמעים אומר	נשמעים אומרן
אלא בדברי חכמה או בגמילות חסדים	אלא או בגמילות חסדים או בדברי חכמים
VIII. וברגליהם תעכסנה	VIII. Desunt.
כמנהג משוגעים	וילך שגעון
כמו שהוא עומד	כמו שעומד
וכן אמר שלמה בחכמתו	Pro his omnibus occurrit שנאמר
הוא מודיע	כלומר מודיע
על עצמו	Deest.
	IX. וכיוצא

Editio.	Codex MS.
IX. וכיוצא בהן	IX. וכיוצא בו
ולא מלבוש	ואין מלבוש
שהוא מבוזה	שמבוין
מתחרת בגדיו	מתחת מדיו
מפני שנראה כגסות הרוח	כמו גסי הרוח
אם אין לו	Deest אם
מטולאים	Additur בעור *corio.*
מבושסים	המבוססין
בשרו	בשערו
לצאת בו	Desunt.
X. על עצמו	X. Deest על
צוו חכמים	Additur הראשונים
דיו לבריא לאכול	די לבריא לאכלו
וכדי לו לאכל בשר בכל יום	כדי לאכלו בכל יום
צוו חכמים ואסרו	Desunt.
אשתו	את אשתו
XI. ואחר כך אשר בנה	XI. Desunt ואחר כך
חדש ואחר כך	Desunt.
אם תמצא ידו יקנה בית ואחר כך	Desunt.
תארש	תארס
כלומר יהיו	כלומר כל
והי עמו	Desunt.
XII. לו לאדם	XII. Deest לו
להקדיש	להקדישן
כל נכסיו	Desunt.
ימכור שדה ויקנה בית	ימכור קרקע ויבנה
אבל מוכר הוא	הוא et sine או מוכר
לו שדה	Deest לו
נכסיו	כל נכסיו
הכלה	הכלים
ויפסיד	ויחסר
XIII. משאו ומתנו	XIII. משאן ומתנן
מדקדק על עצמו	מדקדקין על עצמן
וכשנותן ומוכר	Desunt.
מוותר	ומוותרין
וכשיקח	כשיקנה
ומוחל	Deest.
לעולם	בעולם
שעושה בכל	כל et absque שהוא עושה

CAPVT VI.

Editio.	Codex MS.
I. כדי שלא ילמד vsque ad verba ששלמה אומר inclusiue.	I. Desunt.
הולך את	שנאי הולך אל
ואין אנשיה צדיקי ולא	Desunt.

Editio.	Codex MS.
חכמים	חול
שלשה	Deeſt hoc loco, ante לשון ſcilicet, ac ponitur poſt הורגת
וזה שאומר	ומי שנאמר
IV. שחן אבק	IV. שחן כמו אבק
מי יאמר לפלוני	מי שאומר מי יאמר לפלוני
וכל המספר בטובת	וכן המספר טובת
שיספר	שיספרו
ועל זה הענין	Deeſt הענין
בבקר השכם	Deſunt.
מצחק	משחק
שיספר	שמספר
שדבר לשון	Deeſt שדבר
הוא אלו כשמספרין vſque ad finem ſectionis.	Deſunt.
V. המספר בלשון	V. המספר לשון Et ſic in antecedentibus aliquoties.
והמספר דברים	ואחר המספר דברים
כשמעו	ישמעו
להצר לו	Deeſt לו
אלו בפני	אלא בפני
ואם ספר	ואם ספק
פעם אחר	Deſunt.
VI. כל אלו הם	VI. Deeſt הם
בשכונתם	בשכונתו
נתחתם	נחתם
על לשון	Deeſt על
VII. מחבירו	VII. את חבירו
לוקה עליו	Deeſt עליו
ראוי לו	Deeſt לו
על מדותיו	Deſunt.
מגלך השאילני	Deſunt.
לשואל ממנו	Deeſt לשואל
השאילני קרדומך	השאילני מגלך
בלב שלם	בלבב שלם
כיוצא באלו	כיוצא כאלו
ואחלצה וגו׳	Deſunt.
VIII. ארת בני עמך	VIII. Deſunt.
היא הנטירה	Deſunt.
לשכור ממנו אומר	לשכור אומר
הא לך	הילך
כמותך לא	ביאתך ולא
אשלם לך כמעשך	אשלם כמעשה
הדבר מלבו	Additur כדי שלא ישאר ממנו כלל
יזכרנו כלל	Deeſt כלל
בו שוב הארץ	בה ישוב של ארץ

LIII. *Codex*

LIII.

Codex quinquagesimus tertius membranaceus est in folio, constans foliis LXXIIII. conueniens plerumque cum codice XXIX. quanquam non omnia complectatur, quae in illo leguntur. Noster enim preces sub titulo יוצר לפרשה זכור obuias, et in Purim, Pascha Sabbatisque legendas, tantum exhibet.

Dedimus ingentem Machsorim, aut certe particularum ordinis oratorii cyclici, numerum, nec sine labore nostro; qui tamen frustraneus omnino foret, nisi ex hac insana codicum mole aliqua in lectores meos redundaret vtilitas. Multi, opinor, erunt, qui nil boni ex Iudaicum ingenium spirantibus cantilenis erui posse arbitrabuntur; plerique nota adfirmabunt omnia, et dudum ab aliis producta, quaecunque in huiusmodi voluminibus aut laudem merentur aut censuram. Hi etsi quoad prius consentientem me facile inuenturi sint, quoad alterum tamen in diuersa me abire ciuiliter ferent. Testes erunt plerique recensitorum codicum omnes, vera esse, quae dixi, atque vt idem credant, quotquot huc accesserint, seligendas nonnullas existimaui preces, malitiae Iudaicae indices, eoque in impressis vel plane omissas, vel multis cum lacunis adscriptas.

Nemo est, qui orationem עלינו לשבח ignoret, posteaquam vernaculo etiam sermone non pauca de eadem scripsit illustris *Wagenseilius*. Est in illa post haec verba שהם משתחוים vacuum in editis Machsorim spatium, quod in hunc modum להבל וריק ומתפללים ללא יושיע ואנו כורעים ומשתחוים ומודים לפני מלך וגו׳ *illi incuruant se coram vano, atque illud adorant, quod opem praestare nequit; nos vero flectimus nos et incuruamus atque confitemur coram rege* &c. explent codices XXVI. fol. 22. cod. XXVII. fol. 25. et 125. cod. XXX. cod. XXXII. folio 29. 57. et 111. cod. XXXIII. folio 338. cod. XXXIIII. foliis 19. 50. et 120. cod. XXXVIII. fol. 74. cod. XLIX. folio 16. cod. L. folio 17. cod. LI. fol. 28. cod. LII. fol. 6. et 51. Quidam clarius adhuc habent אל אל לא יושיע *ad Deum qui seruare nequit* loco verborum ללא יושיע Atque sic est in cod. XXVI. folio 151. cod. XXVII. folio 50. cod. XXX. cod. XXXIII. fol. 115. et 180. cod. XLIII. fol. 101. cod. XLV. fol. 21. cod. LI. fol. 28. In paucioribus deleta plane sunt acri spongia haec omnia, quantumuis reliqua huius orationis adponantur, quale quid in codice XLII. et XLIII. offendimus. Ac in priore quidem bis exstat feralis illa precandi formula, nempe folio 24. et 72. sed vtrobique tanta inducta litura, vt nonnisi exigua vocum exsecrandarum vestigia compareant, vel potius nulla, vacuo duntaxat relicto nunc spatio; in posteriore vero codice, fol. 30. manifesta maleuolae manus, male sibi metuentis, litterasque abstergentis, indicia cernantur. Simile sustinuerunt haec vocabula fatum in cod. XXXII. folio 43. vnde erasit Iudaeus nequam; reliquit tamen foliis 29. 57. et 111. vt paullo ante indicatum.

Gentes tanquam nihil et inane quid aeſtimas, prout Ieſaias fatur XL. 17. Omnes gentes velut nihil coram eo, minus nihilo et inanitate reputantur ei. *Probati tui*, (ſiue, qui abs te) *explorati* ſunt. *Nec in illarum cenſum veniunt. Hoc ſibi vult locus* Num. XXIII. 9. En populus qui ſolus habitat, et aliis gentibus non adnumeratur. *Gentes magni faciunt opus ſeductionis atque vanitatis, iuxta id quod ſcriptum reperimus* Ierem. X. 15. et LI. 18. Vanitas ſunt, opus ſeductionum. *Adhaerentes tibi Iſraelitae, de quibus dictum eſt* Deuter. IIII. 4. Vos autem qui adhaeſiſtis Iehouae Deo veſtro. *Separati ab incuruantibus ſe coram eo quod prouenit ex arbore. Denotantur gentes, quae ligni truncum adorant.* neque Ieſ. XLIIII. 19. reuocat (aliquis inter eas) hoc ad animum ſuum neque ſcientia (ei ineſt) vel prudentia, vt dicat; partem iſtius exuſſi igne, et alteram eius partem in abominandam rem aptauero? ante prouentum arboris procubuero? *Gentes praeparando ſculptilia ſua. Huc ſpectat illud:* Ieſ XL. 20. Ad parandum ſculptile (Noſter addit ſuffixum, ſculptile *ſuum*, quod veritas Ebraica ignorat; idque condonandum expoſitori, qui ex memoria adſcripſiſſe textus ſacros videtur, prout vel ex antegreſſo Ieſaiano loco XLIIII. 19. patet, in quo nec אחר legitur, nec יעשה sed ישיב et אעשה quod et in verſione expreſſimus: patebitque idem ex ſequentibus. Praeſentia tamen verba, quod diffitendum haud eſt, ſic capi poſſunt, vt ad locum nullum ſacri codicis reſpiciat enarra-

enarrator, sed hoc tantum innuat, חכן in blasphema hac oratione idem esse quod לחכן) *Quaerunt artifices. Docente Iesaia* XL. 20. Artificem peritum quaerit sibi ad parandum sculptile, quod non dimoueatur. *Pii tui mane ac vesperi vnitatem tuam profitentur. Capienda haec sunt, iuxta sapientum nostrorum scita, de lectione* Audi, *hoc sensu, indies mane ac vesperi te, Deus, vnum esse agnoscunt, recitantes illud:* Audi Israel. *Gentes aurum suum ad amictum fusilis praeparant, teste Iesaia* XXX. 22. Et portabitis tegumentum (haec iterum ex memoria posuit scholiastes, quum in Ebraeo legatur ושמאתם ארת צפוי et polluetis tectorium) sculptilium argenti tui, et amictum fusilis auri tui: *Israelitae vero, ad verbum tuum trepidantes, secundum illud* Iesaiae LXVI. 5. Audite verbum Domini, qui trepidatis ad verbum eius, *parati sunt ad seruiendum tibi cum timore. Gentes humero portant residuum eius quod inassatum est, docente Iesaia* XLVI. 7. Gestat illud, humero suo portat, collocatque in sede sua ne recedat. *Residuum assati sui. Indicatur simulacrum. Scriptum quippe est* Ies. XLIIII. 19. dimidium eius exussi igne, etiamque coxi ad prunas eius panem, assaui assatum (in Bibliis est בשר *carnem*) et satur factus sum (in Ebraeo, *et comedi*) ergone residuum eius in abominationem facerem? *Amici vero tui incuruant se cum obstructione vertebrarum suarum, imitantes nimirum, quod a sapientibus praeceptum est, necessitatem ipsam flagitare, vt quando* (dic piaculari orationem recitant, cuius initium est) מודים *tanto se incuruent opere, vt* (interius) *obstruantur vertebrae in spina dorsi.* (Conf. Berachoth fol. 28. col. 2. versu 6. ante finem) *Quos tu assumsisti* (tanquam tuos, hi) *in abscondito roboris tui, sine, diuinae maiestatis tuae* (quae nonnunquam in occulto operatur, Q. S. E.) Habak. III. 4. ibi occultatio erat roboris eius (destruent idola eorum, quandoquidem Israelitae) Psal. LXXVIII. 7. ponent in Deo spem suam. *Gentes sanctitatis tuae gloriam cum spurio communem faciunt. Heic* עול *idem est quod* Ierem. XLIIII. 7. עולל ויונק paruulus et lactens, *aut quod* Ies. LXV. 20. infantulus aetate (cui e regione ibidem ponitur) senex. *Cum spurio. Iesum Nazarenum intelligere debes, ex illegitimis nuptiis in lucem hanc editum.* (Haec leguntur etiam in commentario ad Machsor Norimbergense, docente Wulfero l. c. nec non supra cod. XXVI. in fine.) *At vero Israelitae, quos tute portauisti, Q. S. E.* Ies. XLVI. 3. Auscultate mihi domus Iacobi, omnesque familiae domus Israel, qui baiulamini inde ab vtero, *abominantur prosapiam meretricis. Quod nobis* יחוס *prosapia, id vernaculo sermone* קובר *est. Designatur denuo Iesus Nazarenus, conceptus a femina quaestuaria, ac proinde nothus.* (Quae omnia in MS. Norimbergensi pariter leguntur, ne quis de malitia Iudaica dubitare cum ratione possit.) *Gentes simulacrum sordidae imaginis pro numine venerantur.* מאליהם *significat tanquam Deum colere; populus contra tuus aperte diuinitatem tuam profitetur,* es enim vere Deorum Deus. *Gentes cadauer proculcatum, abiectissimum atque turpissimum. Turpitudo vernacula lingua dicitur* לירליירדוש *estque vox explicanda ex* Leuit. XX. 12. turpitudinem fecerunt. *Exercitus tui* (dicunt) *sanctus es, qui sedes ad laudes ipsorum, Q. S. E.* Psal. XXII. 4. Tu vero sanctus es, sedens ad laudes Israelis. *Gentes inuocant Deum, qui neque saluat neque prodest, iuxta effatum Iesaiae* XLVI. 7. Si quis clamet (ad eum) non exaudit, ab angustia ipsius non seruat illum. *Sed amici tui innituntur tibi, quandoquidem tu prodesse soles. Gentium fusile falsum est; nulla in eo veritas, Q. S. E.* Ierem. X. 14. et LI. 17. Falsum est fusile eius, nec spiritus inest (vlli) eorum. *Illi vero quos pro integrae fidei hominibus habes, certitudinem fidei tuae in conuenientibus suis propugnant.* אומן *nomen est substantiuum, denotans certitudinem.*

הגוים זרח ונחת מיזים ושמים׃ שם האומה שמרת והשם גורם שתשמם שוממים וכן ועקרון תעקר ׃ מפולרת האומה אחר שם האומה׃ וכן רתם המרכבה לרכבו יושבת לבוש ׃ (לכיש lege) וכן לא יצאה יושבת צאנו ׃ (צאנן lege) וכן עברו לכם יושבי שפיר עריה בושת כלומר שמה שפיר אחר שפיר ושלייא לכן תצא עריית בושת ׃ הגוים כפתורים לפתם כמו ילפתו אורחות דרכם ׃ כפתם ׃ שמם כפתורים והשם גורם להם להיות נסערים בכל מקומות שהוא שיסד סערם כמדת ואסערם על כל הארץ ׃ קרקרם פתרונו שכרם כמו מקרקר קיר ׃ דקים וצנומים כמדרת וצנומות דקות דקות ׃ כתים ולב קמים יושבי לב קמי ׃ תעבם העיכם כמו איכה יעיב באפו פתרו איכה יחשך כאפו׃

Gentes Serach, Nachath, Misſaeos atque Schammaeos. Geneis nomen eſt Schammah, quod illos *deſtruendos eſſe* inſinuat, (latetque in eo alluſio) *prout in illo* Zephan. II. 4. Ekron eradicabitur. *Ruina enim populi ipſo* (ſubinde) *nomine innuitur. Tale eſt* Mich. I. 13. Iunge currum angario habitatrix Lachiſchi. *Tale* ibid. verſ. 11. Non exibit habitatrix (loci) pecoroſi. *Tale* (quod ibidem praecedit.) Tranſi habitatrix elegantis (loci) nudata pudendis. *Cuius ſenſus eſt; nomen habet ab elegantia, ſed quae mutabitur in deſtructionem, vt nudanda etiam ſint pudenda eius. Gentes Caphthorim ſubmoue.* (Verbum לפת exponendum ex) Iobi VI. 18. Huc illuc auertuntur a ſemitis ſuis conſuetis. *Vincula illis inüce. Vocantur Chaphthorim, vocabulo eciam urguente, quod turbine quaſi in omnia loca ſint eiiciendi. Atque hoc illud eſt quod ſubücitur, Turbine eos disiice, ſecundum illud* Zachar. VII. 14. turbine diſiiciam eos in omnem terram (textus Ebraicus habet, *in omnes populos*) *Deſtrue illos, ſiue confringe, ex loco* Ieſ. XXII. 5. deſtruens murum. *Tenues atque aridos. Secundum illud* Geneſ. XLI. 23. tenues et graciles (דקות non repetit Moſes) *Chittaei et cor hoſtium, hoc eſt, qui in medio hoſtium noſtrorum commorantur, abominare tenebriſque obuolue.* (Verbum עוב exponendum ad mentem) *loci* Thren. II. 1. איכה יעיב באפו Quomodo obtegit denſa nube irae ſuae?

מלכותם בהרסך כי צדקתך יגידו באיים ׃ כשם שאמר ישעיה ישימו ליי כבוד ותהלתו באיים יגידו׃ מלכותם בועסך שטי כזבים פונה אל רהבים ׃ אילו האומות שעובדים אל כזב ואשרי אדם אשר לא פונה אל רהבים ואל שטי כזב׃ מלכותםביידך דגש הוא פתרו בהשליכך כמי ליידות את קרנות הגוים ׃ כורעי נסבל אילו האומות שכורעים לצ״לם שהוא נסבל דכתיב ישאוהו אל כתף יסבלוהו׃ משא לעיפה ׃ הם העצבים שהם משא לבהמה שמתייעפת ומתייגעת מפני המשוי שעליה שתוענים עליה העצבים ונופלים שניהם יחדיו והוא שאמר ישעיה היו עצביהם לחיה ולבהמה נשואתיכם עמוסות משא לעיפה קרסו כרעו יחדיו׃ משתחוים כל בשר לפניך הה״ד יבא כל בשר להשתחות לפני יהוה׃

Regnum eorum quando deſtrues &c. *ſuſtitiam tuam annuntiabunt in inſulis, indicante Ieſaia* XLII. 12. Tribuent Iehouae gloriam, laudemque eius annuntiabunt inſulis. *Regnum eorum quando deteſtaberis, qui declinant ad mendacium, ad ſuperbosque reſpiciunt. Populos intelligere debes, mendacio ſeruientes.* Beatus vero quisquis non reſpexerit ad ſuperbos, vel ad declinantes ad mendacium (vox eſt Dauidica Pſ. XL. 5.) *Regnum eorum quando deiicies. Dageſch* (verbi ביידך litterae penultimae impreſſum, indicio eſt) *exponi debere*, quando proiicies, *ad modum loci* Zach. II. 4. Ad deiiciendum cornua gentium. *Incuruantes ſe coram onere, id eſt, coram ſimulacro, quod oneris inſtar impoſitum humeris geſtat. Hinc*

Hinc apud Ies. XLVI. 7. *scriptum prostat:* Portant illud super humero, tanquam onus ferunt. *Onus defatigato* (iumento.) *Scilicet idola bestiis sunt onera, nimio pondere ita pressis, vt lassae fiant ac fessae, tandemque vna cum idolis humi procidant. Hoc est illud Iesaiae* XLVI. 1. Fuerunt idola eorum (imposita) bestiae iumentoque, gestamina vestra onerata, oneri sunt defessae; reflexa sunt atque procubuerunt. *Adorabit te caro omnis. Huc refer oraculum* Iesaianum LXVI. 23. Veniet omnis caro ad incuruandum se coram Iehoua.

Auctorem horum commentariorum si quis est, qui ex patria saltem ac genere velit cognoscere, eum quae ad orationem הגוים אפס peregrini idiomatis vocabula attulimus, tum et haec folio XII. a. conferat דוקידש atque קוֹנְטְרִידְשׁ quorum illud Ebraeorum נפורה hoc פלכים exprimere debet, vtroque tractum terrae vel *ductum* designante.

LV.

Codex quinquagesimus quintus membranaceus est in folio, constans foliis XLV. capite truncatus et cauda, continens commentarium in preces Iudaicas matutinas, vespertinas, Sabbaticas, Paschales, noui anni, festique tabernaculorum. Factum quoque est folio vltimo initium enarrationis in קינות sed cuius vix aliquot leguntur versus, deficientibus reliquis omnibus. Specimen ex folio XX. dabimus, expositionem orationis עלינו לשבח idque eo lubentius, quia antecedens codex illa carebat, cuius proin defectum noster supplebit, in eo laudandus, quod priore mitior existat ac benignior.

עלינו לשבח שנתן לנו את תורתו ולא עשאנו כגויי הארצות שאין להם תורה · כהם כמותם שחלקם וגורלם הבל וריק · ואנו חלקינו כורעים ומשתחוים ומודים למלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא שחלק יעקב אינו הבל הוא· ונוטה שמים וכו׳ ומושב יקרו כסא כבוד ושכינת עוזו ושם דוקן עוזו · אמת הוא מלכינו ועלינו לשבח · הוא מסדר את המלכיות כמו שאומר בן מלך מלכי המלכים · וגם הוא אלהינו הוא קבלת מלכות והיינו דתנן וכולל מלכות עם קדושת היום קדושת היום אתה בחרתנו ומפני חטאינו שמזכיר בהם את קדושת היום · וקודם שחתום את ברכתו כולל בברכתו את המלכיות עלינו לשבח וכו׳ עד מלך על הארץ מקדש ישר׳ ויום הזכרון · ותניא ר׳ עקיבא אומ׳ שבת שבת קדשוהו בעשירית זכרון · אילו זכרונות תרועה אילו שופרות מקרא קדש זה קדושת היום ומנין שאומ׳ מלכיות תניא ר׳ אומר אני יי׳ אלהיכם ובחדש השביעי ר׳ יוסי אומר אינו צריך · והרי הוא אומ׳ והיו לכם לזכרון לפני יי׳ אלהיכם ובחדש השביעי ר׳ יוסי אומר אינו צריך שאין ת״ל אני יי׳ אלהיכם אלא בנה אב כל מקום שאומר זכרונות הוא מלכות עמהם׃

על כן נקוה לך שתודיע לכל שאתה האלהים ואין עוד · שנראה במהרה בתפארת עוזך שתעביר גלולים מן הארץ כמו שנאמר והאלילים כליל יחלוף ויהיו כל העולם מתקנים מלכותך וכולם יקראו בשמך ויכירו וידעו כל יושבי תבל את מלכותך שאתה לבדך מלך ואז יכרעו לך הכל וישבעו בשמך ויתודו ויתנו יקר יתנו כבוד וכולם ויקבלו את מלכותך עליהם · ותנן אין פוחתין מי׳ מלכיות ומי׳ זכרונות ומי׳ שופרות כנגד י׳ הלולים שאמר דוד הללו א׳ ומתחיל בתרועה ואומרים שלש פסוקים של מלכיות שכתוב בתורה כגון יי׳ ימלוך לעולם ויהי בישורון מלך ולא הביט און ביעקב ואחריהם ג׳ פסוקים של נביאים הרי ט׳ ומסיים בשל תורה שמע ישר׳ דהוא נמי מלכיות דכתיב יי׳ אחד כדברי ר׳ יוסי הכי הרי י׳ פסוקים של מלכיות׃

Nobis incumbit laudare illum, qui legem suam nobis dedit, neque nos tanquam populos huius terrae habuit, lege carentes (diuina.) *Sicut illi; simi-*

les

les ipsis, quorum pars et hereditaria quasi sors vanitas est atque inanitas. Nos vero (aliam habemus) portionem, incuruantes quippe nos et adorantes atque confitentes regem regum, Deum optimum maximum; neque enim pars ea quae Iacobo obtigit, vanum quid existit. Ille expandit coelum, etc. et habitatio gloriae eius, siue, solium decoris ipsius, sedesque roboris eius, id est, suggestus fortitudinis illius. Vere rex noster est, quem laudibus concelebrare conuenit, qui regna (orbis) moderatur, eoque in oratione hac nostra rex vocatur, (qui) regum (omnium) rex est. Idem est Deus noster; quibus indicatur verbis, consecutum esse illum imperium. Atque hoc est, quod Magistri nostri dixerunt: coniunctum esse regnum cum sancta diei (incipientis anni) celebratione. Et quidem diei sanctitatem indicant (duae orationes inter eas quae adiectae sunt noui anni auspiciis, מוסף ליום ראשן של ר"ה stilo Iudaico, quarum initium est) Tu nos elegisti, et, propter peccata nostra. Prius vero quam benedictioni finem imponat, regni quoque (Deo competentis) mentionem facie inde ab oratione nostra עלינו לשבח adusque haec (verba, in fine precum subsequentium אלהינו אלהי אבותינו מלוך על כל העולם occurrentia) rex terrae, qui sanctum esse praecipis Israelem, diemque hunc memorialem. Traditio: R. Akiba dicit: Quia dies festus est (Rosch hasschanah) ideo celebrant eum in memoriam vocando (diuina beneficia.) Habes memorialia. (Quod vero) diei clangoris (dicitur Num. XXIX. I.) buccinas tibi insinuat (tunc vsurpandas.) Quod conuocatio sanctitatis (ibidem nuncupatur) indicio est, sancte transmittendum esse. Vnde vero constat tunc et regni (diuini memoriam faciendam?) Resp. Q. S. E. Num. X. 10. Ego sum Dominus Deus vester (quae verba, vt antea dictum, regnum non obscure innuunt.) R. Iose tamen existimabat non opus esse vt in mense septimo (quo initium noui anni solenni ritu celebrandum est, diserta fiat regni mentio) quum sufficiat illud Num. X. 10. erit vobis in monimentum coram domino Deo vestro, (hoc est, quum satis sit, commemorare tantum Deum) non vero simul tunc temporis requiri, vt (exsertis verbis nominetur imperium) eo quod formula Ego sum Dominus Deus vester, huius commemorationis caussa adiecta non sit. Vnde regulam struit generalem: Vbicunque mentio Dei, ibi facta simul regni mentio intelligitur.

Propterea te exspectamus, quo singulis te Deum esse commonstres, nec praeter te existere alium; te esse illum, qui propediem adparebit cum magnifica potentia ad abolendum idola de terra, Q. S. E. Ies. II. 18. idola penitus transibunt; quo orbis vniuersus praeparet se (ad excipiendum) regnum tuum; es enim tute solus rex. Tunc incuruabunt sese omnes coram te, iurabuntque per nomen tuum, atque te agnoscent (dominum, cui) honorem tribuent, gloriamque deferent; omnes denique in se recipient regnum tuum. Prostat traditio; decem, non pauciores, et regni et Dei commemorationes instituunt, totidemque buccinis sonum edunt, respectu decem laudationum. Simulac enim aliquis incipit הללו (id est decem illas הלולים tot enim vicibus הללו legitur in Bibliis, vt Concordantiae, quas vocant, docebunt) tunc et clangor dari solet, et recitari tria commata regni mentionem inicientia, in Pentateucho legenda, (in oratione hac nostra recensita, haec nimirum) Exod. XV. 18. Dominus regnabit in aeternum. Deuter. XXXIII. 5. Fuit in Ieschurun rex. Numer. XXIII. 21. Nullam in Iacobo intuitus est iniquitatem. Quibus tria ex Prophetis commata adnectes, vt adeo in vniuersum nouem habeas. Dabit colophonem illud ex lege petitum, Deuter. VI. 4. Audi Israel, quod ipsum inuoluit regni notam, eo quod subiiciatur Dominus vnus, censente R. Iose sacerdote. Atque hoc modo decem habebis textus, de imperio (Dei in vniuersam terram) loquentes.

LVI.

Codex quinquagesimus sextus chartaceus est in folio, constans folus CLXXI. Titulus folio statim primo sese offerens, hic est:

קרובץ

דז איז ראשי תיבות

קול רנה וישועה באהלי צדיקים

Das

Das meint (*heisset*) Teutsch: Stimm, Gesang, und Hulffe im Gezelt von צדיקים (*den Gerechten.*)

Alle Frumme die vveren sich משמח seyn (*erfreuen*) mit dem מחזור (*Gebet-Buch*) es is ein חדוש (*ganz neu Werck*) das is nit mie (*mehr*) is vvorden gefunden, vveil der עולם (*die Welt*) steht, und is בתכליות (*vollkommen*) vvohl verteutscht, und vvohl מחובר (*ausgearbeitet*) das mann alles vvohl versteht, als ihr vvohl selbert vverd sehen א״ית Tres vltimae litterae, per compendium scriptae, notant: *Si voluerit Deus.* Attendenda hic obiter interpretatio *τῦ* קְרוֹבֵץ prorsus conueniens cum ea, quam ex Iudaeorum mente consignauit in Abbreuiaturis magnus *Buxtorfius.* Itaque praesens codex, Germanico loquendi genere, verpis nostratibus vsitato, et characteribus quoque currentibus, vulgo inter eos receptis, exaratus, interpretationem complectitur precum Iudaicarum, textui fere ad singula verba respondentem. Nihil inde enotare licet, quod singulare sit. Metaphrasis orationum מלכותם הגוים אפס et אימים et הגוים desideratur, quum fine careat codex. Adest vero עלינו לשבח folio XXVIII. in qua verba impura, Deum ac Dominum nostrum ferientia, sic efferuntur. Sie beugen sich zu Narrheit, und thun תפילות (*Gebat*) zu solchem das nicht hilfft.

LVII.

Codex quinquagesimus septimus membraneus est in folio, constans foliis CCXVIII. continens סליחות id est, nouum precandi formularum genus, diuersum ab eo, quod supra in tot Machsorim proposuimus. *Selichoth* dicuntur illae deprecationes, veniamque delictorum petentes orationes, quae diebus nouum annum, festumque expiationis antecedentibus, nec non ipsis ieiuniorum publicarumque calamitatum diebus, vsurpandae veniunt, quarum heic index operi praefixus legitur. Habet hoc noster codex sequentesque ordine *Selichoth* libri cum aliis *τῶν* תפילות voluminibus commune, quod punctis instructi sint omnes, tanquam sacra tractantes. Nunc enim, post recepta puncta vocalia, et libri Biblici omnes (si Pentateuchum in Synagogis repositum excipias,) et Liturgici quoque vix carere illis debent, prout nec Turcarum Alcorani suis punctis. Addita sunt codici nostro sex folia chartacea, similes equidem סליחות exhibentia, sed et manu alia descripta, et in fine mutila. Membranarum vero praesentium antiquitatem manifesto discimus ex his, quae folio CCV. col. 2. leguntur: אני הצעיר יוסף ברבי הזקית הכהן הסופר הנקדן כתבתי ונקדתי אלו הסליחות לר׳ בר משה שנת חמשת אלפים רצ״ח לבריאת עולם המקום יזכנו להגות בו לארך ימים ושנים הוא וזרעו וזרע זרעו אמן א׳ א׳ סלה׃

Paruus ego, Ioseph filius R. Hiskiae sacerdotis, scriba et punctator, scripsi punctisque instruxi hunc librum סליחות *in vsum R.* (hic nomen fuit erasum, videtur autem, quantum ex vestigiis perobscuris coniicere licet, fuisse יעקב) *filii R. Mosis, anno quinque millesimo nonagesimo octauo, ab orbe condito. Det Deus, vt frui hoc volumine per longam annorum seriem queat et ipse,*

Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.

Amen, Amen, Amen, Selah. Scriptus ergo est codex ante hos CCCLXXVIII. annos, per Iosephum Hiskiae filium, punctatorem. Vide supra codicem II.

LVIII.

Codex quinquagesimus octauus membranaceus est in folio, constans foliis CLI. eiusdem cum antecedente argumenti, neque etiam aetate multum inferior.

LIX.

Codex quinquagesimus nonus membraneus est in folio, constans foliis CII. pariterque Selichoth complectens, sed pauciores, quam sunt in codicibus LVII. et LVIII. quamuis annorum multitudine vix cedat codici LVII. immo et superet. Quae folio LVII. adusque LXXI. leguntur, sunt quidem huius generis deprecationes, sed quas ad alium plane referendas esse librum inde euincitur, quod et puncta habeant nulla, et ab alia profectae siut manu, et sic insuper exaratae, vt versus continua serie per integram membranarum superficiem decurrant, quum noster e contraria parte et puncta reuerenter praeferat, et quamlibet paginam in duas distributam habeat columnas.

LX.

Codex sexagesimus membranaceus est in folio, constans foliis CLXXX. formae augustioris, exhibens סליחות sed a numero demum CXXIX. incipientes; vt partem adhuc aliquam antegressam fuisse dubitare non liceat.

LXI.

Codex sexagesimus primus membranaceus ést in quarto, foliorum CXCI. *Selichoth* sistens, potiorem partem punctatus, (nam versus finem codicis vna alteraue oratio punctis caret) adiecto precum heic contentarum indice. Folia sex postrema, ad complendum quamuis τῶν Selichoth numerum facientia, scripta tamen pariter sunt diuerso calamo, et charactere rotundiore (quum volumen nostrum, vti fere precum libri omnes, quadrato gaudeat) et post iam memoratum indicem collocata inueniuntur.

LIBRI DOGMATICI, POLEMICI ATQ. RITVALES.

LXII.

Codex sexagesimus secundus chartaceus est in forma duodecima, constans foliis CXLVI. sed e quibus priora quatuor, septemque posteriora, sunt folia pura; exhibens commentarium *Raschii* in titulum Talmudicum עבודה זרה adscriptis margini foliis columnisque editionis τῦ Talmud Amstelodamensis, vtpote quae hic accuratissime expressa est, a Iudaeo forsan pauperculo, qui quum vastum doctrinae Iudaicae corpus comparare sibi nequiuerit, et quae in illud ὁ σχετικὸς Raschius est commentatus, hunc prae aliis omnibus selegit tractatum, contra gentes quascunque conceptum, et in commodam hanc formam coactum, vt vbiuis secum circumferre, et in promtu virus contra Christianos habere posset. Eat nunc vir doctus, qui cum sibi persuasit, codicem *Auoda Sara* Christianorum populum non tangere, tum vt alii idem sentirent, voluit. Quum ad editionem Amstelod. descriptus sit aetatem eius quilibet facile diuinare poterit, etiam nobis non monentibus.

LXIII.

Codex sexagesimus tertius membranaceus est in quarto, foliorum LVII. comprehendens *Tosephath* in tractatum בבא מציעא incipientes a capitis secundi thesi septima, ac his eius verbis ר׳ טרפון אומר ישתמש בהן desinentes cum capitis noni thesi secunda, hoc est, a folio 29 a. versu 5. a fine, et his quidem vocibus: ואבדו חיינו שטבע ספינתו בים ועוד וגר׳ vsque ad fol. 104. a. versum 30. eiusque verba: קא רבינא דבכחכי iuxta editionem *Emmanuelis Benbenisti*. Hoc dolendum, lacunas hic non esse infrequentes, in tam bono tamque antiquo codice, cuius annos quamquam numerare non detur, id tamen mihi credasto, tam multos esse, vt cum satis antiquis certare omni iure valeat.

LXIIII.

Codex sexagesimus quartus chartaceus est in forma quarta, foliorum CCXLIII. En tibi *Maimanidis* More Neuochim, vna cum praefatione, quae in versione Buxtorfiana haud legitur integra Multa ibi *R. Samuel Tibbonides*, translator, de summa librum in aliam conuertendi linguam, maxime ex Arabica in Ebraeam, difficultate, additis speciminibus, quam diuersus in vtroque illo sermone enuntiandi modus existat, a folio I. vsque ad fol IIII. b. comprobans. Hinc auctoris epistola ad *R. Ioseph filium R. Iuda*, et reliquum praefationis sequitur, ita vti in *Buxtorfii* interpretatione comparet. Folio CCXLI. quaedam ex suo ingenio adiecit scriba (namque folio CCXL. absoluitur *Doctor perplexorum*) tam suum quam patris nomen in sequentibus locis Biblicis latere iactitans: דרך אמונה בחרתי משפטיך שויתי · ואשמרה תורתיך תמיד לעולם ועד · דרך מצותיך ארוץ כי תרחיב לבי · בלבי צפנתי אמרתך למען לא אחטא לך · הקם לעבדך אמרתך אשר ליראתך · רבים רדפי וצרי מעדותיך לא נטיתי · זמירות היו לי חקיך בבית מגורי׃ (Psal. CXIX. 30.) *Viam veritatis eliga, iudicia tua prapano* mihi. (ibid. v. 44.) *Et obseruabo legem tuam perpetuo, in saeculum et sempiternum.* (v. 32.) *Viam praeceptorum tuorum percurram, quando dilataueris cor meum.* (v. 11.) *In animo meo recondo sermonem tuum, vt non peccem in te.* (v. 38.) *Praesta seruo tuo sermonem tuum, qui addictus est reuerentiae tui.* (v. 157.) *Multi sunt persequentes me hostesque mei, a testimoniis tuis non declino.* (v. 54.) *Cantiones mihi*

bi fuerunt statuta tua, in loco peregrinationum mearum. Latere, inquam, in litteris Ebraicis, quibus impositum est punctum, vt adeo sequens prodeat nomen: דוד בן הקדש רבי זחחקי *David filius sancti R. Sachaki.* Ex eodem folio CCXLI. columna secunda liquet, descriptum fuisse codicem anno שטו CCCXV. A. C. M.DLV. mense Elul, et quidem במגדל לבן כשהייתי אסור עי׳ פריצו ישראל יש״ *in turri alba* (carceris nomen est, ac forsan Noribergensis) *vbi vinctus tenebar mandato violenti cuiusdam Iudaeorum hostis, cuius nomen deleatur.* Nam vt folio CCXLII. testatur, vincula gessit מיום ג׳ כא אב שיד לפק עד יום ב׳ כב טבת שטז *a die tertio hebdomados, mensis autem Abb vigesimo primo, anni* 314. *secundum computum minorem*, (siue Christiani anni M.DLIIII.) *vsque ad diem primum hebdomadae, mensis autem Tebeth diem XXII. anni* 316. (M.DLVI.) cuius rei mnemosynon e locis quibusdam sacrorum scriptorum eruit copiosèque persequitur.

LXV.

Codex sexagesimus quintus chartaceus est in quarto, constans foliis XXVII. et Maimonidea quaedam potissimum complectens.

I. Folio I. vsque ad XI. a. *R. Mosis ben Maimon* in caput decimum tituli de Synedriis commentarium, illum puta, quem ex Arabico in Latinum mutauit *Pocockius* in porta Mosis pag. 133‥179.

II. Folio XI. a. adusque fol. XXI. b. tractatum eiusdem egregii doctoris de resurrectione mortuorum, cui in MS. titulus datus est ענין תחיית המתים quum alias מאמר vel אגרת inscribi soleat, ex Arabica in Ebraeorum linguam translatum per *R. Samuelem Tibbonidem.*

III. Folio XXI. vsque ad XXVI. b. commentarium in *Maimonidis* verba, quae initio tractatus eius *Iesode hattorah* leguntur. Incipit: מה שבא בתחילת ספר מדע שהוא ית׳ ממציא כל הנמצא וכל הנמצאים מן שמים וארץ ומה־ שביניהם לא נמצאו (haec desunt in MS.) אלא מאמתת המצאו הוא סובל שני פירושים האחד נגלה והשני נסתר וגו׳ *Quae initio* (operis Maimonidei, Iad chasaka vocati, eiusque parte prima,) *quae de scientia* (inscribitur) *legimus, Deum scilicet O. M. cuius enti existentiam largiri, omnia item tam in coelo quam terra existentia non aliter existere, quam per veritatem eius, quod ipse vere existat, ea duplicem sustinent sensum, quorum vnus per se patet, alter eruendus demum est*, &c. Satis Philosophica est tota haec expositio, sapitque Aristotelem, quem et passim laudat Anonymus noster. Mea est opinio, commentationis illius auctorem esse paullo ante dictum *Samuelem ben Iehuda Aben Tibbon*, bene, si quisquam alius, de Maimonide meritum.

IIII. Folio XXVI. b. priores tredecim duntaxat lineae ex praefatione, quam *Aben Esra* libro suo ספר מאזנים praemisit, leguntur; cetera desunt omnia. Folii vltimi nonnisi prior columna est scripta, altera pura remansit, nisi quod duos exhibeat versus, et ne hos quidem integros. Quorsum pertineat illud fragmentum, difficilis coniectura est, eo quod in medio orationis cursu incipiat. Forte doctrinalia continere debebat liber, siquidem, quidquid ex eo superest, eo tendit, vt cognitionem Dei veram suadeat, qua et alii per nos sint imbuendi. Laudatur heic ס׳ הייחוד *liber de vnitate Dei*, compositus ab aliquo מהגאונים *excellentissimorum doctorum*, ille procul dubio, qui auctorem *Abu Achmed Algazali* adgnoscens, ex Arabico sermone transiit in Ebraeum, studio *R. Mosis filii R. Iosuae*, Narbonensis, nec lucem adhuc vidit, monente *Schabtaeo* pag. 28. num. 34. Facta insuper mentio est *R. Saadiae* ס׳ האמונות *libri de capitibus fidei*, qui iam innotuit omnibus. Horum librorum vterque iniurius in Christianos est, indeque suspicio nascitur, scriptum, quod exarare instituit fragmenti auctor, dogmata Iudaeorum sic proponere debuisse, vt sanctissima simul religionis nostrae oracula parum reuerenter impugnaret. Ceterum, nec scriba nec aetas codicis nostri annotatur. Quod si tamen antecedentis voluminis annos cognoueris scriptoremque, cognoueris et huius. Est enim eadem omnino vtrobique manus. Quare nec longis seiungere

gere interuallis duos illos codices placuit, qui argumenti praeterea ſimilitudine coniuncti aliqua ratione videbantur.

LXVI.

Codex ſexageſimus ſextus membranaceus eſt in octauo maiore, conſtans foliis CXXXVII. Quem ſupra codice XLIX. et L. habuimus librum *Ammude golah*, nunc denuo oſtendimus, elegantiſſime ſcriptum, ſed, quod merito dolendum ſeptimi diei praecepta (numerum quippe mandatorum auctor iuxta hebdomadales dies diſpoſuit) pleraque omnia non exhibentem, eo quod ſiue de induſtria, ſiue imperita quadam manu, folia in fine bene multa ſint detracta.

LXVII.

Codex ſexageſimus ſeptimus membranaceus eſt in octauo, foliorum CCXXX. praeter modo recenſitum librum *Ammude golah*, cui hic etiam annotatiunculae adiectae ſunt, quas in codd. XLIX. L. LXVI. fruſtra quaeſiueris, continens et Prouerbia Salomonis, et דיני בדיקות *artem inquirendi in vitia animalium mactandorum*, ſaepiſſime impreſſam.

LXVIII.

Codex ſexageſimus octauus chartaceus eſt in quarto, conſtans foliis CXXXIIII. non connumeratis foliis puris, vtpote quae nunquam in cenſum admittimus, niſi diſerte contrarium indicauerimus. *R. Lipmanni* Nizzachon, ab *Hackſpanio* in lucem hanc publicam emiſſum, et potiorem partem Latine a *Sebaldo Snellio* redditum. is continet, diſcrepans nonnihil ab edito, nec tamen in rebus magni momenti. Quae in calce eius de auctore et loco temporeque, quo conſignatus eſt liber, vulgo leguntur; in MS omiſſa ſunt, incertum caſu, an data opera, ne parum laudabilis ſcriptor cito innoteſceret.

LXIX.

Codex ſexageſimus nonus membranaceus eſt in quarto minore, foliorum CXXI. ſiſtens librum יורה דעה qui ſecundam conficit partem operis *Arba Turim*, incipiens in הלכות טריפות num. XLIII. et his quidem verbis: גרעין שנמצא בה אם הוא גדול כשל תמרה כשרה שאינו יכול׳ וגו׳ quae inuenies fol. 12. col. 4. edit. Hanou. ſed num. XLII. Haec enim leuis numerorum varietas deprehenditur. Scriba nomen fini codicis impreſſit: אני הוא הכותב חזקיה בר דוד דשלינש ולחח איש איטר יד ימיני איש צרפתי Hoc vult. Vocari ſe *Hiskiam filium Dauidis Daſchlenſch*, fauſtae recordationis; ſcripſiſſe etiam hunc librum manu ſiniſtra; fuiſſe enim ſe ex ſcaeuarum numero. Gallienſem ſe Iudaeum eſſe adiicit, ſed Gallia pulſum, vt fuſius enarrauit ſequentibus lineis, ſpongia deterſis, ea forſitan de cauſſa, quod acerbius eiectionem illam depinxerint. Subiicitur quoque annus exarati codicis: באחד לחדש טבת שנתה׳ אלפי׳ קץ לפר *primo die menſis Tebeth, anni 5190. computi noſtri*, hoc eſt, anno Chriſtiano M.CCCCXXX. Quum tantae vetuſtatis nota excellat, dubium non eſt, quin varia exhibeat, quae typis committere, arte illa inuenta, Iudaei fuerint veriti. Nec fallit nos opinio. Etenim quae in דיני ע״ז fol. 32. col. 4. edit. cit. conſpicitur lacuna notabilis, ad hunc modum ſuppletur in MS. folio XXXII. col. I.

והבהמה שנותנים לגלחים אע״פ שכיוצא בו אסור לכמרה מותרין שאין מקריבין אותה לע״ז אלא הוק לגלחים ונרות של שעוה שמדליקין לפניה נויין הם ואסורים ואם משכנן הגלח לישראל או מכרן מותרין דכיון שכיבו לצורך עצמו זהו ביטולו · והר׳ יונה כתב אפילו אם כבו על דעת לחזור ולהדליק׳ הוי ביטול אבל אם כיבו מעצמ׳ לא הוי ביטול אבל אם מכרן או משכנן לישר׳ הוי ביטול כיון דלאו ע״ז הן עצמן וחתיכות של שעוה שנותנים לפניה מותרות דלאו נויין הן ולא תקרוב׳ ומלבושין שלובשין הגלחים כשנכנסין לבית ע״ז נויי שלה׳ הן ולאו נויי לע״ז ואפילו ביטול אינם צריכים והגביע שאוחז הגלח בידו והמחתי׳ שמקטיר בה ומשמשיה הן צריכין ביטול׳ :

Senſus eſt. Tuto licere iumentis, quae dono ſacrificulis dantur, veſci, eo quod illa diis offerre non ſoleant, ſed tanquam ſibi propria adſeruent; alias vero altaribus imponant victimas. Lucernas cereas, quas iidem adhibeant, non aeque concedi. Quod ſi tamen ſacerdos gentilis eas vel oppignerare vel etiam vendere Iudaeo voluerit, id ratum haberi. Ex quo enim illae delentur, vt idolorum vſui inſeruire amplius haud queant, tanquam

quam abolitae existimantur. Immo et R. Ionam statuere, si quis ea mente extinxerit, vt denuo accendere vellet, iam profanas esse redditas; at hoc non valere, vbi sponte fuerint extinctae. Quando venduntur Iudaeo aut pignori relinquuntur, sacrae amplius non sunt; nec inhaeret illis quidquam idololatrici. Particulae insuper cerae licite vsurpantur, vtpote quae nec exornant fanum, nec offeruntur. Idem de vestibus sacerdotum erit statuendum, quas tunc induunt, quando templa frequentant. Namque illae non ad idoli, sed sacrificulorum, pertinent ornatum, neque ideo vlteriore profanatione indigent. Contra vero poculum, quod manu sacerdos tenet, dum sacris operatur, turibulum quoque, ceteraque ministerii vasa, prius sunt profana reddenda, quam quis illis vti velit.

Alia exstat lacuna fol. 35. col. 1. dictae editionis, num. CLI. quam scriptus manu codex sic implet folio XXXV. col. 2.
והאידנא אין רגילין להקטיר אלא לבונה
הילכך כל דבר מותר למכור להם חוץ
מלבונה וכל לבונה אסורה בין זכה בין
שאינה זכה וכתב רשבא אפילו אומ׳
שצריך לדברים אחרים אותה אסור אבל
אם ידוע שצריכ׳ לדבר אחר מותר וכת׳
בס׳ התרומה האידנא אין רגילין להקטיר
אלא לבונה הילכך אסור למכור לבונה
לגלח ולכומר ולשאר הגוי מותר וכן שעוה
ביום איד קנדלודא אסור למכור לכל
גוי אבל בשאר הימי׳ מותר למכור להם
שעוה וכן הגביע שתופס הגלח בידו
וקנאו ישראל אחר שפגמו גוי וכטלו
אסור למוכרו לגוי דבשביל פגימה
קטנה זו אין מניח הגוי מלעשות בו עבודתו
וכן סערי דחן אסור למכור לכל גוי:
Nostra aeuo non solent alio suffimentorum genere vti (idololatrae) *quam ture, ac proinde omnia potius vendere illis licet quam tus, siue illud purum sit, siue minus. R. S. B. A. scribit, ne tunc quidem vendendi facultatem concedi, vbi quis ad alia* (quam Deorum vsum) *sese adhibiturum illud adfirmauerit. At si liquido constet, idololatrae non inseruiturum tus, permissum est* (vendere.) *In libro Thrumah haec leguntur: Hodierno tempore nonnisi ture litat* (Diis profana multitudo) *eoque prohibetur vendere illud rasa atratoque sacrificulo; plebeiorum alicui, licet. Pariter ceram in die festa candelarum vlli gentilium vendere nefas habetur; ceteris vero diebus concessum est. Scyphum, quem sacerdos idololatra manibus tractauerit, si ad Israelitam delatus fuerit, quantumuis eum gentilis hamaprafanum reddiderit atque sardidum, vendere tamen idolorum cultori haud licet, quippe qui tantum abest vt leue huiusmodi dehonestamentum aestimet, vt ad sacra potius denuo adhibeat poculum. Interdicimus hordeum et milium gentilibus diuendere.* Vtetque horum locorum mentionem facit גלחים *tonsorum capita*, posterior etiam כומרים *pullatarum*. Tam hi quam illi sacerdotes Christianorum designant. Et de *Rasis* quidem copiose differit *Eisenmengerus* Part. I. cap. 10. pag. 502. ff. operis, quo arcana Iudaeorum detexit; de *atratis* vero, praeter eundem, p. 499. seqq. conferri poterunt quae paullo ante hanc lacunam, integritati suae redditam, sub finem numeri CXXXIX. fol. 34. col. 4. versu quarto ante finem leguntur.
ואם יש מכס הוא לשמשיה אוכלין ושותין
אותו: vbi in nostro MS. ואם יש מכס
הוא לכומרין וגו׳ *Si tributum soluerint ministris eius* (idoli) siue, *atratis illius sacrificulis, licet illud vel ad cibum vel potum insumere.* Adde insuper, quae paullo post eod. LXXII. occurrent.

LXX.

Codex septuagesimus membranaceus est in folio, constans foliis XCIIII. Est pars libri אבן העזר qui tertium ordinem (male enim *Buxtorfius* in Biblioth. Rabb. *quartum* nominat) *τῶν Arba Turim* constituit. Incipit a num. LXXXIX. fol. 27. col. 1. editionis laudatae Hanouiensis, et ab his quidem verbis versus 18. מאותו קרקע וגו׳ Nebulo tamen, qui fragmentum vendidit, ne imperitis videretur esse, quod vere est, tristes scilicet e naufragio tabulae, priorum sex linearum dimidiam deleuit partem, vacuoque spatio maiusculis litteris inscripsit vocem איש adeo vt nullus ex istis sex versibus elici queat sensus, nisi adhibito aut codice alio, aut editione, quod factu facile est. Sic itaque et bonam הלכות אישות particulam, et reliqua ordine *iura* ad finem vsque huius טור שלישי complectitur codex noster, scriptus, vt ex calce adpa-

Iehudae Chaiat commentarius ad *R. Perez fil. Iſaaci* librum המערכות et auctor operis מקור חיים incertum cuius, quum plura hoc titulo proſtent, *R. etiam Elieſer Germanus*, aliique. Nomen auctor non ediſſeruit. In calce tamen profitetur, ſe de myſterio nominis יהוה egiſſe בספר חיים *in libro Chaiim*. At vero duos habemus ita inſcriptos, vnum *R. Iehudae*, complectentem דרושים in Leuiticum; alterum *R. Chaiim filii Bezaleelis*, varia continentem. Et poſterior forſan non alius eſt a Noſtro. Ceterum ſcriptus eſt hic libellus eadem manu qua antecedens.

III. Folio LXII. b. *Rabbi Menachem Aſariae* (addi alias ſolet *Mippano*, quod tamen in fronte aeque ac calce huius ſcripti omittitur) מאמר המילואים *tractatum Completionum*. Scripſerat antea librum כנפי יונה *Alae columbarum* vocatum, in quatuor partes (quod diſerte hic affirmatur, non quinque, vt eſt in Bibliotheca viri clariſſimi) diſtributum, propoſueratque in eo varios מילואי ההוי״ה rerum exiſtentium plenos abditosque ſenſus, Kabbaliſticos puta, in quo cum multa ſine ordine nec elaborata ſatis legantur, hinc praeſens natum opuſculum, ſupplementum quaſi aliquod prioris. Tractat heic potiſſimum de myſteriis nominis יהוה integre ac *plene* ſcripti; ita enim quamlibet harum quatuor litterarum habiturum ſuum מלוי פרטי peculiarem largiſſimumque ſenſum. Nempe enim vocabulum iſtud diuinum, cum omnibus litteris, Iod, He, Vau, He, quadruplici ratione, tironibus ſtudii Kabbaliſtici nota, paſſimque obuia, exaratum in numerosque miſſum, quatuor producit nomina ע״ב 72. ס״ג 63. מ״ה 45. ב״ן 52. quorum conſiderationi haec conſecrauit folia *R. Menachem*, additis quibusdam reconditae interpretationis nominibus ſacratioribus aliis; in quibus ea haud latere, quae magno ſtrepitu inde producunt Kabbaliſtae, genus vaniſſimum, quotquot rationem in conſilium adhibent, fatebuntur omnes. Deſcripſit librum aliquis מווימעפסק ישראל כהן *Iſrael ſacerdos* quod quale ſit nomen loci, equidem ignoro. Editus nondum eſt, prout nec duo, quantum conſtat, antecedentes, ex hoc codice recenſiti.

LXXVIII.

Codex ſeptuageſimus octauus chartaceus eſt in quarto, foliorum LXI exhibens Kabbaliſticas expoſitiones Haggadae Paſchalis, feſti Pentecoſtes, manipuli agitationum ſecunda die Paſcha olim oblati, ſeptem hebdomadum Pentecoſten inter ac Paſcha interpoſitarum, ac ſpeciatim XLIX. noctium, inter vtramque ſolennitatem ſacram intercurrentium; item myſteria caetimoniarum diei ſeptimi Paſchalis, noui anni, diei denique piacularis, ſed cuius arcanos receſſus ad finem non deduxit auctor, qui nomen licet ſuum non expreſſerit, praeceptoris tamen ſui, quem vero pariter haud nominat, ſaepius mentionem facit, vt folio XVII. b. folio LVI. b. et folio vltimo atque alibi, cuius placita ſe heic proponere fatetur. Memorat quoque folio XXV. a. *R. Nathan Spira* librum כוונות *Meditationum*, nec typis exſcriptum adhuc, nec obſeruatum aliis. Dubium mihi non eſt, quin pleraque omnia huius codicis petita ſint ex *R. Iſ. Loriae* Schulchan Aruch, id quod tamen, quum is mihi liber ad manus non ſit, audacter in praeſentia adfirmare non licet.

LXXIX.

Codex ſeptuageſimus nonus chartaceus eſt in octauo, conſtans foliis ſcriptis quinque, quibus miſcellanea quaedam ex Kabbala practica illeuit obſcurus auctor. Et primo quidem diuinum nomen a Daniele vſurpatum, ne leonum experiretur immanitatem producit, quod et hic ſubiicere viſum, vt, quantas alant Iudaei nugas, vel hinc pateat. Eſt illud

תְיָה יְעו וְאַת   מְסָה הָסָה הַלִיךְ

Hinc artificium, quo quis inimici aedes ſubuertere poſſit, legitur; poſt hoc προφυλακτικὸν βοήθημα, a Moſe frequentatum, quod ſic ſe habet:

אָה	אָה	חַי	יְהוּ	יָח	יָה
וְהָיָה	הָוָה	אָה	יְהֹוָה	יִהְיֶה	אָז

Hoc quisquis ſecum circumtulerit, nullum ſentiet damnum. Dein, qua ratione effici queat, vt mutus reddatur hoſtis, nec prius eloqui queat, quam diuinus,

nus, scilicet! Kabbalista voluerit, docetur. Ad exstirpandas איכלוסין אומות τὰς ἔχλας, profanas mundi gentes, hoc facit sacrum remedium:

כִּי וָא הַד שַׁד הָו אָק
יָה הַל וָא אַל הָאַל וָא

Vt easdem Deus sedibus suis expellat, haec nomina conducunt:

וְתִסְרה הָעָאֵם סְאוּת הָקְצַג וּשְׁבְּאִ
אָבְּהִיר יָמָו
יִשׁוּ מַלְבָּרָת בְּתָבָם וְקַפְּד לִי לְמַל
דִּאֵרַף וְהֵרִי

Ne quis inter deambulandum fatigetur, ne coecitatem sentiat, vt pericula, quae bestiae minantur, effugiat, &c. cautiones praescribuntur, ex nominibus Dei, ad modum antecedentium, conflatae. Atque haec quidem nomina pellibus animalium, statis temporibus, inscribenda recitandaque sunt, adhibitis, quae heic indicantur, caerimoniis, quales et in *Schimmusch Tillin* reperire licet. Tanti est ineptire!

LXXX.

Codex octogesimus chartaceus est in octauo, constans foliis LXVIII. atque sequentia exhibens.

I. Librum מעין החכמה *Fons sapientiae* dictum, quem ex scriptis *Luriae* collegit *R. Abraham ben Arieh Leu*, editum Amstelod. 1652. 4. Absoluitur capitibus LXXVIII. tractatque סוד מעשה בראשית ויחוד העליונים והתחתונים arcana operis creationis, vnionemque superiorum cum inferioribus, quibus tota Kabbala, tanquam fundamento, superstruitur. Scriptus est liber A. 428. C. 1668. per Isaacum ben Baruch.

II. Librum יצירה *de Creatione*, Abrahamo Patriarchae vulgo adscriptum. Sequitur noster codex accurate editionem Mantuanam absque commentariis editam.

III. ספרא דצניעותא *Librum mysterii*, Sohari insertum, ac Latine redditum in Kabbala denudata, tomo II. parte 2. p. 348. seqq. Annectuntur ei לב נתיבות חכמה : XXXII. *semitae sapientiae*; siue latentes viae ad Sephiram *Chochma* pertinentes, ex libro Iezirah sumtae, vna cum ipsis decem Sephiroth, addito nomine diuino ad vnamquamque spectante, atque Schemate פרצוף אריך אנפין *personae* siue πρόσωπα, *cui nomen Longanimitas*.

IIII. שער פרטי חמשה עולמות *Portam*, vel introductionem, *specialem in quinque mundos*, nempe mundum Aensophicum primum, qui et עולם המלבוש mundus vestimenti vocatur, item in systema mundi Aziluthici, Briathici, Iezirathici, Asiatici. Auctor opusculi est incognitus.

V. Anonymi expositionem סוד האגוז *Mysterii nucis* atque קליפות *corticum*, nucem ambientium. Perquos terminos, si quis est qui ignorat, quid abstrusi doctores designent, Kabbalam adeat denudatam tom. I. part. I. p. 23. Quinque hi libelli manu Isaaci, supra memorati, scripti sunt, ac duo praeterea posteriores, nondum, quod arbitramur, publici iuris facti.

LXXXI.

Codex octogesimus primus chartaceus est in duodecimo, constans foliis XXIII. variaque Kabbalistica complectens, recentissima cuiusdam manu exarata.

I. Primo statim folio col. 2. proponuntur pauca מעץ חיים ex libro *Ez chaim*, Kabbalistico, vt conicio, *R. Is. Loriae*. Nil aliud in hac pagina inuenies praeter quam, quod nonnullae preces, hic nominatae, vel ad sanandos aegrotos, vel ad securitatem in itinere, vel ad pellendos spiritus malignos, &c. perquam vtiles praedicentur; cuiusmodi quisquilias non raras in id genus scriptis esse, vix quisquam ignorat.

II. Folio II. sequitur קיצור מנהגים של הרב האלהי כמוהר״ר יצחק לוריא ז״ל *Breuis descriptio consuetudinum a diuino doctore R. Isaaco Loria obseruatarum*. Narratur ibi, quod in more habuerit *Loria* summo mane preces ad Deum fundere, quod speciales וידוים confessiones omnes recitare, quod matris osculari manum, quod ad conuiuia cum pallio atque fimbriis accedere, quod in vespera Sabbati mensam loco haud mouere, quod, interea dum legis volumen ex arca promebatur, aliquid e Sohare legere, quod ad tres in Synagoga passus non retrosilire (etsi huic contrarius ritus hodie adhuc

O duret)

duret) quod diebus aliquot, Tammuz inter et Abh interiectis, vltra dimidiam horam lugere ob ruinam vrbis, quod manus dextrae digitos complicare cum sinistra, ad designandas כחות העליונים ימינים ושמאלים *facultates superiores tam dextras quam sinistras*, quod singulis horis digitos inspicere, eo quod symbolum praebeant nominis ארוח quod in Sabbato quatuor vestes induere albas, totidem litteras nominis יהוה repraesentantes, quod in diebus Sabbaticis cibum capere in mensa quatuor pedibus innitente, quod ante sumtos cibos paullum aquae degustare. Haec ex multis; sequuntur enim huius generis ineptiae innumerae, a discipulo quodam *Loriae* congestae, quippe qui vidisse illas oculis suis testatur, magnumque illum Kabbalistam perpetuo nominat מורי dominum s. magistrum. Forsan compilator horum מנהגים *R. Chaiim Vital* est, quem ex ore Loriano pependisse constat. Aspersa hinc inde sunt eiusdem *Loriae* monita, auditoribus data, ad bene beateque, suo exemplo, viuendum. Quae tamen omnia in caerimoniis subsistunt, quarum simul Kabbalisticae rationes traduntur; ad ea, quae bonum virum probumque efficere possunt, non pertingunt.

III. Folio IX. seqq. habes כונת קש *sensum sublimiorem orationis AVDI ISRAEL*, item illus, quae ab octodecim gratiarum actionibus vocatur שמנה עשרה nec non כונת יגי מידות *considerationem XIII. attributorum diuinorum*, denique כונת מי שעונה אמן *mysteria, de quibus ei, qui ad recitatas preces AMEN respondet, cogitandum est.* Has ego כונות *meditationes* non dubito easdem esse, quas *R. Is. Loria* consignauit, de quibus vir clar. *Wolfius* Biblioth. Ebr. p. 675. aut certe inde deductas. Habes hic etiam סוד נטילת ידים *mysterium ablutionis manuum*, סוד הגלגול *mysterium reuolutionis corporum defunctorum*; item quid coniuges tunc meditari deceat, quando sobolis procreandae caussa congrediuntur inuicem, quo liberos generent probos.

IIII. Folio penultimo miscellanea leguntur, aphorismis inclusa. Primus est, maritum ac vxorem referre litteras יח filium ו filiam ה adeoque simul omnes diuinum nomen הויה ac proinde dandam parentibus operam, quo liberis beentur. Secundus est: Quisquis lacrimas effuderit in die expiatorio propter obitum filiorum Aharonis, eius filii diem suum, dum pater in viuis adhuc est, nequaquam claudent. Tertius est: Fletus atque lacrimae maculas faciei tollunt. Reliquos addere nil aliud esset, quam diutius nugari. Folio vltimo, arcana טבילה lotionis et הבדלה actionis, qua dies Sabbaticus ab incipiente hebdomada secernitur, Kabbalistice exponuntur.

Eodem codice, post haec memorata omnia, libri aliquot impressi continentur, quibus subiungitur alius liber MS. foliorum XCI. sistens orationes sacras Kabbalisticas, in quibusuis negotiis adhibendas; vtpote, quando quis lecturus est Psalmos, aut lectionem absoluit, quando phylacteria vel induit vel exuit, quando Synagogam ingreditur, aut in siluis, mari, alibi, versatur, quando festi celebrantur dies, &c. additis peccatorum confessionibus. Inserta quoque est סדר הטבילה eorum quae inter lotionem peragenda sunt, recensio, precesque tunc adhibendae Kabbalisticae, quae desumtae dicuntur ex libro לחות הברית illo procul dubio, qui *R. Ieschaiam Horvviz* habet auctorem, ac plene inscribitur שני לוחות הברית *Duae tabulae foederis.* Hic sane Rabbinus et post initium codicis nostri laudatur, et ex eiusdem dicto opere sumtus est סדר הוידוי *ordo peccatorum confessiones* complectens, nec non modus procedendi orandique cum aegroto grauiter decumbente. Haec excipit arcanum remedium extinguendi incendia, atque prophylactica quaedam aduersus peregrinationum pericula, quae posteriora ex libro דרך הישר *Via recti* hausta dicuntur. Vt me fert opinio, *Via* illa *recti*, opusculum est *R. Zeui Hirsch fil. Ierachmiel*, quod quia nondum memoratum in Bibliothecis Rabbinicis vidi, pauca de ea monebo. Auctor est paullo antea dictus *filius Ierachmiel*, sed, quod et hic subiungitur, et in duobus aliis ab eo scriptis

ſcriptis libris, puta נחלת צבי atque שבתאי דרנלא cognomine חאטש *Chaſch*, cuius דרך ישרה *Via recta* (ſic enim titulus ſonat, non הישר) Furthae prodiit anno 457. A.C. 1697. vt in fronte legitur, ſed, vt in calce, an. 473. A. C. 1713. in 8. conſtans foliis 32. id eſt, plagulis quatuor. Senſus recludit abditiſſimos precum Iudaicarum, poſt longamque praefationem, quae dimidiam fere operis partem implet, ipſae leguntur orationes, diuinis nominibus Kabbaliſticis refertae, quarum vſus ad varia ſeſe extendere dicitur, veluti ad itineris diſcrimina euitanda, ad reconciliandos inimicos, ad auertenda imminentia damna, ad memoriae vires augendas, ad febres acutas pellendas, quartanas item ac tertianas, ad ſiſtendum ſanguinis fluxum, ad reſtinguendum ignem, ad iuuandum puerperas, ad ſexcenta alia. Superſtitioſa ſunt omnia, remedia, amuleta, reliqua, etſi ad experientiam prouocet auctor, qui multa ſe debere ארי ז״ל *R. Iſ. Luriae* palam profitetur. Haec de illo libro. Vt ad codicem noſtrum redeamus, videre in eo licet depictum templi Hieroſolymitani candelabrum aureum, quod ipſum, vbi Pſalmus LXVII. ſcapo ramisque ex vtroque latere prodeuntibus, ſic inſcribatur, vt figura codici inſerta monſtrat, ſtatuitur perquam ſalutare eſſe daturis ſe in viam. Alia de hoc candelabro infra cod. LXXXVII. num. 3.

Foliis quatuor vltimis legitur פדיון נפש negotium de *redemtione animae*, rationibus mere Kabbaliſticis pertractatum, transſcriptumque ex שולחן ערוך *R. Iſaaci Luriae*, ſi quid iudicare valeo. Nam et eius liber eodem Kabbaliſtico modo ritus Iudaicos omnes enarrat, et Kabbaliſtarum Alpha habetur *Luria* ab omnibus, a cuius veſtigiis non magis recedunt Iudaei, quam ab ara numinis religioſi.

LIBRI MISCELLANEI.

LXXXII.

Codex octogeſimus ſecundus chartaceus eſt in quarto, foliorum CI. lingua Iudaeis noſtratibus vſitata exaratus, rhythmice exponens res geſtas regis Aegyptiaci, cui nomen Scheſchak, Salomonis, Nabuchodonoſoris, Sancheribi, et has quidem breuiter; copioſiſſime vero hiſtoriam Mordechai, Hamanis, Eſtherae. Deſunt ab initio duo folia; quod nunc primum eſt, ita incipit:

Nach Todt (pro *nach dem Todt*) des vveiſen Schlomoh des König, iſt gar ſelzam mit ergangen, davon vvir erzehlen ein vvenig, ſich hatt viel Krieg angefangen, vvohl über dieſem Stuhla, hub ſich groſs Hader und Zanck, zu erzehlen iſt es zu viela, vvie offt mann den Stuhl bezvvang.

Ein König mit Nahmen שישק (*Scheſchak*) auſs מצרים (*Egypten*) Land, der macht unſern ein boſen עסק (*Sach*) mit dem König שלמה (*Salomo*) vvardt er bekandt, thät ihm im Trunck anhängen, ein Tochter zu der Ehe, ſie thät ישראל (*Iſrael*) umb גוף (*Leib*) und ממון (*Guth*) bringen, dem König שלמה (*Salomo*) thät ſie auch vveh.

Finis totius hiſtoriae ad hunc modum ſonat:

Laſst uns bey Zeit ſeyn frummen (pro *frommen*) ſo ſproſſet die גאולה (*Erlöſung*) herbey, vvie vvir von unſern נביאים (*Propheten*) haben vernummen, daſs die קנאה שנאה (*Feindſeligkeit und Haſs*) iſt böſer als Abgötterey. Laſst uns zuſammen ſtimmen, ach (pro *auch*) zuſammen halten, ſo vvird משיח (*Meſſias*) bald kommen, und mittbringen אליהו הנביא (*Eliam den Propheten*) den alten. אמן סלה (*Amen Selah.*)

תם ונשלם זאת המגילה יום ד׳ כי תמח שנא לפ״ק פה בווירשלר נאום אברהם בר מרדכי הכהן ז״ל מכפר גרושן ענגלש:

Explicit liber praeſens. Abſolui opus quarto die hebdomados, qui ſecundus erat menſis Thammuz anni CCCXCI. (id eſt, A. Chriſti, M.DCXXXI.) *iuxta computum minorem, heic in* ווירשלר *ego Abraham filius Mordechai ſacerdotis, felicis memoriae, ex pago Groſen Engels.*

LXXXIII.

Codex octogeſimus tertius chartaceus eſt in forma duodecima, conſtans foliis LXXIII. atque duo ſiſtens opuſcula Grammaticalia *R. Eliae Leuitae*, Germani. Prius eſt ס׳ הרכבה *liber compoſitio-* nis;

nis; posterius פרקי אליהו *capitula Eliae*. Vtrumque cum alibi, tum Venetiis quoque apud Dan. Bombergium A. C 1546. excusum, quam editionem descripsit, qui hunc exarauit codicem, idque in vtriusque libri titulo profitetur. Et vero secutus hoc impressum exemplar ideo videtur scriba, quia perquam rarum. Quare et possessor felicitatem suam folio vltimo praedicat, sequentibus rhythmis:

אתן שבח והודיי לשוכן בשחק
שזכני לקנות זה ספר הדקדוק
כה עתירתי ויעתר יצחק
בר ברוך שליט מברעש.ועלד הקק׳:

Laudabo atque celebrabo eum qui in nubibus residet, eo quod concesserit mihi, vt praesentem librum Grammaticum mihi comparare potuerim. Hoc erat votum meum, sic orauit Isaac (ex Genes. XXV. 21.) *filius Baruch*, (*viuat ad dies bonos!*) ex ברעש ועלד (forte *Barsfeld*, Hungariae oppido, in finibus Poloniae, etsi *Bresfeld* potius referat scriptura Ebraica) *Synagoga sancta*.

LXXXIIII.

Codex octogesimus quartus chartaceus est in quarto, foliorum LXXXVI. cui inest

I. Kalendarium Iudaicum, figuris et imaginibus coloribusque diuersis eleganter exornatum, rationem ac praecepta tradens calculationum, embolismorum, omniumque quae ad annum rite disponendum pertinent. Integer libri titulus ex fronte adparet.

בטוב גרא אתחיל דא
לכתוב ספר עברונות
בעזר בוחן כלי עשתונות
והוא יעזרני בכל שנותיו
מכל פגיעות רעות ומשונות
המתרגשות על אדם ופונות
ואל ישע אלי רוב העונות
אשר בעבורם הם חונות
על האדם ללחום במלחמות:
נאום שמעון בן החבר משולם שליט אם

Felici sidere conscribam librum hunc Astronomicum, auxilio eius qui probat cogitationes omnes, qui et protegat me per vitae annos a quibusuis casibus grauioribus, quorum non pauci irruunt in homines receduntque. Non sane ad multa nostra delicta respiciet, quorum caussa calamitates illae hominem cingunt, pugnaturae aduersus eum. Dictum Simeonis filii Meschullam qui (Meschullam scilicet in Rabbinatus, vt ita loquar, dignitate) *adiunctus est. Hunc Deus seruet. Amen. Selah.* Operi ipsi praefigitur, quod iam habuimus, distichon:

בעזרת בוחן כלי עשתנות
אתחיל זאת עברונות

Finito Kalendario Iudaico, sequitur folio XL. b. Kalendarium Christianorum, cui praemittuntur versus:

בעזרת האל עושה נקמות
אתחיל לוח של אומות

Diuini numinis, vindictam exercentis, ope, auspicabor Kalendarium Christianorum. Huius excerpta dedit vir clarissimus, de rebusque Iudaeorum et nobis etiam praeclare meritus, *Io. Iacobus Schudtius*, in egregio Memorabilium Iudaicorum opere, lib. VI. cap. 33. pag. 243. Neque adeo necesse foret, post viri amicissimi industriam addere quidquam vlterius, nisi et obscuriora quaedam, et praetermissa paucula, qualemcunque operam nostram poscerent. Dies Ianuarii sextus *der Zwölffte* vocatur in MS. cuius adpellationis rationem, alioquin non vbiuis occurrentem, auctor ipse edisserit, dum memorato paullo ante disticho, Kalendarium Christianum praecedenti, sequentem annectit regulam vniuersalem:

כשתרצה לחשוב חגות שלהן אז צריך
אתה לידע חגה שלהן אחרונה של
שנה שעבר שהוא סוף אילול באיזו
יום ובכמה בחודש היה ואותו חגה
תחפש בעברונות בלוחות האילו
שלפניך.ותחשוב באותה שורה לארכה
ואל תספור בשורה אחרת עד יארשטג
ומכאן ואילך תספור בשורה אחרת וזה
יוכיח ביום שחל ניטל חל יארשטג:

Si festos dies (proprie *terrores*, ita enim nuncupant festa nostra) *illorum* (puta Christianorum, quos ne quidem nomine compellandos censet auctor, imitans Antecessores initio tractatus Auoda Sara) *indagare volueris, sciat necesse est festum anni praeteriti vltimum, incidens in finem Elul,* (Tebeth

(Tebeth dicendum fuisset, vtpote qui Decembri nostro respondet, vt ipse *Simeon* noster ad oram mensis in circulo annuo vltimi notauit, in quem pariter incidit ultimus, quem nos Christiani celebramus, dies festus, Saluatoris natalis) *obseruesque in quem diem* (hebdomados) *et in quotum mensis incidat. Hunc ergo diem festum* (vltimum) *in Kalendario atque hisce tabulis quaeres, perpetuo in recta linea, non in alia, numerans, donec inuenias* Neu-Jahrs Tag (diem noui anni ptimum.) *Tum ab hoc die et inde in altero ordine computabis similiter dies*: (quod vbi feceris) *adparebit, in eundem hebdomados diem, quo natalis Christi celebratus est, incidere Kalendas Ianuarias.* Vult Iudaeus, numerandi initium a XXV. Decembris, tanquam die festo vltimo, esse ducendum, progrediendumque ad festum Epiphanias; quo facto, hunc inter adparitionis sacrum diem illumque Liberatoris natalem, interiectos esse XII. dies; quod temporis interuallum in quibusdam Germaniae regionibus *die zvvölff Nächte* dici recordamur. Hinc idem codex noster diem Ianuarii tertium supra decimum vocat *den Zvvanzigsten*, prout vndecimum Ianuarii *den Achtzehenden*, nempe a natali Redemtoris nostri. Eiusdem mensis dies XVII. notatur nomine טעניא id est *Anconii*. dies XX. פשטיא *Sebastiani.* Solent vero per compendium Verpi dicere *Tonia* et *Bastia*, prout nos etiam *Dönges* vel *Dünges* et *Bastian*, neque hic quidquam subest mali. Sic Ptolemaeus Iudaeorum pronuntiatione est חלמי et Ptolemais חלמידה Etiam in *Sponii* itiner. tomo I. p. 334. editionis Gallicae, REGIS THOLOMEI mentio in vetere inscriptione. Neque Graeci aliter, neque Latini, nomina, cumprimis propria, vel addendo vel demendo inflectere solent, id quod copiose atque eleganter monstrat *Io. Passeratius* libro de litterarum inter se cognatione ac permutatione, Parisiis 1606. 8. edito, paucis noto, sed qui huc pertinet totus. Haec tanquam per viam. Secunda Februarii, id est, purificationis Marianae dies audit ליכטמעס pro nostro *Lichtmeß.* Nebulo autem ille, quia et cum ע et ט in fine vocabulum exarauit, *Lichtmatt* forsan indicare voluit, lumen debile, et quod facili negotio extinguatur. Martii dies XXV. annuntiationis Mariae in MS. אשה: ביקלייבן audit. Posteriorem vocem enodent alii; a me nemo id exspectabit, quam religioni ducam, impiam Iudaei et impuram mentem exponere. אשה siue *mulier* per contemtum nuncupatur sanctissima virgo, prout natus ex ea mundi Dominus האיש. Vide *Bartoloccium* Biblioth. Rabbin. parte II. pag. 156. Pascha, quod merito mireris, in huius mensis tabula, vocatur *Ostern*, non קסח *discissio*, etsi frequens haec ignominia in obsceno Iudaeorum ore sit, ac saepius deinceps in nostro etiam codice deprehendatur. Ad tertiam Maii lucem scribebatur צלם טג *Zelem Tag*, siue imaginum dies; inducta vero haec sunt atramento, ad vltimumque Aprilis posita, alia plane manu; satis imperite. Omnino enim tertio Maii memoria inuentae crucis (quae צלם vulgari Iudaeorum sermone vocitatur) per Helenam Constantini Imper. matrem, anno post ascensionem Domini atque Dei nostri CCXXXIII. celebratur. Atque hinc petenda simul ratio, ob quam septimus Maii in Kalendariis Iudaicis (quanquam in nostro factum id non sit, Geminorum imagine, mensis illius symbolo, margini adpicta, ac, ne quid vlterius adscribi queat, prohibente) titulum adipiscatur כל הצלמים. Etenim ea dies initium dat hebdomadi, per cuius singulos dies, qui Romanae ecclesiae sacra sequuntur, processiones, quas vocant, instituunt, quae proinde *die Creutz Woche* nominatur. Dies Iulii secundus, visitationi Marianae dicatus, nomen in MS. gerit אשה חדשה *feminae nouae*, siue, noui festi in honorem beatissimae virginis celebrandi, quod nomine proprio designare nequiuerat stupiditas Iudaica; aeque vt paullo post octauus Septembris, Mariae natalis, אשה אחרונה *mulier alia* ab eodem adpellatur. Decimus quintus Augusti salutatur אשה ווירץ ווייא *Ischa* Wurtzvveyh, ea ex caussa, quam feliciter indagauit celeberrimus *Schudtius* pag. 242. Prima Septembris ווילגן טג *Gilgen-Tag*

audit,

audit, hoc eſt, Aegidii, quem et *Galli Gilles* et Germaniae quidam populi *Gilge* nominare conſueuerunt. Eiusdem menſis dies XIIII. צלם טג in MS. nobis *exaltatio crucis* eſt. Prima Nouembris כל חקדישי inſcribitur, quod ſonat *omnium ſcortantium*, quum debuiſſet הקדושים *ſanctorum*: eiusdem dies XXI. אשה תלויה *mulier ſuſpenſa* dicitur, qui nobis eſt *praeſentatio virginis Mariae*, vtpote quo ἡ Θεοτόκος. *quum eſſet trium annorum a parentibus ſuis praeſentata eſt in templum, et ipſa per XV. gradus per quos aſcenditur in templum, per ſeſpſam aſcendit, ac ſi fuiſſet perfectae aetatis*, prout in MS. Kalendario *Diſcipuli* de feſtis ſanctorum intimandis, ex duobus Martyrologiis Legendiſque variis collecto, atque in Bibliotheca Butisbacenſe exſtante, legitur. Satis fuiſſet, אשה nomine feſtum hunc diem indicare, quemadmodum in aliis quibusdam ſolennitatibus Marianis factum ab Apella eſt. Ne quis vero aliam, quam Dei matrem, cogitare poſſit, additum eſt תלויה quo modo abſolute Mariam a Iudaeis nequam vocari, praeter complures alios, obſeruauit *Schickardus* prooemio ad Tarich pag. 94. Dies XXIII. Nouembris non קליגענד quae nihili vox eſſet, ſed קליפענד ſcribitur, conſecratus ſcilicet *Clementi*. December menſis בוואלף מון *Wolff-mon*, ſeu *Wolffmonath* nominatur, et ſtudio quidem. Quum enim ceteri menſes omnes eo modo, quo nos adpellare conſueuimus, heic a Iudaeo exprimantur, vti *VVeinmon*, *VVintermon*, *Herbſtmon*, ſolum hunc *Chriſt-Monath* inſcribere noluit, ne vel nomen vſurpare Chriſti cogeretur. Quare et in margine Latinum duntaxat nomen, quod vna cum Germanico reliqui menſes exhibent, דיצעמבר *December* hoc loco adpoſuit; natalem denique Saluatoris, in XXV. Decembris incidentem, ניטל ſolenni calumnia, non verbis, ſed paullo acerbiore remedio coercenda, nominauit.

II. ס׳ רוח חן Liber *Spiritus gratiae* dictus, ſiue, introductio quaedam generalis in res Phyſicas, ex Arab. in Ebraeum conuerſa, per *Iudam Tibbonidem*, vt quidam contendunt; Latio donata per *Ioannem Iſaacum Leuitam*, Colon. MDLV. 8. Foliis quatuor vltimis adtexuit quaedam ſcriba de vario ſignificatu, vocis שם exponens diuerſas eius ſpecies, veluti quid שם הנרדף quid שם הנבדל quid שם הנגזר quid ſine numero alia.

LXXXV.

Codex octogeſimus quintus chartaceus eſt in quarto, foliorum CLXXIX. continens

I. מלות זרות של רב שמואל אבן תבון ז״ל *Vocum obſcuriorum a R. Samuele Aben Tibbon adhibitarum* expoſitionem. Maimonidis More ex Arabico in Latinum conuertiſſe Samuelem Tibbonidem, nemo eſt tam alienus a litteris Ebraicis qui ignoret. Ea vero in verſione quum vocabula quaedam minus nota vſurparit, conſultum ei videbatur, praeſentem adornare libellum, quo difficiliores voces, Philoſophicas maxime, ordine alphabetico interpretatur. Subiecta eſt *Maimonidae* epiſtola ad *Tibbonidem*, agens de translatione Doctoris perplexorum, ab hoc ſuſcepta, ab illo adprobata. Praefixa eſt dicta *interpretatio vocum difficiliorum* editioni τῦ Moreh tam Venetae quam Sabionetenſi.

II. אבן רשד id eſt *Auerrois* commentarios in Ariſtotelis octo libros השמע הטבעי Φυσικῆς ἀκροάσεως, in libros ההויה וההפסד περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, in libros השמים העולם περὶ οὐρανοῦ, in libros האותות העליונות μετεωρολογικῶν quatuor, in librum החוש והמוחש περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, in librum הזכירה וההזכרות περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, in librum השינה והיקיצה περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, in librum ארך החיים וקצורם περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, denique in libros הנפש περὶ ψυχῆς. Tria priora ſcripta *Auſcultationis Phyſicae, de generatione et corruptione*, atque de *coelo* ex Arabico Ebraica fecit החכם הגדול אדוני דודי ר׳ משה נ״ע בן החכם הגדול ר׳ שמואל בר יהודה זצ״ל בן תבן מימון ספרד *Sapiens ille magnus, dominus et patruus meus R. Moſes (cuius requies ſit hortus Eden) filius ſapientiae fama celebratiſſimi R. Samuelis, fil. R. Iuda ben Tacin Memun,*

Memun, Hispaniensis. Vir clarissimus, *I. C. VVolfius*, litteris ad me datis, vltima sic legenda arbitrabatur: בן תבון מרמון *filius Tibbon Granatensis.* Magnum, fateor, haec lectio, spirat ingenium, fuissetque a nobis recepta, nisi iterata vice, folio scilicet LVI. a. et LXVI. b. aliter scriptum inuenissemus; id quod bona fide testamur. Nec dubiramus tamen, quin vera sit viri amicissimi emendatio, inprimis quum inter MSS. codices orientales Bibliothecae Caesareae Vindobonensis, quam et nos olim lustrauisse gratulamur, num. 120. catalogi Nesseliani, ipsum *Auerrois compendium in libros Aristotelis de generatione et corruptione, et in parua naturalia, versum ex Arabica in Ebraeam linguam, a. R. Mosche Tabon siue Tibbon, B. R. Samuel, B. R. Iehudah*, reperiatur, nomen *Tibboni* satis aperte praeferens. Num reliqua huius codicis eundem habeant interpretem, diserte monitum nullibi prostat; id certum, omnia, quae volumen praesens complectitur, ab vnius scribae manu profecta esse, atque charactere peruetusto ac minutissimo consignata.

LXXXVI.

Codex octogesimus sextus membranaceus est in quarto, foliorum XXXIX. sistens

I. *Auerrois* commentarium in Porphyrii εἰσαγωγήν, siue libellum περὶ πέντε φωνῶν, de quinque Praedicabilibus. Titulum vis Ebraicum? Ellum! ביאור מה שכללו ספר פורפוריאוס בסבוא *Expositio in Porphyrii libellum εἰσαγωγῆς.* Hanc excipit

II. eiusdem *Auerrois* commentatio לספר המאמרות in Aristotelis κατηγορίας, s. Praedicamenta. Ex Arabica in Ebraeam linguam transiit liber vterque studio יעקב בר אבא מרי בר שמשון בר אנטוליו ז״ל *Iacob, filii R. Aba Mori, fil. R. Simson Antoli, p. m.* vti in nostro MS. vocatur, aeque vt cod. 125. Biblioth. Caesar. in catal. Nessel. Praefatio vtilitatem disciplinarum theoricarum extollit, vtpote quae eo conducant, vt argumentis e ratione sumtis redarguere possimus haereticos, eoque trahit magistrorum praeceptum הוי שוקד ללמוד תורה מה שתשיב אפיקורוס *Esto sedulus in discenda lege, quo respondere possis Epicureo.* Speculatiuam vero sapientiam, חכמות העיוניות praeparare animos ad rite intelligendos sacros pariter ac Talmudicos libros. Quod secum serio cogitasse fatetur, neque contemnendos forsan in hoc sapientiae Aristotelicae studio profectus fecisse, vsque adeo vt a doctoribus בעיר נרבונה Narbonensibus inuitatus fuerit, ad suscipiendam huius operis interpretationem, quae typis exscripta nondum est. Equidem, quid antecessores praecipiant (in Berach. fol. 28. b.) מנעו בניכם מן ההגיון *Prohibete filiis vestris Logices studium*, cognitum sibi esse perspectumque; illud autem mandatum nonnisi *filios* respicere, eo quod dictum non sit מנעו עצמכם *Abstinete vosmetipsos.* Iam vero pueros ad humanae studium sapientiae non admittendos, cum quod suauitas eius allicere nimium soleat adolescentes, mentesque eorum sic occupare, vt legis diuinae curam non raro seponant; tum quod, vbi prima aetas philosophicis disciplinis imbuenda est, carendum hoc pacto iuuenibus et legis diuinae et ipsius veri Dei cognitione diu satis esset; quod vtique improbum. Satis antiquum esse codicem nostrum, eleganter exaratum, ac possessores olim habuisse *Menzeros, Helmicum*, patrem meum, ac me denique ipsum, hinc in Bibliothecam hancce *VFFENBACHIANAM* migrauisse, vel tribus, quod aiunt, verbis, innuendum duximus.

LXXXVII.

Codex octogesimus septimus chartaceus est in quarto, foliorum LXXX. in quo continetur

I. Trium foliorum libellus, cui titulus ס׳ הרזים *liber Arcanorum*, siue mysteriorum, neque memoratus alicui, neque editus adhuc, neque etiam luce hac publica dignus. Tradit enim auctor anonymus quae tuto ignorare licet, Angelorum nomina, quibus cuiusuis mensis tutela est commissa. Primi, in ordine sacro, mensis Nisan patroni dicuntur, Vriel, Iakschiel (יקשיאל) Iariel, Schepatiah, Samaiel, alii, quos recensere longa esset mora.

Quibus omnibus commemoratis, sequentia adiiciuntur: בשם משמרת מלאכים הקדושים החזקים הזכר כל דבר בחדש ניסן והם יודיעוך חפצך באמת: *Inuocatis sanctissimis fortissimisque spiritibus, mensis Nisan custodiam gerentibus, desideria tua illis expone, indicaturis tibi, quidquid optaueris.* Eadem ratio est reliquorum mensium, quibus certi adsignantur Angeli custodes, tam multi tamque varii, ut iure mireris, potuisse tot nomina a Iudaeis fingi. Verum in nugis proferendis supra quam dici potest foecundum est ingenium Rabbinicum, in rebus alicuius momenti sane quam sterile. Quamuis vero, vndecim sequentium mensium angeli nominibus suis adscribantur; non tamen additur (quod in priore Nisan factum) ad quid ea conducant. Sed bene est, quod in fine libelli generalis omnium vsus in hanc sententiam conceptus legatur:

אלה הם המלאכים המושלים בכל שנה בכל חדש וחדש ומועדים בכל דבר לכל המטהר עצמו ושואל כהם ומזכיר המלאכים האלו בכל חדש וחדש כי לבד מאלה אין נעשה לו שום דבר בכל שנה ושנה להודיע מה יהיה ומה לא יהיה לגלות נסתרות ולדעת שאלות לדבר נפלאות במראות חזיונות בהרגשת החלומות לפרש העתידות וצפונות בטוהר מעשים וכושר רעיון (lege רעיון) וזכות סרעל והמלאכים הקדושים המשרתים איש בחדשו לעולם יודיעך כל מה שתבקש באמת כל אשר תחפוץ בנקיון ובטהרה וכל שתשאל בענוה ועל יוכח עליך לכך כשיודיעוך המלאכים בקשתך פן תענש על זה כי לא נתן רשות כי אם לישרי לב ואנשי המעשה החזק כמוסר ואל תרף:

Habes angelos auuis mensibusque praefectos, significaturos vniuersa et qui purum semetipsum reddit, illos interrogat, eorundemque nomina singulis mensibus percenset. Namque sine his nil per totum annum suscipitur. Hi tibi notum facient, quid futurum sit, quid non; hi absc ondita retegent, soluent quaestiones (sibi propositas;) *visionibus, adparitionibus, somnisque inuoluta, quidquid denique euenturum adhuc est, nunc vero occultum, enarrabunt. Idque fiet ob puritatem* (interrogantis) *operaque eius egregia, ob erecta animi sensa, meritumque Sarelis ac reliquorum sanctorum angelorum, muneribus suis per menses fungentium. Semper enim, mihi crede, ad quaesita respondebunt, modo pura, sancta placidaque mente eos interrogaueris. Neque ea te, rogo, cura vexet, fore vt, quando petitis tuis annuerint angeli, damnum aliquod eo nomine sentias. Data enim est facultas* (interrogandi angelos) *nonnisi erectae frontis, quorum bene facta sunt cognita, hominibus. Firmiter serua fundamentum hoc, nec vllo vnquam tempore ab eo desiste.* Conueniunt, quod ad argumentum attinet, folia haec cum codice LXXXIX. num. I.

II. Consimilis farinae libellus, quatuor foliorum, nomina et attributa diuina, ex diuersis sacri codicis oraculis arte Kabbalistica eliciens, cuiusmodi deliria hominum vanissimorum, spirituque vertiginis actorum, saepius antea dedimus. Citatur heic folio V. col. 2. ספר חקומת *Liber staturae* nondum editus, quem ס׳ הקבלה *librum Kabbalisticum* esse vere scripsit *R. Schabtai*, vt vel ex eo liquet, quod in nostro, eiusdem argumenti opusculo, ad illum prouocetur. Confer, quae de eo cl. *Wolfius* p. 702 f. dixit, qui nihil fere indictum reliquit.

III. Fragmentum expositionis mysticae de candelabro aureo Mosaico, incipiens folio VIII desinens XI. atque initio carens, scriptum manu משה בן מהר״ר יצחק זצ״ל איש אולמא *Mosis filii Isaaci*, Vlmensis, anno dieque quem haec docebunt verba: וסיימתי היום יו׳ ה׳ יז׳ לחדש טבת שנת רצ״ה חמשת אלפים לבריאת עולם שמונין פה בעיר בון היושבת על נהר ריין: *Absolui hodie, quinto die hebdomados, septimo supra decimum mensis Tebeth anno MMMMMCCXCV. a conditio mundo, prout numerare solemus in hac vrbe Bonna ad Rhenum sita*, id est, A. C. MDXXXV. Auctor (vt specimen habeas interpretationum eius) septem candelabri calamos de septem orbis

orbis climatibus (in tot enim diuidunt Iudaei terram, quam incolimus) quae totidem stellis errantibus, siue planetis, subiecta sunt, exponit. Calamum medium, ex quo terni ab vtroque latere calami prodeunt, Sabbatum indicare vult, templumque et thronum gloriae, vna cum arbore vitae in medio paradisi posita. Qua simul occasione septenarii numeri mysteria exponit, interque alia sex mille mundi annos, sex calamis denotatos scribit; vti septimo calamo millenarium septimum, quo erit שבת הגדול *Sabbatum magnum*, quo abolenda mors ac infernus, quo lux Israelitis orietur, lumine calami medii adumbrata; quo delendi populi omnes, solis exceptis Iudaeis, quippe qui יהיו דומים למלאכי השרת *erunt* ἰσάγγελοι (Luc. XXI. 36.) Tandem persuadere nobis conatur, eum qui candelabrum istud arcae, quae in Synagoga est (בארון הקדש בבית הכנסת) insculpere voluerit, rem facturum laudes vniuersas longissime supergredientem, toti etiam coetui hoc salutare futurum, omnes denique quotquot eam figuram aspexerint, gratiam non apud homines modo sed et Deum ipsum inuenturos. Confer quae de candelabro notata codice LXXXI. versus finem. Tres hi libri vna eademque manu paullo ante nominati *Mosis* scripti sunt.

IIII. Fol. XII - - XXXII. ס׳ הגורלות *liber fortium*, initio fineque carens, et passim praeterea lacunosus. Huius inscriptionis quatuor profert libros, sed nunquam editos, *R. Schabtaeus*. Quem tertium ordine esse voluit, ad hunc modum descripsit:

ס׳ גורלות אחיתופל הגלוני ומסודר במליצה לשמר החיות ועופות ואצל כל אחד תמצא איזה ענין וסיפור מעשה שיהיה כמעט מכוון למבוקשך:
Liber Sortium. Auctor est Achitophel Galonita. Disponitur libellus iuxta nomina quadrupedum auiumque, quorum cuilibet adiecta est enarratio eius quod paullo post futurum est, conuenienite nimirum (responsione libri istius diuinatorii) *cum interrogatione tua.* Hic sensus est, si quid video, verborum τῶν *Siphte ieschenim*, non vero is, quem nonnemo sic extulit: *in quo, ratione fabulari, varia animalia auiumque nomina ordine collocantur, singulisque historiola quaedam annectitur.* Quae interpretatio si quid secum trahit erroris, id omne viri perinsignis comprobata saepius eruditio exhausit. Nisi Achitophelis nomen praeferre deberet memoratus *Schabbataeo* liber, existimarem, eundem esse, qui *R. Saadiae Gaon* tributus, in Giessa nostra per Iudaeum iuuenem. יעקב הקטן ברודא *Iacobum paruum Broda*, anno CCCCLXXIIII. A. C. MDCCXIIII. 8. impressus, atque antea etiam, si titulo credendum, typis excusus est anno CCCCLXIII. id est A. C. MDCCIII. constans duabus tantum plagulis, sub animalium que et auium singulis nominibus responsa collocans duodecim, pro numero punctorum, ex praeceptis coniectationum Geomanticarum signandorum. Praesens hic noster et ab illo et aliis diuersus est; neque id mirum, quum eodem *Schabtaeo* fatente ישנם כמה ספרי הגורלות כל ברי אחד לפי חכמתו אבל לא בחנתי אותם: *plures dentur diuinatorii libri, superius a me recensitis non dissimiles, pro cuiusuis ingenii abundantia adornati, quos tamen inspicere mihi haud licuit.* Quaenam igitur eius, qui curam nunc exercet nostram, sit forma, quis tractandi modus, distincte, quantum per varias lacunas fieri poterit, docebimus. Primum Zodiaci signa proponit, certas sub se habentia quaestiones. Initium fit a Scorpione, sequentes exhibente quaestiones, quibus e regione ponuntur eiusdem signi coelestis פרצופים *personae*, hoc ordine:

פרצוף א׳ מעקרב
פרצוף ב׳ מעקרב
פרצוף ג׳ מעקרב
פרצוף ד׳ מעקרב
פרצוף ה׳ מעקרב

צדיק או רשע הוא
נאמן הוא או שקרן
יפה הוא או כוער
נכבד הוא או נבזה
קטון הוא או גדול

Persona prima Scorpionis.	*Iustusne est an impius?*
Persona secunda Scorpionis.	*Fidelis aut mendax?*
Persona tertia Scorpionis.	*Formosus vel deformis?*
Persona quarta Scorpionis.	*Honoratus vel contemtus?*
Persona quinta Scorpionis.	*Paruus vel magnus?*

Finitis quaestionibus, sequitur folio XII. et XIII. לוח הפרצופים *conspectus personarum* omnium, quas quoduis Zodiaci signum sub se positas habet. *Arietis* quinque sunt (quot etiam reliquis tribuuntur personis) Adam, Enoch, Noach, Abraham, Isaac. *Tauri* *πρόσωπα* sunt: Iacob, Ioseph, Aharon, Moses, Iosua. *Geminorum:* Othniel, Ehud, Schamgar, Barak, Gideon. Ita se res habet in subsequentibus, vbi omnia et iudicum populi Israelitici, et regum, et prophetarum nomina, LXX. numero, leguntur. Posthaec folio XIII. adusque XXVII. responsiones occurrunt ad quaesita, sic vt sub quolibet patriarcharum, ducum, regum, &c. duodecim posita reperiantur responsa, vel pro ratione punctorum tesseris siue talis impressorum, vel iuxta sortiendi modum alium, hic non praescriptum. Vt horum oraculorum specimen habeas, quae sub indice Schamgar exstant folio XV. responsa, recitabimus.

א האשת שאתה דורש ואוהב אינה עולת במזלך ליקח:
ב שלשה נשים תקח והראשונה טובה מכולם:
ג אני רואה שתאותך לישא אשה ואין מזלך טוב לישא מהרה:
ד אוהבך וריעך אין אוהבים לך ולא תגלה להם סודך:
ה הנער הזה מזלו טוב ויאריך ימים בשלוה ובהשקט:
ו החבורה והשיתפות אין טוב לך לא תרויח בהם:
ז השמועה והבשורה שקר היא לא תאמין בה:
ח שנה זו טובת בתבואה אבל לא במשא ובמתן הרבה:
ט תבואך של שנת זו טובה ומבורכת תן שבח לאל יתברך:
י קניין קרקעות ובהמות תצליח בראשונה אבל לא באחרונה:
יא תצליח בקנין וברכוש אעפ שלא תרויח בו הרבה:
יב הסחורה שתרצה לקנות לא תקנת כי לא תרויח בה:

I. *Quam habere studes, etiamque diligis, mulierem, non conducet si matrimonino tibi iunxeris.*

II. *Trium vxorum maritus eris; prior tamen superabit reliquas.*

III. *Video ardens desiderium tuum ducendi vxorem; quod vbi mox feceris, infaustum erit.*

IIII. *Amici tui te non amant; noli itaque arcanum illis reuelare.*

V. *Hic puer fauentem habet fortunam, ad canamque senectutem perueniet, rebus vndiquaque prosperis gaudens.*

VI. *Societas illa atque communitas vtilis tibi non erit; nil inde lucri referes.*

VII. *Mendax fama illa est; noli fidem adhibere.*

VIII. *Bonus erit annus quoad prouentus, non quoad commercia.*

IX. *Hic annus fertilis erit bonusque; lauda Deum. O. M.*

X. *Felix eris bonorum immobilium aeque ac animalium possessor initio; postea non item.*

XI. *Facultatibus quidem opibusque gaudebis, nec tamen illis lucraberis multum.*

XII. *Negotiatio, quam exercere instituas, absque lucro tuo abibit.*

Folio XXVII. vsque ad XXXII. alia responsa habemus, non ad certa hominum nomina, sub quibus contineantur, respicientia, sed continua numerorum serie ab I. adusque LXXXVII. procedentia, eiusdem scribae manu consignata. Quinam in hisce inquirendis obseruandus sit modus, quae ratio, pariter ignotum. Initium eorum hoc est.

א הדבר

א הדבר הזה שחשבת אתה מתיירא ממנו לפי מדה ששאלת היא עולה בידך לששון ולשמחה וגם בבירור יש לך בשאלת הזאת שמחה גדולה ודברים נאמנים עלו לך ושכר טוב יש לך בשאלה הזאת ושאלתך יתן לך כרצונך:

ב קץ וזמן טוב יבא עליך כדי לשמחך בשאלתך הזאת וצום והתפלל לפני ה̂ (ita nomen יהודה hic scribitur) אלהיך שהוא יוצרך ויתן לך תאות לבך ועתה רוגש יצרך שהיא קשה ואתה מקבל דבר רע מן הבריות ועתה על תעשה דבר רע לפי שהטובה גדולה תנתן לך מן השמים ובטח על השם בכל לבבך:

I. *Res quam tibi metuendam putabas, pro ratione quaesiti tui recreabit te atque exhilarabit. Manifesto enim, quae nunc interrogas, in gaudium cedent maximum solidumque, nec non in utilitatem insignem. Dabitur tibi, quidquid volueris.*

II. *Terminus tibi eueniet bonus tempusque exoptatum, quo impletum laetabundus videbis petitum tuum. Ieiuna, Deum inuoca, creatorem tuum, qui desideria cordis tui concedet. Nunc autem aestuat et peruersa est mens tua, ac proinde damnum tibi inferent creaturae. Noli praue agere, quum magna tibi parauerit bona Deus, cui toto pectore fidere debes.*

Vltimum responsum, ordine LXXXVI. ita sese habet:

שלש שאלות יש לך בלבבך ואתה אומר אין לי מזל טוב ואינו כן אלא יש לך מזל טוב ועד עתה לא בא קיצו לבא עליך ואני רואה סכה הרבה עד מאוד שעתיד לבא עליך:

Tres quaestiones intra praecordia conclusas habes, infelicemque per omnia te censes, quum contrarium sit verissimum. Vere enim beatus es, quantumuis ad fortunae tuae apicem nondum perueneris. Video tamen calamitatem magnam tibi imminentem.

V. מדרש אלה אזכרה *Commentarius in orationem* quae incipit *Horum memor ero*, exstatque inter preces in מנחה של יום כיפור recitandas, constans foliis octo, a fol. XXXIII --- XL. Tota expositio huc redit. Fuisse olim Romanorum quendam imperatorem, nomine קרס qui legem diuinam a sapientibus Iudaeorum didicerit. Eum, quum facto a primo Mosis libro initio, ad locum Deuter. XXIIII. 7. plagium humanum sub capitis poena vetantem, peruenisset, decem Iudaicae gentis doctores, fama et doctrina celeberrimos, nominatim paullo post exprimendos, aduocauisse, venditi a maioribus ipsorum Iosephi caussam, poenamque plagiariis istis inflictam, indagaturum. Nullo in sceleris istius auctores supplicio animaduersum fuisse, Iudaeis regerentibus, imperatorem dixisse: Itaque a vobis, veluti posteris, illud sumam. Quo audito, R. Ismael, pontifex maximus, et ex pontifice M. natus, in coelum abiit, quo כשאר הרוח deduxit eum Spiritus (ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Matth. IIII. 1.) et ad Gabrielem conuersus, ex eo sciscitatus est, num irreuocabile sit imperatoris mandatum, ab ipsoque numine comprobatum? Adfirmabat vtrumque angelus, Rabbinusque relicta רקיע הששי sphaera coelesti sexta (in hanc enim subductus fuerat) ad sodales se contulit, quibus feralem sententiam retulit. Praeparant sese ad mortem omnes, quin et lis inter eos oritur, quisnam primo loco fatum occupare deberet. R. Simeon ben Gamaliel, princeps populi Iudaici et principis filius (אני נשיא בן נשיא verba eius sonant,) id est, Gamaliel secundus, a Dauide prosapiam ducens, mortem primus oppetere conatur, cui R. Ismael se opponit, pontifex M. ex Aharonis posteritate oriundus. Sorti negotium committitur, sic iubente imperatore, duciturque ad mortem primus *R. Simeon ben Gamaliel*, cuius caput ense resecatur. Post eum *R. Ismael*, P. M. tum *R. Akiba ben Ioseph*, dein *R. Chanania ben Tardeion*, qui vna cum libro legis, corpori eius per carnificem alligato, comburitur. Eum excepit *R. Iuda ben Baba*, cuius corpus minutatim concisum pro esca fuit canibus. Sextus ordine fuit *R. Iuda ben Dama*, qui capitis sui capillis caudae equinae iunctus, per totamque Romam tractus, vitam miseram clausit.

Quo cruciatu summo quum periisset, fatum mortis adiit *R. Chuzpath Hammeturgeman* siue interpres, aetatis anno CXXX. lapidibus obrutus, atque tum e patibulo suspensus, amicorum tamen deprecationibus inde sumtus, nec sine lacrimis spectatorum sepultus. Hoc neci dato, de *R. Channina ben Chachinai* XCV. annos tum nato, sumtum est supplicium, nec non a *R. Ieschebab* scriba, nonagenario, quem combustum Iudaica gens luxit. Vltimus *R. Elieser ben Schammua*, vir centum ac quinquaginta annorum, acerbissima morte est affectus. Hi sunt decem populi Iudaici martyres, vulgo עשרה הרוגי מלכות *decem occisi a regno*, Romanorum scilicet, dicti, de quibus referti sunt libri omnes. Nusquam vero, quod sciam, tam copiose fata eorum percensentur vltima, atque in nostro codice factum est, vbi, praeter modo enarrata, et elogia eorum adspersa, leguntur etiam miracula, quae tunc acciderunt, quum ad poenas raperentur. Quod vno tempore trucidati et in MS hocce et alibi dicantur, *R. Dauidi Ganzio* in Chronici millenar. quarto, an. 828. non placet, qui omnino conciliendus. Nostrum enim haud est tantas componere lites. Per imperatorem Rom. קלס supra memoratum, recte forsan intelligimus Titum, eo quod *R. Simeonem*, *R. Ismaelem* atque *R. Chananiam* tempore excidii Hierosolymitani vitam cum morte commutauisse, constans sit magistrorum traditio. Quam turpiter vero imperatoria nomina corrumpantur, testis est Talmud, Rabboth, Seder Olam, et quidquid est librorum Rabbinicorum. *Gaulminus* in limine fecundi notarum libri ad vitam mortemque Mosis, dum aut eundem librum MS. aut ei simillimum, titulo הרוגי מלכות instructum, citat, Iulianum Caesarem intelligit; de quo ei controuersiam non mouebimus, quum omnes a Iudaeis historias misere confusas probe sciamus. Nondum relinquimus *Medrasch* nostrum, notanda quippe veniunt exinde nonnulla. Folio XXXIII. b. et XXXV. a. מלכות הרשעה et אדום הרשעה *regnum impium*, item, *Edom impius*, audit monarchia Romana. Angelus Gabriel inter quamplurima alia, et haec ad R. Ismaelem, in sextam, vt antea monuimus, coeli sphaeram euectum, dixisse fertur folio 33. b. אשריכם בני אברהם יצחק ויעקב שגילה הקב״ה לכם מה שלא גילה למלאכי השרת: *Beati vos, filii Abrahami; Isaaci, Iacobi, quibus ea reuelauit Deus O. M. quae ne Angelis quidem, ministris suis, aperuit.* Quae componenda sunt cum Matth. XIII: 17. et 1. Petr. I. 12. Folio XXXV. a. altare in coelo. סמוך לכסא הכבוד *prope solium gloriae* esse dicitur. R. Ismael ex Gabriele quaesiuit Cassianum illud: Cui bono? responsum datum est: Michaelem angelum, principem illum magnum, offerre in ea ara נפשות של צדיקים בכל יום *animas iustorum quotidie.* Folio XXXVII. b. imperator Rom. a R. Iuda fil. Baba רשע בן רשע *impius ex impio genitus* nominatur; quo conuicio nullum datur grauius. Prout enim supra R. Samuel כ״ג בן כ״ג pontifex M. pontificis M. filius, et R. Simeon ben Gamaliel נשיא בן נשיא princeps, filius principis, prout נביא בן נביא Propheta, filius Vatis, apud Iudaeos, prout ἀγαθοὶ ἐξ ἀγαθῶν apud Graecos, commendationis maximae loco vsurpantur; sic *malus ex malis* omnium mortalium profligatissimo ac perditissimo tribuitur. Notanda denique R. Iudae ben Dama ad imperatorem Rom. adlocutio, ex folio XXXVIII. a. אין שוטים בעולם כמו אתם כופר באלוה חיים ואוי לך אוי לבושתך ואוי לחרפתך כשתראה אותנו עבדי השם באור החיים ואתה תשיב בשאול תחתיות במדרגה התחתונה : *Non dantur stultitia vobis pares, qui negent Deum verum. Vae tibi! Heu quanto pudore afficieris atque dedecore, quum nos, seruos Dei, ad lucem aeternam abire conspexeris, te vero in extrema inferni loca detrusum.*

VI. Absoluto Medrasch, folio XL. b. historiola sequitur de duobus procis; pauca item de quibusdam eleemosynarum speciebus, quae excipiunt continuo miscellanea varia, quibus titulum דרך ארץ *Via terrae*, collector praefixit. Diuersus autem liber est ab eo, qui hoc nomine in Talmud illatus

tus est, ac deinceps variis formis seorsim editus. Etenim in MS. nostro exponit primum auctor locum Prouerb. XXX. 15. לעלוקה שתי בנות הב הב *Erucae duae sunt filiae, da, da*, vbi de tartaro, eius nominibus, tergemina porta, igne, septem mille habitaculis (שבעת אלפים בתים) disserit, atque de variis poenarum modis in eo sustinendis; dum quidam e linguis suis, alii de oculis vel auribus suspenduntur, reliquos vermiculi vexabunt, alii qui ex igne in niuem, iterumque ex niue in ignem, deuoluentur, ceterorum vero dentes confringentur. Tum commentarium instituit in Iobi V. 9. per *mirabilia, quae inuestigare nullus queat*, foetum in vtero formatum, esse intelligendum, monstraturus. Qua occasione totam illam formationis materiam edisserit, illis plane verbis, quibus ex duobus MSS. iam proposuit *VVagenseilius* ad Sota pag. 71 -- 79. conueniunt enim sic eum Wagenseilianis nostra, vt aqua e aqua magis esse similis non possit. Haec a folio XLII --- XLV. Hinc sapientiae laus, et supplicia, quae impii et in hac et altera vita experientur, status denique morientium, oratorio prorsus modo, depinguntur, a folio XLV. adusque XLIX. Vt de posterioribus pauca delibemus; homo, quando Angelum huic negotio praefectum, mortisque horam indicantem, conspicit, exsecratur, si male vixit, membra sua omnia; pedes, quod vias Dei non calcauerint; manus, quod iniqua perfecerint; intestina, quod ad rapinas incaluerint; oculos, quod alienis inhiarint opibus; et sic in reliquis. Vt magnitudo peccati innotescat singulis, grauiter illud descriptum est ab auctore, statuente, idem illud homini esse, quod est ignis stipulae, gladius collo, pedibus vincula, tenebrae oculis, reliqua. Additur, pro ratione delictorum, variis humani corporis partibus commissorum, infligendas esse poenas, ex iure talionis. Vitia quo facilius abomineris, cogita, post mortem abeuntem ex luce ad tenebras, ex iucundo somno ad longissimum, ex cupediis ad terrae puluerem; nil valentibus diuitiis, fortitudine, corporis forma, honore, aliis: quum moriendum sit ex aequo omnibus. Piorum praemia post vitam haec sunt; visio diuinae maiestatis siue Schechinae, gaudium cordis, et nunquam intermoritura felicitas. Ad descriptionem conditionis eorum qui in vitae limine positi sunt, haec quoque pertinent ex folio XLVII. Ad morti vicinum in eiusque πρόθυσις collocatum, Angelus accedit mortis, ridicule hic depictus, aeque vt in aliis Iudaeorum libris. Is ad hominem, surge, inquit, vitae tuae terminus accessit. Actutum alius angelus הסופר scriba, moribundi annos computat diesque, atque hoc peracto, efficit vt mortis candidatus Angelum intueri mortis queat, quippe quem nemo quisquam, nisi cui vitalia lumina linquenda, contemplari potest. Angelus interea mortis res suas strenue agit, catenaque, cuius pars ferrea, pars ignea est, membra confringit decumbentis. Praesto sunt etiam Angeli השרת inseruientes, in peccata hominis, lingua, pedibus, labiis, manibus, et reliquis patrata membris, accurate inquirentes. Vbi animam amisit Iudaeus, *iudicium* subit *sepulcri* דין הקבר quod alias חיבוט הקבר *percussio monimenti* audit, et nonnisi octauo demum post vltima fata die finitur, cuius acerbitatem sentire coguntur omnes, ne sugentibus quidem et lactentibus, aut צדיקים גמורים *perfecte iustis*, exceptis; quum e contrario דין של גהינם *iudicium gehennae* illi duntaxat experiantur, qui aetatis annum XIII. attigerunt, aut supergressi etiam sunt, hoc est, qui ad pubertatem, ex regulis Iudaicis aestimandam, peruenerunt. Duobus hisce iudiciis tertium additur folio XLVIII. b. דין שמים *iudicium coeli*, siue *Dei*, a solo numine, nullis adhibitis angelis, per tres continuos dies instituendum.

Folio XLIX. ac sequentibus, dicta sapientium varia, ad mores cumprimis spectantia, leguntur, magnum acumen, ex Iudaeorum certe opinione, habentia, quae inter vnum tamen est alterumue diuersi argumenti; quale hoc folio LI. a. quod solius Messiae caussa cum cura adseruandum: חשעה נכנסו בחייהן בגן עדן ואלו הן חנוך אליה

אליה משיח אליעזר עבד אברהם עבד מלך הכושי חירם מלך צור יעבץ בן בנו של ר׳ יודא הנשיא סרח בת אשר בת פרעה ויש אומרים אף ר׳ יושע בן לוי: *Nouem ingressi sunt hortum Eden viuentes, nulla intercedente morte. Noachus, Elias, Messias, Eliefer seruus Abrahami, minister regis Aethiopum, Hiramus Tyri rex, Iaboz nepos R. Iudae principis, Serach filia Ascheris, filia denique Pharaonis; quibus nonnulli adiiciunt R. Iosch a filium Leui.* Folio LIII. Prophetae numerantur, quotquot ante et post datam legem floruerunt. Ibidem legas, embryonem quinque parenti accepta ferre, neruos, ossa, cerebrum, vngues, et album quod in oculis; totidem quoque matri; cutem puta, carnes, sanguinem, capillos, atque nigrum quod in oculis. Quae supplementi loco accedere possunt ad supra tactam fetus formationem. Consuetudinis, qua funus comitantes, terram siue puluerem vna cum gramine post terga proiiciunt, ratio ea datur; quod resurrectionis symbolum praebeat *gramen*; mortuumque olim germinis instar proditurum, ac flores emissurum, declaret, iuxta Psal. LXXII. 16. *puluis* vero vel hominem designet ex terra sumtum, in puluere mque conuertendum, Genes. III. 19. vel ad amicorum Iobi factum, de quo cap. II. 12. respiciat. Folio LIIII. hoc prae aliis haberе dicuntur Israelitae, quod membris omnibus, praeceptorum diuinorum sese custodes commonstrent; capite, incuruando; manibus, scribendo sacram legem; phylacteria et Mesusam; ore ac lingua, celebrando Deum; membro genitali, circumcidendo illud; qua occasione de conuiuio in circumcisionis negotio, et de actus huius, suprema Dei voluntate instituti, praestantia, commodum quaedam adsperguntur. Hinc vsque ad folium LVII. alia mixti generis adponuntur, explicationes etiam paucae in quosdam textus Biblicos more Rabbinico, id est, nugacissimo, interpretatos: quae tuto ignorare omnia, lector, poteris. Id vero scias velim, recensita hactenus ex num. V. et VI. vnum in MS. constituere libellum, vna etiam manu, sed incerta, exaratum.

VII. Folio LVII. vsque ad LXII. b. designatio habetur Paraschanum et Haphtaroth quolibet festo die legendarum, dilucide monstrans, vbi sacerdos, vbi Leuita incipere, et quousque praelegendo plebeius pergere debeat, additis caerimoniis tunc obseruari solitis. Omnia ad Synagogae Moguntinensis tenorem, cuius proinde sacros ritus fusius descriptos adposuit auctor. Folio LXII. b. vsque ad LXV. ab eodem subiuncta sunt ליקוטים *collectanea* quaedam in aliquot diuini codicis locorum interpretatione, plerumque Kabbalistica, et quaestionibus nonnullis magisterialibus, occupata.

VIII. Folio LXV. vsque ad LXXV. videas הלכות בדיקות leges in mactandorum animalium exploratione obseruandas: quas quum pro diuersitate locorum differre inuicem animaduertisset auctor ignotus; hinc sibi natam scribit occasionem, iura ac consuetudines vicinatum Synagogarum (Moguntinensem et Coloniensem vbiuis nominat, videturque proinde Iudaeus fuisse Francofurtanus) praesenti libello docendi, cui titulum imposuit שערי ציון *Portae Zionis*, hac adpellationis reddita ratione, יען אשר נחלק לשמנה שערים כמנין אותיותיה *quod diuisus sit in octo portas, quot litterae sunt vocum* שערי ציון Nondum est impressus.

IX. Folio LXXV. b. vsque ad LXXVIII. exstat ס׳ חיי עולם *liber vitarum saeculi*, eiusdem argumenti cum eo, quem considerauimus supra cod. L. num 2. vbi vide.

X. Folio LXXVIII. vsque ad finem voluminis inuenio שלש עשרה מידות שיסוד הר״ר שלמה גבריאל זצ״ל *tredecim virtutes, a R. Salomone Gabriele commendatas.* Videri posset male exscriptum auctoris nomen, ac *Gabrielis* loco reponendum גבירול vt *R. Salomo ben Gauirol* denotetur, cuius opuscula varia non possunt esse incognita, e quorum numero est תקון מדות הנפש *correctio morum animae*, non absimile, si materiem consideres, huic nostro. Verum, quod multo honore ita sentientium dictum sit, confutatur ea suspicio planissime a MS. in quo et vocula בן prorsus desideratur,

ſideratur, et גבריאל tam diſerte exprimitur, vt clarius haud potuiſſet, et alius omnino tractandi modus obſeruatur. Habes enim XIII. hic virtutes palmarias, ſequenti ordine collocatas. I. השתיקה *Taciturnitas.* II. הענוה *Manſuetudo*, oppoſita tam ſuperbiae, quam cupiditati aliena inuadendi bona. III. הסכל *Prudentia.* IIII. השפלות *Modeſtia* animi, nec efferentis ſeſe, nec alta ſpirantis. V. האמת *Studium dicendi vera.* VI. האמונה *certitudo*; quae נאמן רוח animum conſtantem efficit, qui nec loco moueri poteſt, nec arcana retegit aliorum, nec fraudulenter agit. VII. השמחה *Gadium* et mentis ſerenitas. VIII. התשובה *Poenitentia* ob admiſſa ſcelera. IX. הביטחון *Fiducia* in Deum. X. הפרישות *ſeparatio* a rebus foedis, ciborum deliciis, ſomno diurno, cogitationibus prauis, ſaeculi vanitatibus, ab aſpectu audituque eorum, quae aut videre fas non eſt, aut audire, quandoquidem omnia יכון לשם שמים dirigenda ſunt ad honorem Dei; quod eſt Paullinum monitum I. Corinth. X. 31. XI. הזהירות *Alacritas* ad morem gerendum diuinis praeceptis. XII. חסידות *Pietas*; conſiſtens potiſſimum in גמילות חסדים beneficentia erga quoſuis; et ſubleuanda pauperum egeſtate. XIII. הזהירות *Admonitio*, qua quilibet ſemetipſum commoneſacit, ויחשוב בליבו ארצה לדקדק במעשי מה מוטל עלי לעשות atque ſic ſecum cogitat: Studioſe exſequar, quidquid faciendum mihi incumbit. Haec eſt Rabbini iſtius philoſophia morum. Tres poſteriores libellos, num. ſcilicet VIII. IX. et X. recenſitos, debemus manui *R. Samuelis bar Chaiim* ארויץ *Oruiz*, quae illos XXVI. die menſis שבט Schebeth, anni שי״ז CCCXVI. ſiue MDLVI. deſcribendo abſoluit.

LXXXVIII.

Codex octogeſimus octauus chartaceus eſt in quarto, foliorum ſcriptorum CIII. continens quaeſtiones miſcellaneas octoginta ſeptem, quas praemiſſus operi index monſtrat. Collectae ſunt ex aliorum ſcitis, vt R. Moſis Galante, R. Moſis Lublinatis, potiſſimum vero ex רש״ק vel vt plenius in quaeſtionis XXXI. indice exprimitur, ר״ש קיידנוור *R. Samuelis Kaidenvver*, a cuius proinde nomine titulum accepit liber integer שאלות ותשובות מהרש״ק *Quaeſtiones atque reſponſiones R. Samuelis Kaidenvver*; ita enim hic conſtanter adpellatur, nunquam praefixo *Aharonis* nomine, quod editi praeferunt libri; ita pronuntiantes, *Kaidenvver* ſcilicet, audiui Iudaeos. Prima quaeſtio expendit, quae in tractatu ביצה fol. 6. col. 2. leguntur: אמר רב ביצה אם יציאתה נגמרה *Rabh ait: Si id quod ex ouo prodire ſolet, ad perfectionem venerit*, de ſenſuque horum verborum ſollicita eſt. Vltima haec eſt: בצל שחתכו אותו בסכין של בשר ונתנו אותו לתבשיל של חלב מהגאון מה״רם מלובלין *Cepa cultro, quo ad carnes ſecandas vtimur, diſſecta, ac in decoctum conjecta lacteum, ad quid ahibenda, ſecundum ſententiam excellentiſſimi doctoris R. Moſis Lublinatis?* Accedit folio CII. ſupernumeraria quaeſtio; ad praeſentem codicem nil faciens, ſed ab alio aſſuta, cuius hoc initium: בקהלה אשר אנכי בתוכם יש פרנסים מכונים בשם חבר וא׳ מהם אינו מכונה בשם חבר וגם יש בתוך הקהלה בב׳ יחידים אשר מכונים בשם חבר ויש מהם אינם מכונים בשם חבר רק אביהם הוא דיין מדינה וגו׳ *In illo coetu, cui et ego nomen addixi, praefecti ſunt Synagogae, qui titulo* Socii *in Rabbinatus dignitate ſalutantur, vno tantum excepto* (Archiſynagogo ſcilicet.) *Sunt in eodem conuentu quidam alii, eodem* Collegae *titulo gaudentes, ex quorum ipſorum numero eximendi nonnulli ſunt, quorum patres iudices fuerunt prouinciales.* Folio CIII. ſiue vltimo praefatio legitur quam *R. Aaron fil. Moſis* libro מטה אהרן praemiſit, quem integrum ſine dubio reliquis ſubſequentibus foliis puris inſcribere decreuerat quiſquis hunc exarauit codicem; qui paullo ante A. C. 1678. ſcriptus fuerit, neceſſe eſt, cum quia illo anno tractatus modo dictus, *Virga Aaronis*, primum prodiit Traiecti ad Moenum; tum quia ſequente anno noſtrum *R. Samuelem Kaidenvver* mors occupauit; quia denique praeſenti operi Kaidenvveri inſerta ſunt duo folia, quintum ac ſextum, ad codicem nil pertinentia; poſt indicem *Quaeſtionum* collocata, debiti tabulas referentia, in queis annus תל״ב 432. id eſt, MDCLXXII. memoratur.

Ceterum *Quaesita et responsa Keidenueriana* nemo adhuc typis commisit.

LXXXIX.

Codex octogesimus nonus chartaceus est in quarto, foliorum XIII. cui sequentia insunt

I. Catalogus nominum Angelicorum omnium, numero CXV. iuxta ordinem litterarum alphabeti dispositorum, cum rerum indicio, quibus sanctorum spirituum quilibet est praefectus. Quando negotium aliquod suscipere volueris, huc recurras oportet, angelum noscas operis illius curam gerentem, eius nomen certis seribas caerimoniis, tunc solennium formularum aliqua adiures, quarum nonnullae heic subiunctae sunt, secundum numerum dierum hebdomadalium collocatae. Similis memoratus nobis fuit libellus codice LXXXVII. num. 1. a quo in eo differt noster, quod mutauerit ordinem, et longiorem ineptiarum *κοινωνίαν* instituerit.

II. Carmen in memoriam festorum dierum Purim, cum additis in margine scholiis, confectum ad artis regulas ab incerto; a folio VIII. vsque ad XII.

III. Particula commentarii in Psalmum CXIX. ab eius initio ad vsque comma 94. Auctor, qui nomen reticuit, litteralem amat expositionem, nec singularia habet, quae proferri ex eo mereantur. Iunctus huic interpretationi a latere est perbreuis in dictam hymni partem commentatio, quae sub nomine קב ונקי satis nota est, *R. Salomonis ben Abraham* fetus. Scripti tres libelli manu paullo recentiore, et charactere currente, praeter carmen in Purim, quadraris exaratum litteris, quod, quia et inter elegantissima poemata Iudaeorum referri debet, et ante hanc diem nemini fere Christianorum visum est lectumque, subiiciemus hoc loco integrum, secuturi in obscurioribus enarratoris, quem textui additum diximus, interpretamenta. Constat in vniuersum XIIII. strophis, et harum quaelibet quatuor versibus, tam in fine quam medio eosdem seruantibus terminationum sonos. Est et illud notandum, quod a strophe secunda vsque ad septimam priores litterae ordinem alphabeti referant. In reliquis id non obseruatur.

אל יעזר ללא עוזר ומושיע
כר נפלי לנו תגלה ותופיע
מהר רחם ותתנחם על הרעה
יהודה ובנימין קרב בימין כי לך הישועה

Deus iuuabit auxilio destitutum (Israëlem) *saluatoremque nobis bar Niphli* (id est Messiam, quem sic in Gemara vocari notae docent. Locus est in *Sanhedr.* fol. 96. col. 2. in fine) *cum splendore aduenientem dabit. Cito miserere; poeniteat te mali in quo Iuda et Beniamin versantur; accede ad dextram nostram, quoniam penes te solum salus est.*

אחי ורבותי שמעו שדותי לתמוך עני ורש
בניסים שעשה בימי מור והדסה וכימי אחשורש
גדל מעצמו בכחו ועצומו והמלוכה לא ירש
דעדו נבערה בבנין בית הבחירה עד מלך כורש

Fratres dominique mei audite cantica mea (in honorem eius concepta) *qui sustentauit pauperem atque egenum per miracula in diebus myrrhae et myrti* (hoc est Mordechai et Estherae, vt ex Medrasch Megillah ad Esth. II. 5. liquet) *atque Achschuerosch, qui per se solus* (nullo adiuuante alio) *maximus fuit rex, robore potentiaque propria, neque hereditarium occupauit regnum* (sed vi acquisitum.) *obbrutuit* (נבערה enim hic exponendum ex mente Psalmi XCII. 7. איש בער vir stupidus vel brutus) *eius decretum de aedificando templo* (aiunt quippe Iudaei, Ahasuerum sub initia imperii sui aedem restaurare sanctissimam decreuisse, dilatum vero istud fuisse negotium) *vsque dum regno potiretur Cyrus* (Ahasueri illius filius, vt notae marginales monent.)

האוכלים

חאוכלים למעדנים ומשתחוים לפנים וחייבים כליה
ואין בו משא פנים כי לא עשו אלא לפנים בכריעה ובהשתחויה
זכות אבות עלה לארובות פני כס יה
חותם שבר וטיט העביר כדברי אליה

Comedentes vos estis (o Iudaei) *de* (gentium) *deliciis, adorantesque illarum* (idola) *eoque delendi estis* (a rege extraneo. ... Haec est obiectio quorundam. Veruntamen Deus, qui corda scrutatur omnium, ac probe nouit cuiusque arcana, non ideo funditus exscindet Iudaeos; nec tamen dici poterit) *eum propterea personarum habere rationem, quandoquidem nonnisi in speciem* (gentilibus se se accommodarunt pii Iudaei) *atque se incuruarunt* (coram statua Nabuchodonosoris, id est, Ahasueri regis, iuxta glossatorem.) *Patrum merita in ipsas* (coeli) *fenestras penetrarunt, ad* Exod. XVII. 16. *soliumque Dei, qui sigillum* (quo Iudaeorum clades consignata erat) *fregit, lutumque abstulit, secundum verba Eliae.* (Scilicet in *Megillah* dixisse fertur Elias, decretum de perdendis Iudaeis non sanguine, sed coeno, obsignatum esse, adeoque facile aboleri posse.)

טרסיים בגדו ובמלך מרדו בגתן ותרש
יהודי גלה למלכה הסגולה והגידה לאחשורש
כהקדים למכה הרפואה הצמיח ישועה מהמן ורש
לעקור גפנים נטעי נאמנים מן השורש

Thraces (Bigdan scilicet ac Theresch, statim nominandi, שהיו מדברי׳ בלשן טרסיי Thracica lingua vtentes, dicente Scholiasta) *perfide egerunt, contraque regi datam fidem, Bigdan atque Theresch: at Iudaeus*, (Mardochai, qui Esth. II. 5. vir Iudaeus vocatur) *reuelauit arcanum eorum consilium reginae* (Estherae) *et haec regi Ahasuero. Prout medela vulneri* (nonnunquam a Deo) *praemittitur* (ita tunc etiam, ministrorum perfidiam detegendo) *oriri salutem* (Iudaeis iussit, ne ruinam experirentur) *ab Hamane ac Serescha paratam, euellere* (conantibus) *vites*, Ies. XVII. 10. *plantas iucundas* (legendum enim נעמנים non cum א vt male scriptum est in codice) *radicitus.*

מלך איום משגיא לגוים ויאבדם
נצר זדון סרה מדון צורר היהודים
סידר גורלות לחדשים ולשבתות ולמועדים
שנו רעה במועדתו בחדש מיתת רבינו ביקש להשמידם

(Quemadmodum) *rex terribilis* (id est Deus, qui sic adpellatur Habak. I. 7.) *extollit populos iterumque perdit:* (ita Nebucadnezar, siue Ahasuerus, Hamanem) *qui vere fuit surculus superbiae, contentionum auctor, hostisque Iudaeorum* (et euexit ad summum honoris culmen, et ex eo deturbauit. Hic est ille Haman, qui) *sortibus institutis, per menses ac hebdomadas omnes diesque festos* (iuit, indagaturus mensem solennitate sacra publica carentem, quo facinus animo conceptum exsequi decreuerat, qualem quum inuenire primum nequiuisset) *successit festo dies* (Israelitarum. Tandem coniecit oculos) *in mensem* (Adar) *quo mortuus est dominus noster* (Moses, eundemque Iudaicae gentis) *internecioni destinauit.*

פיו לרע פער ולב המלך הבעיר לבעל חבור וגדר נמשלו
צרור הכסף נתן וקבלם בפתן ולא בכסף תגאלו
קרא אליה לאבות שלישית עמדו והתפללו
רועה נאמן לצדיק נכמן יגין על הדור כלו

Os suum ad mala aperuit (Haman) *regisque animum accendit* (contra Israelitas. Ambo, rex nimirum et Haman) *similes fuere* (duobus) *dominis* (quorum vnus) *puteum* (possidet, alter) *tumulum*, (prioris puteo ad atrium vicini posito,

posito, in quo tumulus comparet. Accidit, vt putei domino tumulum pro parata pecunia petenfe, dono plane illum obtinuerit; ad eundem modum Haman, decem licet mille talenta) *argenti fasciculis colligata obtulerit* (quibus Iudaeos emeret, tamen) *gratis eos accepit* (dono datos ab Ahasuero. Quamobrem, quoniam absque pretio venditi sunt) *etiam sine aere redimentur. Conuocauit Elias Patriarcharum triada, qui stantes orabant* (pro gentis salute. Aduocauit quoque) *pastorem fidelem*, (id est Mosen, vtpote cui) *iusto repofita erat* (haec adorea) *protegendi totum populum* (precibus suis.)

שמעה המלכה לבית המלך הלכה על יי השליכה יהובתה
החלתה באונס וכופה מרצונה נכנס וישיתיה כתרה
אמרה לזמן. המלך והמן לאכול בסעודתה
לדעת כל התנאים ואמורים היה כוונתה

Regina (Esther) *quum* (Hamanis consilia pessima) *percepisset, in regiam abiit, coniecta in Deum omni sua cura. Et quamuis vt primum* (introducta in gynaeceum fuerit) *postea tamen sponte* (non vocata, vt moris erat, a rege) *accessit.* (Nec obstante, quod rex) *excidium minatus fuerat, rogabat eum* (vbi paullo clementiorem vidisset) *velis vna cum Hamane ad conuiuium, quod paratum, venire; illudque* (reginae) *propositum omnium doctorum Talmudicorum calculum commeruit.*

יושב בשער והמן מצער על בלי כורע לו
עץ עשה ובעצמו ניסה ועלה בגורלו
זעקת קטנים עלה למעונים וקמיצת בלילו
ראו שוה איסר הכריע עשר אלפים משקלו

Ad portam sedebat (Mordechai) *dolorem creans Hamani, eo quod genua ille nunquam in huius honorem flexerit. Quare lignum erigi* (Haman) *curauit, ac in semetipso experimentum fecit* (num suspendendo Mordechai aptum esset patibulum. Neque vanum fuit hoc exercitium, quum vere deinceps ex eadem infelici arbore constantissimus Iudaeorum hostis pependerit) *adeoque sors* (quam instituerat) *ipso comprobata fuerit euentu.* (Factum hoc est propter) *clamorem paruulorum* (in Israelitico populo) adscendentem ad habitacula (diuina; factum quoque propter) *manipulum* (Paschalem, cuius iura) *eadem nocte* (Mordechai vna cum sapientiae studiosis considerabat; qui manipulus quamquam pretio) *assarium aequauerit* (tamen Haman, quo in Iudaeos pecunia sua, vt diximus, emendos, quidquid vellet statuere posset) *decem mille* (argenti talenta) *appendere voluit.*

בליל קצירת עומר נדדה שנת השומר הנה לא ינום ולא יישן
נעקת נערים עלה למרום. זכות מרדכי בלשן
לבוש הבתים כותב ושמשי מוחק הכתב ומה יתרון לבעל הלשון
אוי לאנספר שנעשה בלן וספר בעיר שושן

Nocte qua demetebatur manipulus (Paschalis) *fugit somnus a custode* (Israelis, Deo) *qui nec* Psal. CXXI. 3. *dormitat nec dormit; gemitus puerorum ascendit ad Altissimum, vna cum merito Mordechaii* (insidias regi structas) *explorantis. Qui lineis vestibus est indutus* (angelus is est Gabriel, quem Ezechiel atque Daniel sic vocant saepius) *inscripserat* (Bigdanis ac Thereschi coniurationem tabulis memorialibus Ahasueri) *at Schimschai* (Hamanis filius, regisque scriba, de quo Esdrae IIII. 8. iuxta Scholiastam. Proh! quanta historiarum confusio) *quod scriptum erat, deleuit. Num vero profuit hoc calumniatori illi?* (Schimschai adhuc intelligendus. Minime profuit. Gabriel enim memoriarum libro denuo inscripsit, quae litura fuerant exstincta.) *Vae Ansaparo* (siue Hamani) *qui factus est balneator atque tonsor in vrbe Susan* (Fabulam in *Megillah* habes, noluisse Mordechaium regias induere vestes prius, quam lotus bene tonsusque ab Hamane esset.)

אמר

אמר חרבונה חנה המן בתה עץ לגואל
מי לא יבוש המלכה לכבוש על ידי גבריאל
האילנות קצץ ושבר ורצץ המלאך מיכאל
ואמר בעליו תלהו עליו ושכך חמת האל

Dixit Charbona; Ecce Haman patibulum erigit liberatori (hoc est, Mordechaio, qui גואל salutatur.) *Quem non puderet in reginae thalamos ingredi?* (Fecit tamen id Haman) *a Gabriele compulsus* (vt est in *Megillah*, vbi et hoc additum, quod) *arbores exsciderit confregeritque angelus Michael.* (sic ab Hamane mandatum sibi esse adfirmans. Ahasuerus itaque quum ad regiae coniugis lectum accedentem conspexisset Hamanem) *praecepit, tanquam dominus eius, vt in ea ipsa arbore* (quam in perniciem Mordechaii excitauerat) *laqueo gula* (Hamanis) *frangeretur. Atque hac ratione furor* (summi numinis contra Hamanem) *sedatus fuit.*

רחמים שאלה מהמלך בעלה לבטל המירה
רב בניו וקניניו לתלות מהרה
יתן שאלתה ויעשה בקשתה הגזירה להפירה
הבית בית המן לאסתר מזומן וליהודים היתה אורה

(Regina Esther hanc sibi dari) *gratiam a rege domino suo petiit, vt decretum* (aduersus Iudaicam gentem promulgatum) *aboleret, vt filiorum eius* (Hamanis) *multitudinem e medio tolleret, bonisque omnibus exueret,* (ac patrem illorum) *e vestigio suspendere iuberet. Factum est quod petiit ac rogauit, renocatum mandatum* (de exstirpandis Israelitis) *domus Hamanis Estherae data, Iudaeis denique* Esth. VIII. 16. *lux fuit* (atque gaudium.)

ואם המועדים בטלים ימי פורים לא נבטלים לעד יהיו מוכנים
דת יהודים כל העובר על הפקודים מבן עשרים כאמנים
מחצית השקל בלי לקלקל במעות מזומנים
לולי שקלי אבדתי במעללי סלעים מחסה לשפנים

Quod si contingeret dies aboleri festos, nunquam tamen dies Purim desinent, sed in aeternum potius permanebunt, lege ac decreto inter Iudaeos vigente. (Scriptum legimus Exodi XXX. 13. 14.) *Quisquis transierit in numeratos, si fuerit viginti annos natus, dimidium dabit sicli.* (Haman ergo quum ad facultatem consequendam exstirpandi Iudaeos decem mille talenta Ahasuero obtulisset, audita est בת קול diuinitus data vox, quae siclos Israelitarum talenta Hamanis immane quantum superare pronuntiauit. Quod ideo dictum esto) *ne quis pecunias certis temporibus* (ex mandato diuino) *soluendas tanquam viles negligat. Nisi enim siclus meus* (pluris a Deo aestimatus fuisset quam magna vis argenti, perditissimi illius nequam Hamanis) *vtique periissem* (tunc temporis) *propter opera mea. Petrae* Psal. CIIII. 18. *montanorum murium perfugium sunt.* (Quo in loco quum סלעים tam *rupes* quam *siclos* designet, posteriorem significatum non obscure hic praeferendum quilibet, vel nobis non monentibus, intelliget; montani vero mures notabunt Israelitas.)

Notandum, priorem huius strophae versum petitum esse ex oratione, quae incipit אלהים אל דמי לך *Deus, ne sileas*, occurrente inter eas quae sub titulo יוצר לפרשת זכור in Machzorim leguntur, vbi haec inuenias:
ואם כל המועדים יהיו בטלים
ימי הפורים לא נבטלים:

יקראו המגילה ביום ובלילה ומהלל פטורים
במתנות לאביונים ומשלוח מנים חבירים לחבורים
זריז ונשכר ביין משתכר בסעודות פורים
צח ואדום משובח כרבה לרי זירא טבח לארורים: עד דלא ידע בין ברוכי

Legant (Iudaei omnes) *libellum Estherae interdiu ac noctu* (quisquis etiam ex his, qui ex ruina illa) *euaserunt salui, laudet* (Deum) *donà pauperibus* (dando) *mittendoque amicis munera. Alacris* (quilibet esto) *ad potandum, larginsque vinum in conuiuiis festi Purim hauriat*, (bibendoque) *candidum aeque ac rubrum vinum generosissimum* (imitetur τὸν) *Rabba. qui R. Siram* (in ebrietate mactauit. Fabula sic se habet. In solennitate Purim, Rabba Herculeis poculis, rubro vino repletis, ita vrsit R. Siram, vt hic tandem vomitu vinum emittere coactus fuerit; hoc quum plebeii quidam conspexissent, existimarunt, id quod R. Sira euomeret, sanguinem esse, eundemque a Rabba sine dubio iugulatum. Omnino conceditur tibi in Purim eo vsque vino te ingurgitare) *vt discernere inter* Benedicti *et* Maledicti *nequeas*, (siue, quod scholia addunt, et alibi obuium est, inter Mordechaium et Estheram, aut, inter Hamanem atque Achaschueroschum.)

לאל עליון אתפלל ואתן שבח והלל לגואל ישראל
חסדו יגבור ומוטות עלינו ישבור וישלח הגואל
זוכר הברית בנחל ברית ונחמיה בן חושיאל
קול מבשר ונקמות עשר של מנחם בן עמיאל:

Deum maximum supplex rogabo, eidemque laudes tribuam, quia posthac etiam liberator Israelis erit. Is singularem nobis gratiam exhibebit, vincula iugi nostri fracturus, redemtoremque missurus, qui memor erit foederis. (Eliam vult, qui etiam ex Dei voluntate I. Reg. XVII. 3. occultauit se) *in torrente Cerith.* (Rescribendum enim כריית in carmine. Mittet insuper Deus) *Nehemiam ben Chuschiel* (id est, Messiam ben Ioseph, in praelio contra Gogum et Magogum occidendum; illum enim hoc nomine vocari ex *Abkath rochel* obseruat scholiastes; mittet denique) *vocem Euangelistae, vna cum decem vindictis*, (quas) *Menachem ben Amiel* (siue Messias ben Dauid, futurus Iudaeorum sospitator, יעשה בעכום contra gentes idololatricas exercet: si vera loquitur enarrator.) Hactenus carmen nec iniucundum, nec inelegans, nec indoctum.

XC.

Codex nonagesimus chartaceus est in quarto, foliorum scriptorum XIIII. recentissima exaratus manu, continens

I. Libellum פטירת משה *de morte Mosis*, non tamen illum, qui CPoli editus, et a *Gaulmino* Latinitate donatus est; neque etiam eum, quem idem Gallorum doctissimus e MS. primus in lucem protraxit, atque priori subiunxit; quum horum vterque Rabbinica lingua consignatus sit, noster Germanica Ebraizante. Si fides habenda *Labiis dormientium*, qui Byzantii hoc titulo prodiit liber, Germanico etiam idiomate excusus est Pragae. Diuersus itaque ab his omnibus, in plerisque saltem, noster est, cuius nunc summa percensebimus capita, per compendiumque exponemus, quae paullo vberius, nec sine legentium stomacho, ni valde is corruptus naeniisque Rabbinicis assuetus iam est, ab auctore anonymo enarrantur. Moses paullo ante suprema fata, benedictionem vniuerso Israelitarum populo impertiit; vbi in coelum subductus fuit, controuersiam dignitatis mouerunt ipsi Adamus, Noachus atque tres Patriarchae, allegatis, cur id suscíperent, rationibus. At Mosi, (ad quem trahitur locus Prouerb. XXXI. 29. *Tu superas omnes*,) victoria et a Salomone rege et Deo O. M. adscripta fuit, qui et angelum mortis subiugauit, eundemque, adspicientibus tribubus omnibus, prostrauit. Etenim quum secum ducere angelus ille voluerit Mosen, magno hic animo respondit Psal. CXVIII. 17. *Non moriar, sed viuam.* Quod quia non sine ostentatione dictum videbatur, litem contra eum instituit angelus ille mortis, quem tamen ter repulit Moses. Hinc colloquium legas animam inter corpusque Mosis, hoc quidem difficulter animam reliquisse monstrans, quae tamen, iubente sic supremo rerum domino, applaudentibus angelis aeque ac hominibus, in hortum Eden translata fuerit. Inter potiora Mosis merita, caussasque et summi amoris, quo

quo eum Deus prosequebatur, et placidae mortis per osculum (vt Iudaei vocant) hoc refertur; quod ipse solus ossium Iosephi in exitu Israelitarum ex Aegypto recordatus, in locum, vbi sepulta iacerent, diligenter inquisiuerit. Eum vero quum nemo quisquam indicare quiuerit, eo quod magorum Aegyptiacorum suasu loculum, Iosephi cadauer seruantem, abscondi iusserat Pharao, diuina sorte accidisse, vt Serach, filia Ascheris (quae ipsa Paradisum ingressa est viua, vide supra cod. LXXXVII. num. 6.) in occursum Mosis ruens, dolorisque eius ac tristitiae originem cognoscens, exuuiatum Iosephinarum locum significaturam se promiserit. Ducit eum puella ad Nilum, in quem regis mandato coniectus post suprema fata fuerat Iosephus; pronuntiat e vestigio Moses nomen sanctissimum יהוה alloquitur Iosephum, cuius feretrum ex aquis sensim emergit, queis tamdiu innatauit, donec illo potiretur Moses. Vbi mortis aduenisse horam Mosi notum fecit Deus, ille maiorem in modum rogare coepit, velit eam sententiam tantisper differre numen, dum terram sanctam ingressus fuerit; quod cum fieri posse negaret Dominus, tam efficaces fudit vir sanctus preces, vt terra cum coelo fuerit commota; diemque iudicii vltimi metuerint omnes. Angelus contra mortis, vt semper mala hominum vnice expetit, sic et tunc Mosen laetabundus ad hunc modum adloquebatur. Venit illud tempus, quod mihi gaudii, tibi vero luctus materiam praebet. Respondentis partes suscepit Michael; nil, inquiens tibi cum Mose erit. Posthaec ad Mosen se conuertens Deus, ait: *Nemo est*, (Deuter. XXXII. 39) *qui e manu mea eripiat*. Regessit Moses ex eodem capite, versu 4. *Petrae illius opus perfectum est; omnes enim viae eius iustae sunt; fortis, fidelis, et expers iniquitatis, iustus est atque rectus.* Dein Gabrieli imperauit Iehoua, Mosis animam afferre, quod quia facere detrectauit, Michaeli idem mandauit; sed et hoc recusante, Sammaeli nequam istud negotium commisit, qui gladio accinctus sine mora ad Mosen accessit. Cohorruit ad eius aspectum vir Dei, nomen *Iehoua* in subsidium vocans, splendoremque faciei suae late spargens. Quod nunc sequitur Sammaelem inter et Mosen colloquium, prorsus conuenit cum eo, quod apud *Gaulminum* legitur pag. 46. sq. et pag. 89. seqq. edit. Hamburg. omniaque examussim sibi inuicem respondent, adusque finem narrationis, eius maxime quam priore loco posuit *Gaulminus*. Additae nihilominus heic repeririuntur circumstantiae aliquot, in vtroque Gaulminiano libro non comparentes; veluti, quod baculus, quo Sammaelem percussit Moses, non alius fuerit ab eo, quo tot patrauit miracula; quod praeter ambas manus, quas pectori moribundus ex voluntate diuina imposuerit, pedes etiam coniunxerit et quasi vniuerit.

II. Folio IX. et X. libellum Grammaticum, nescio cuius, in duas partes diuisum, quarum prior שער האותיות *porta litterarum* dicta, cum de diuisione alphabeti in litteras gutture, labiis, palato, dentibus, pronuntiatas, agit, tum de permutatione litterarum ex eodem organo profectarum, tum de litteris בגדכפרת ac Dagesch illis imprimendo: altera שער הניקוד *porta punctationis* nominata, de punctorum vocalium commutationibus decem, quinque maioribus totidemque minoribus (sic enim Iudaei distinguere solent) praecipit. Citat auctor folio IX. a. Eliam Leuitam, artis Grammaticae, post Kimchium, inter Iudaeos instauratorem.

III. Folio XI. et XII. miscellanea quaedam, contra Christianorum fidem in vniuersum, explicationemque nonnullorum sacri codicis textuum, militantia, quae nos omnia huc transferemus, addita cuiusque articuli versione Latina.

וכחבורתו נרפא לנו אוי שהם רפוים וחלושים שכמה מתלמידיו ורובם נהרגו ונצלבו ולא כפר בעדם פצע וחבורה שסבל ישו אלא הפרשה הזאת וכלל (בכלל lege) נאמר על כל צדיק שכל ה׳ מאהבה לימסור נפשו על קדושת שמו ית׳ לסבול היסורין בגלל המר הזה· מה שאמרו שעלה מקברו לשמים כבר קדמו איוב כלה ענן וילך כן יורד שאול לא יעלה ר״ל עד תחיית המתים אין לו׃

T Tumice

Tumice eius Ief. LIII. 5. *fanamur. Aiunt* Chriftiani, *intelligendas effe fanationes illarum calamitatum, quas tot difcipuli eius* (Chrifti nempe) *fuftinuerunt, dum alii occifi, alii in crucem acti fuere.* (Verum haec fruftra dicuntur, quum) *nequaquam verum fit, quod vulnera vibicesque Iefu falutem illis ac expiationem attulerint. Generatim potius fectio haec loquitur de quouis iufto, Deum colente atque tam ardenter amante; vt lubens pro fanctitate nominis diuini vitae periculum adire velit, quo huic placere Domino poffit. Quod praeterea ftatuunt* Chriftiani, *e fepulcro ad coelum abiiffe* Iefum, *id Iobus iam occupauit, fcribens* cap. VII. 9. Prout confumitur nubes et abit; fic quid defcendit in fepulcrum, nunquam inde afcendet; *id eft, nullam refurrectionem exfpectare debet, ante illam vniuerfalem omnium hominum.*

פוקרין מפרשי הנה ישכיל עבדי ובר׳ תשיב למה קראו עבד בלא אדון ואם הכן נעבר לאב אם כן חן שני פרצופים נפרדים והם אומרים שהכל א׳ ואם קראו עבר שעובד לעשות רצון אלקותו אכ׳ למה יקכלו העבר לארון ואלוקות הלא טוב לנו עבוד אלוקים ארון הכל מלעבוד עברו של מלך · ועוד אמר הכתוב מוכה ומעונה אלוקים לא ענה מלבו כי היודים תלודה (leg. תלוהו) במשפט פילאטוס ועוד אמר וי״י חפץ רבאו אכ׳ ישימו אותנו האשמה בצליבתו וי״י רצה בו לתיקן עולמו וכן גזרת חכמתו ולמה יענשו עושי רצונו ועור אמר הכתוב וי״י הפגיע בו עון כלנו והרי לא נושע לנו הישראלים כלל ואפי׳ מאמינים שאומרים שבא לפרות מגיהנם ולתקן חטא אה״ה על יצחק ויעקב ומרעה אשר דבר פה אל פה בו ועסק עמו בקבורתו ובמיתתו מות ימותו כאחד הצדקים והנבלים ומורירו שאולה כצריק כרשע שזהו ודאי אין השכל גוזרו והדעת סוכלתו כלל וכמשה מי האיש ירא י״י וגו׳ נפשו בטוב תלין והגיהנם אינה לינה טובה · וכן הבטחתו ית׳ למרעה הנך שוכב עם אבותיך · וכי הבטיחו שישכב בגיהנם עם שאר אבותיו גם עד היום חוטאים וסוררים בקורם ביאתו ועושי רשע יורדי לגיהנם ועושי טוב ינחלו עה״כ בסו שהם בעצמם אומרים · ואם בא לתקן חטא אה״ה היה לו לפרותם ולתקנו מכל וכל להסיר איבת הנחש ועצבון הלידה והעמל והיגיע לאכל לחם וצמיחת קוץ ודרדר והרציחה והמלחמה שמתעורר בסבת זהומת (שהומת forte) הנחש והרוש מעיר עליו שאין יתרון או חסרון עתה בקורם ביאתו ואככה כל יום ויום קללתו שהרג קין הבל אחיו מרובה מחבירו · ועור אמר אם תשים אשם נפשו שהוא רבר נאמר אל תנאי אם יעשה כן יראה זרע וגו׳ ואיה בנים שהוליד ישו ואם הוא אלוקים ודאי לא יתכן הרבר (rectius fine He) כוח עליו:

Haeretici exponunt illa verba: Ief. LII. 13. Ecce prudenter aget feruus meus &c. (de Meffia.) *Refponde ipfis* (id fi ita eft) *quare vocat eum* feruum? *nullus vero feruus eft fine domino.* (Si ergo feruus Dei eft, non erit filius.) *Quod fi tamen filius effe debet, is vtique feruus hebeis dicitur patri. Quomodocunque confideres, duas habebis perfonas inuicem feparatas, quamuis* Chriftiani *omnes* (tres deitatis perfonas) *vnum effe adfirment. Si is dicitur feruus, qui mandatum Dei fui facere paratus eft, qui fit, vt ex miniftro Dominum Deumque faciant* Chriftiani? *Quanto nos rectius Deum, omnium rerum moderatorem colimus, non autem regis famulum! Iam haec verba*: Ief. LIII. 4. percuffum a Deo et afflictum, *indicant, non a Deo ipfo aut ex animi eius fententia mifere afflictum fuiffe* Iefum; *fufpenderunt enim eum Iudaei, fententiam ferente Pilato. Additur* commate 10. Dominus autem delectatus conterere ipfum. *Quare ergo nobis culpam hanc adfcribunt* Chriftiani, *quafi nos cruci adfixerimus* Meffiam ipforum? *quum tamen Deus haec ita in orbe patrari voluerit, atque fic decreuerit fapientia eius, nulla faue in eos cadente poena, qui voluntatem domini exfequuntur. Etiam hoc fcriptum legitur*, com. 6. Dominus facit, vt incurrat in eum iniquitas omnium noftrum. *Atqui nos Ifraelitae faluati per illum nequaquam fumus, immo ne credimus quidem, quod ipfi perfuafum fibi habent, veniffe fcilicet* Chriftum *hunc ob finem, vt* mortales *ab inferno redimeret, peccata profanarum gentium corrigeret, aduerfus Ifaacum admiffa, et Iacobum et Mofen doctorem noftrum, cum quo familiariffime locutus fuit Deus, eiusque curam in fepultura aeque ac morte habuit.*

Nunc

Nunc tamen moriuntur ex aequo omnes, tam qui recte quam qui inique egerunt, Deusque in sepulcrum ire iubet iustum pariter ac impium. Certum itaque est, nil hic decernere intellectum, nil scientiam efficere et prudentiam eius (Christi, vtpote de quo dictum volunt illud Ies. LII. 13. ישכיל prudenter aget.) *Audiendus potius est David* Psal. XXV. 12. 13. Qualis futurus est vir ille, qui reueretur Iehouam? anima eius in bono pernoctabit (hoc est, non detrudetur ad infernum) *neque enim infernum quis bonum dixerit ad pernoctandum. Promisit insuper Deus Mosi:* Deuter. XXXI. 16. ecce tu cubaturus es cum maioribus tuis. *Numquid dicit, eum in inferno cubaturum cum maioribus suis? Immo ad hanc vsque diem peccatis dediti sunt multi flagitiisque, prout ante aduentum Christi; et tamen qui mala faciunt, in gehennam coniiciuntur, qui bona operantur, vitam hereditabunt futuram, ipsis consentientibus Christianis. Quod si corrigere peccata hominum voluit, redimere eos et in integrum restituere omni ex parte debuisset, ac proinde inimicitias serpentem inter* (et mulieris semen) *tollere, dolores partus, laborem ac defatigationem in acquirendo victu, progerminationem spinae ac cardui, neces et bella, (quae oriri solent ex ea ipsa caussa, ob quam mortis decretum contra serpentem est latum,) et venenata quaeuis. Illa vero omnia neque aucta sunt, neque desierunt; manent in eadem statu, qua fuere ante Christi aduentum. Quomodo enim fieri posset, vt maledictio, quae Kaino propter occisum Abelem fratrem inflicta fuit, maiores indies caperet accessiones, quam reliquae peccatorum poenae? Haec denique:* Ies. LIII. 10. Quando animam suam posuerit sacrificium pro reatu, *cum conditione dicta sunt; si nimirum id fecerit, tunc* videbit semen, &c. *Vbinam vero sunt filii aut posteri, quas Iesus genuit? in quem, si Deus est, ne quidem tale quid quadrat,* generatio videlicet liberorum.

תשובה כנגד הטוענים שישו הוא משיח:

כתבו האפאושתל פא׳ לרומיים קפיטל י״א כלא׳ עז ווערד קומן דער ערליזר אויז ציון אונד אבווענדן דז גאטלוזי (lege גאטלוזי) ווען פון יעקב און דז איז מיין טעשטימענד מיט און (איניך) ווען איך ווערד אירה זינד מיט מיר הינוועק נעמן עכ׳ · ולכן מדבריו שתי רשעות א׳ אומרו דער ערליזר ווער ערשט קומן הנה הודאות בעל דין כמאה עדים דמי שעדיין לא בא שנית אומרו וויא ער דז גאטלויש ווען פון יעקב ר״ל ישראל ווערד אבווענדן און אירי זינד וכו׳ יגיד יעיד שישו איננו משיח כי כל הדברים האלה יצאו מפי האפאושטל אחרי מיתת ישו ואכ׳ איך יצרך אומרו דער ערליזר ווערד קומן וכו׳

שנית ישמעו אזניו מה שפיו מדבר באומרו און אבווענדן דז גאטלויש ווען פון יעקב וכו׳ און אירה זינד הינוועק נעמן נשאל נא פי הנעדים הכומרים התמלא נבואתו זאת אם יאמרו הן אכ׳ איה איפו הסרת וכפרת עון מבית יעקב הלא הוסיפו עון על פשע כשהרגו בן אלוקים כמו שהם אומרים שישראל עם כבוד עון בהריגת אלוקים ולא יכופר לבית יעקב נצח ואכ׳ איך יאמר שבא להסיר זדון ופשע מעמו והלא הוסיף מכשול · והספיק פשע על עונם במה שבא בדמות אדם וסיבב לעצמו המיתה והם יסבלו ענשם עד סוף כל הדורות:

ואם יאמרו שלא נתקיימו בישו דבריו עד היום אכ׳ על מי נתנבא עז ווערד קומן וכו׳ און ווערט אירה זינד וועקנעמן הלא ידבר אל המשיח המעותד לבא לנו ולא כאשר חשבוהו:

עוד כתב להם אפאושטל סימן א׳ אליש קרישטוס פון זיינם טוט עופערשטנטן אונד בענן זיין יונגרן זעהן לזן דא פראגן זיא ען און שפראכן הער ווערשטו אויף דיזר צייט ווידר אויף ריכדן דז רייך ער אביר שפראך עש גבירט איך ניט צו ווישן צייט אדר שטונד וועלכש דער פאטיר האט זיינר מכט וארבהלדן וכו׳ יענו החם בפניהם באומרם אלינו כל היום שהם העם הנבחר אשר בחר ישו תמורת ישראל אחרי שבקשו לדעת מאתו מתי העת שיקים מלכות דוד ובית ישראל יחזיר עטרת וממשלתם לאתרם הראשון והנה אחרי שקבלוהו למשיח ואלוק בעכ׳ ידו ויאמרו כדבריהם שחשבוהו שבא לפדות ישראל עם קרובו ולא לקחת היין

תמורתם

תפורתם גם מתשובתו לנמריו יובן שעדין
העת והזמן בסוס וחתום גלב האב שישלח
הגדורת לעמו ישראל וגם הנערים לא
נכתפקו בזה מעולם שיבא משיח לישראל:
וגם שאלו בי העת והזמן אם הגיע עתה
עק אחרי השאלה נשאלה אחרי מותו
ואם היא משיח כדבריהם למה לא עגה
אותם שהוא המשיח המיועד לישראל
ושלא יביא עוד להם משיח חו אחרי שנפל
בתולת ישראי ולא עגה אותם כמסתיר
דבריו בלשון זה עש גבירט איך ניט צו
ווישן וכו אמנם לא כיחש שעתיד יקום
ה׳ מלבות ישראל הנופלת : עק אומרו
גאט דער פאטר האט זיין מכט וארבהלדן
מה יאמרו וידברו שיפרה בח האב מכת
הבן שאפילו לבו לפום לא גלי וזה
חסרון בח״ן אלקות הבן וגו׳

Reſponſiones aduerſus eos , qui Ieſum eſſe Meſſiam contendunt.

Scribit Apoſtolus Paullus ad Romanos cap. XI. 26. ſ. ad hunc modum, lingua Germanica (nos verba Germanica , quae a Rabbino adferuntur, miſſa faciemus, eorumque loca Latina ſubſtituemus) Veniet redemtor e Ziione, auertetque impietates a Iacobo. Atque hoc eſt pactum meum cum illis, quando ablaturus ſum peccata eorum. *Hactenus ille. Duo in his verbis notamus , quae improbe dicta ſunt. Primum eſt illud :* Veniet adhuc liberator. *Iam vero aduerſarii confeſſionem , inſtar mille teſtium eſſe* (magiſtri noſtri ex vero ſanxerunt. Quid autem aliud ex Paullino teſtimonio educeres, quam) *nondum veniſſe illum ? Alterum eſt :* auertet impietates a Iacobo , *ſiue Iſraele* , et peccata illorum &c. *Clare haec teſtantur , Ieſum minime eſſe Meſſiam, quandoquidem omnia illa poſt mortem Ieſu ab Apoſtolo pronunciata fuerunt. Qua igitur fronte ſcribere potuit ?* veniet redemtor , &c.

Denuo audiant aures (Apoſtoli) *quod ore locutus eſt. Ait enim :* auertet impietates a Iacobo, &c. ac delicta eorum auferet. *Interrogemus iuniores e ſacrificulis* (ſiue paſtoribus Chriſtianorum) *num prophetia haec impleta ſit ? Si adfirmauerint , monſtrent neceſſe eſt , quando receſſerit expiatumque fuerit peccatum Iacobi. Nonne enim iniquitatem addiderunt praeuaricationi* (Iſraelitae) *quando filium Dei, vt Chriſtianorum ore loquar, interfecerunt ? adeoque delicta ſibi cumularunt grauiſſima hac ipſa Dei occiſione , quod ſane peccatum tam atrox eſt , vt remitti nunquam poſteris Iacobi poſſit. Quomodo ergo dicere licuit , venturum eum ea fine , vt remoueret peccata de populo ſuo ſceleraque a volentibus commiſſa , quum tamen nouum ille adiecerit offendiculum, auxeritque malefacta eorum , eo quod ſub hominis ſpecie in orbem venit , ac hoc ipſo cauſſam vt interficeretur praebuerit ? propter quod flagitium poenam per omnes poſteritates duraturam ferre cogentur* (Iudaei.)

Si negauerint Chriſtiani, *haec in Ieſu impleta eſſe , ad quem , amabo , ſpectabit vaticinium ,* Veniet , &c. auferetque peccata eorum ? *Annon de Meſſia loquitur , venturo nobis , non autem de* (eo , qui iam venit) *vt illi opinantur.*

Scribit vlterius Apoſtolus capite primo (Lucas eſt in Apoſtolorum actis) Als Chriſtus von ſeinem Todt aufferſtanden, und gegen ſeine Iünger ſehen laſſen; id eſt , quum Chriſtus poſt mortem ſurrexiſſet , videndumque ſe diſcipulis ſuis exhibuiſſet, (verba haec ex hiſtoria quidem ſumta , nec tamen iisdem ſyllabis in Luca leguntur; at quae ſequuntur , exſtant commate 6. et 7.) interrogarunt eum , dicentes. Domine , numquid hoc tempore reſtitues regnum Iſraeli? At is dixit illis: Non eſt veſtrum ſcire tempora aut opportunitates, quas pater poſuit in ſua ipſius poteſtate, &c. *In quo ſane loco ſunt ,* quae *reſponſioni aduerſus ipſos* Chriſtianos *inſeruiunt. Hi enim indies nobis ad aures obganniunt , ſe eſſe populum , quem Ieſus Deus ipſorum elegerit , reiectis Iſraelitis. Et tamen ſcire ex eo volunt , quando erecturus ſit regnum Dauidis, quando ventura ad Iſraelitas poſtliminio regia dignitas imperiumque in loco ac terra priore ? Ecce igitur , etiam tunc , quum eum pro Meſſia receperant , eidemque cultum , Deo alioquin debitum , inſigni commiſſa idololatria , exhibuerant , confitentur tamen et aperte teſtantur , hanc eſſe opinionem qua imbuti ſint , fore vt Meſſias liberaturus ſit Iſraelem , populum ſibi propinquum , non vero aſſumturus* Heyden *gentes profanas , illius loco. Quin et ex reſponſo, quod pardis ſuis dedit* Chriſtus, *intelligitur , tectum adhuc eſſe reconditumque tempus in pectore patris , quo liberatione*

tione Israelitas beabit. Adeo nunquam discipuli (Christi) *dubitarunt, venturum adhuc Israelitarum commodo Messiam.*

Nota: Commemorabantur paullo ante נמרים *pardi*, possetque aliquis suspicari לנמריו esse mutandum in לנעריו *discipulis suis*, maxime quum hi נערים mox diserte nominentur. Verum nulla hic mutatione opus, modo id obseruetur, *pardorum* nomine Christianos notari, populosque, praeter Iudaeos, alios omnes. Id quia aut non cognitum fuit, aut incuria praetermissum ab *Eisenmengero*, in Iudaismo detecto part. I. cap. 16. conuicia, queis nos impetunt verpi, sollicite colligente, dignum vtique videtur, in quod inquiramus. Locus est in Cantico Salomoneo IV. 8. mentionem inferens הררי נמרים *montium pardorum*, quem de exteris nationibus exposuit auctor τῶν *Rabboth* fol. 267. a. אלו הכנעניים ומדה הנמר הוה חצוף כך הכנעניים חצופים הה״ד ולא נשאר איש בעי וגו׳ *Cananaei denotantur. Nam prout crudelis est pardus, sic etiam Cananaei fuere, eoque scriptum legitur* Ios. VIII. 17. Nec relictus est vir in Ai, &c. Ad eandem mentem *R. Simeon* in Ialkut part. 2. fol. 179. b. אריות אלו היו המלכים שעברתם בגיהם שהיו רעים מן אריות ומהררי נמרים: *Leones* (in eodem textu memorati) *reges fuerunt, per quorum terram Israelitae olim transierunt; vtpote qui magis crudeles quam leones aut pardi, e montibus prorumpentes, exstitere.* Iam vero constat, nomina gentium, per Israelitas olim expulsarum, nec non aliorum populorum, Christianis a pessima Iudaeorum natione tribui. Nempe enim Amalekitas, Edomaeos, Romanos, Cittaeos, Cuthaeos, Tyrios (צורים) Cananaeos, et Christianos, vnos putant esse eosdemque.

Interrogant praeterea illud, num tempus hoc iam aduenerit? Alia hinc nascitur non leuis abiectia, eo quod hoc ex saluatore quaesiuerant, postquam e mortuis resurrexerat. Quod si enim ipse Messias erat, vt eius assectae affirmant, quare non respondit ipsis: se esse Messiam, Israelitis promissum, quibus nullus posthac exspectandus sit (quod Deus auertat) Messias alius, posteaquam florens Iudaeorum respublica, virga illa, humi prostrata esset. Sane eiusmodi quid respondisse eum non legimus; quin potius arcanum animi his abscidisse verbis: Non est vestrum scire, &c. *Plane non negat, fore vt erecturus sit Deus regnum Israelis collapsum. Obuerti etiam hae voces possunt Christianis:* Deus pater potestati suae reseruauit. *Ad haec quid dicent, quid excipient? Nonne fateri cogentur, maiorem esse patris potestatem quam filii? eo quod arcana pectoris sui ori haud reuelauit* (hoc est, quia animi recessus nemini indicauit) *id quod defectum omnino potentiae in filio declarat*, &c.

נחמות אריכות הגלות:

עוד כתוב להם פוליוס אפאשטל לרומיים סימן ט׳ איך זג דיא ווארהייט אין קריסטוס אוז ליג ניס דז מיר גיצייגנש גיבט מיין גווישן אין דעם היילינגן גייכט דז איך גרושי טרוריקייט און שמארצן און אונטרלאס אין מיינם הערצן האבי · איך הב גווינשט ורבאנן צו זיין פון קרישטו פור מיינה פרידר דיא מיינה פריינד זיין נאך דעם פלייש דיא דא זיין פון איזרעל וועלך זיא גיהארט דיא קונטשאפט און דיא הערליכקייט און דער בונט און דז גיזעץ און דער גאטש דינשט און דיא פרהיישונג אצעט׳ אביר ניט זג איך זולכיש דז גאטש ווארט דרום אויז זיא וכו׳ ער ווארט זיא וואל לאזן פרדארבין און נאך דער פרדארבונג שטייארן נאך דער גרעבטיקייט דען דער הער ווערד דעם פארדארבין שטייארן צו דער גרעבטיקייט וכו׳ פקח עניך אתה הקורא ותדע ותשכיל ממוצא דבריו ואומר דיא קונשאפט און דיא הערליקייט און דיא פרהיישונג וכו׳ ר״ל הייעודים והנחמות טובות והברית שכרת עמנו עדיין הם מעותדים לבא לנו · ועוד הרחיב האפאשטל פיו ולשונו באמרו אביר ניט זג איך זעלכש דז גאטש ווארט דרום אויז זייא וכו׳ שמחה לאיש ישראל במענה פיו · אם יטוען הטוען מאחר שהברית והקשר והדת והממשלה מיועד · אב׳ למה אנחנו גולים בראש וסחופים ודחופים בגוים כאשר אנחנו שם היום עד (עם lege) ממושך וממורט ושעולים

ימשלו בנו • גם לזה שם האפאשטל
לבו להשיב לנו חרפינו דבר באומרו ניט
זאג איך זעלכש זה דרום גאטש ווארט
אויז זייא שר״ל שאף גם זאת ישנו פה היום
בגלות ודי בזיון וקצף ושפלות ווארד
השי״ דער פרדארבונג שטייארן צו דער
גרעכטיקייט שר״ל היות גלותינו מצרף וכור
הכסיון לחתם פשע ועון ולכלות חטאתינו•
ואחר שסבלנו אנשי (fotte ענשי) הקציב
ירא וישקיף חי להקים מעפר דל ויתמוך
כימין צדיקים לגאלינו ולהיות לו לעם
כימי קדם וכש אז נאך דער פרדרבונג
שטייארן וכו׳ והנה איה איפו פי מחרף
אויב ומתנקם כאמור אלינו כל היום איר
פידנונפט טראוט לאזי יהודים היש תקוה
עוד לאחריתה באשר מיי היתה זאת
לכם למעצבה תשכבון ואחרי נמכר אין
גאולה שתשובון ואך שקר נחלו אבותיכם
וצפייתכם הכל לנו פח נפש ודאבון
ואף אתה אחוריו דברי שנית :

Consolationes diuturni exsilii.

Denuo scribit Paullus Apostolus Romanis capite IX. (verbis Germanicis, hic occurrentibus, studio neglectis, Latina dabimus) Veritatem dico in Christo, neque mentior, attestante mihi conscientia mea per spiritum sanctum ; magnam mihi tristitiam esse, perpetuumque cruciatum cordi meo. Optarim enim egomet ipse anathema esse *reiectum* a Christo, pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem. Qui sunt Israelitae, quorum est adoptio, et gloria, et foedera, et legis constitutio, et cultus, et promissiones, אצעמי *et ceeera.* Neque tamen (vers. 5.) ideo haec dico, quasi exciderit sermo Dei, &c. *Iterum* vers. 28. Et vvird sie vvohl lassen verderben, und noch der Verderbung steuren nach der Gerechtigkeit, dann der HErt vvird dem Verderben steuren zu der Gerechtigkeit, &c. (Sic habet Noster secutus Iesaiam X. 22. 23. aliter enim est in Graeco, et versionibus inde natis.) Id est; Perdi eos sinet, sed dein ipsos ex hac perditione liberabit pro sua iustitia, quandoquidem Dominus consummationem conuertet ad iustitiam. *Aperi oculos tuos, quisquis haec legis, agnosce, attende effatum hoc, quod mentionem iniicit adoptionis* Israelitarum, *gloriae, promissionumque, siue praedictionum et consolationum praestantissimarum, ac foederis, quod uobiscum iniit* Deus. *Haec sane omnia nobis adhuc obuentura sunt. Continuat sermonem hunc Apostolus, dicendo :* Non tamen ideo haec dico, quasi iam exciderit sermo Dei, &c. *Necesse est, vt maximum Israelitis gaudium excitet hoc oraculum. Si arguturus aliquis disputator obiecerit : vos foedera, et pactiones, legemque ac imperium vobis promissa dicitis. Id si ita est, quare nos* (Iudaei) *sumus inter primos* (Amos. VI. 7.) *exsulum, abductis expulsique ad hodiernum vsque diem inter populos, non aliter quam gens* (Ies. XVIII. 2. 7.) *distracta et depilata, impiorumque dominio subiecta? Neque haec Apostolus sine responsione praetermisit, quam nobis in hoc exsilio suggessit. Postea enim quam* (Esther I. 18.) *satis contumeliae et indignationis seruitutisque deuorauerimus,* vvird השי״ der Verderbung steuren zu der Gerechtigkeit, *tunc Deus O. M. consummationem illam sistet, ac iuste uobiscum aget. Hoc est, exsilium nostrum nil nisi vas esse fusorium et probationis carcerem, ad obsignandum defectionem ac iniquitatem, ad delendumque peccata nostra. Quando igitur definitas sustinuerimus poenas, tunc demum dispiciet Dominus, quo modo e puluere suscitet miserum, fulcietque dextra iustos, vt liberet eos ac populum suum efficiat, qualis fuerat olim, id quod ex* his maxime verbis elicitur, noch der Verderbung steuren, *perditionem cohibebit,* &c. *Vbinam es calumniator, inimice et aduersarie? Tune indies nobis obiicis?* Ihr Vernunfft-traut-lose, *vos amentes et perfidi Iudaei, num spes vobis adhuc superest? A Domino immissa vobis est* haec calamitas. *In dolore* (Ies. L. 11.) *iacebitis. Sane, venditione semel facta nulla datur liberatio, ad quam peruenire possitis. Certe* (Ierem. XVI. 19.) *mendacium possidebant maiores vestri, o Christiani, ac speculationes vestrae omnes laquei sunt moerorque animis nostris. Quin et tu rursum verba*

Hic finiebatur folium, relicta in fine voce שנית pro custode ; vt adeo intermedium folium, vel etiam plura, deesse suspicari liceat. Nunc et folium annectemus duodecimum :

ישו

שמלת ארה חן היא תורה על צליבתו וכמ״ש יוחאן כי׳ ח׳ וז׳ ווען איר דז מענשן זון ארהיהן ווארד דען ווארט איר ארקענן דז איך עז זייא און ניקש פון מיר זעלבשט דוא וכו׳ פשוטו ודאי כש צלבו אירהו אז יכירו אותו וגם זה לא היה אז נעשה כי לאחר מיתהו דברו עליו כרה ומרה שקראו אותו בחעדה עמים כמ״ש כמיאום אן דעם אנדרן טג ר״ל לאחר מיתהו קאמן זיא צו פילאטום און זאגין העד מיר הן גדאכט דז דיזר פרפירר דא ער נאך לעביש שפראך וויא ער ווידר דען טג אויף ערשטין ווארד דרום ביווארר דז גראב דז זיני יונגר נימ קומן און שטעלן אין אח דעם גראב און שפרעכן ער זייא ווירום אויף גישטנדן און דער לעצטי בטרוג ארגיר ווערד ווערדר דער ערשט וכו׳ הנה שקראו אותו מתעה ומוליך גוים אחר ההבל להבל וכבוד והפרתו שיוה בחיים כן הכירוהו וכבדוהו במותו ונבוארת עצמו נשארה מעל׳ · שוטי חוקת ונפיחוה שאין על רה תשובה במה שאומרים הנוצרים שיש׳ קם ביום ג׳ ואם הוא אלוקי׳ למה לא קם מן הצליבה וכו׳:

עוד קשה אם היה אלוקות שאין מיתוה שילט בו הידה לעלות השמים בשעה ארור הצליבה לעיני כל הרואים שזה היה גם מפורסם ומכרוח אלוקותו להאמין בו · ולמה זה התהפך בתחבולות לעלות השמימה אחרי ג׳ ימים שהודה כפגר מוכס ונצר נתעב מושלך בקברו עד שהישראלים מתנגדים היה להם פתחן פה בצדק ומשפט לומר שגנבוהו נעריו מתחת ידה שומרים בעת שנתם ואפשר שגם השומרים קברו פשעו בשמירתם תמו אחרי תלמידיו או אחר הבצע ונתנו יד לפושעם באשר יום היתה במעל בעצם ובראשונה ואם ישיבו שבעבור הבשר שנתלבש בו סבל המיתה ג׳ ימים נקשת להם הל״ל הענין חנוך ואליהו שהם את אלוקי׳ ברמותם ובצלמם ולא מתו ואת לתקן העולם בחטא א״ה סבל המיתה וכמו שהם אומרים בדין למה ספרי אלה בזאת יבחן אלוקיתו קודם שתגי לילה איזה שעות אחרי מיתתו ותנקתו היה לעלות השמימה בפורסם ובגופו לעין

ישו המשיל עצמו ליונה במעי הדגה ישו המשיל עצמו לנחש הנחשת ואין המשל דומה לנמשל:

יונה היה חי במעי הדגה · וישו היה מת בקברו · יונה התפלל במעי הדגה ושמע תפלתו · וישו התפלל לאבין בעדנו חפשי בהר שיעבור ממנו כוס התרעלה ולא נתקבלה · אנשי נינוה האמינו לדברי יונה וחשבוהו בו גם לנביא וחזרו בתשובה · וישו בא לירושלים ולא האמינו בו גם לנביא לא חשבוהו · נפטר יונה מאנשי נינוה בכח גדול · וישו נהרג מאנשי ירושלים ונצלב בבזיון גדול:

וכן המשל שהביא יוחן ג׳ גלייך וויא דיא שלאנג פון משה אין דער מדבר ארהייכט איז ווארדן אזו מוז דז מענשן זון ארהייכט ווערדן וכו׳ ירצה כמו שתקע משה הנחש בנס כן יתקע הנוצרי בצליבותו מי זה האיש יאמר שתהו המשל מסכים אל המשל מכל צד · שהנחש לא צוה הקב״ה שיאמינו בו או שיקבלוה לאלקי תלוי כי תועבת ה׳ עז וקנאה חמת גבר הקב״ה לקנא בעז ובסמאל המקנא ואין שנאה לפניו שקץ ומתעב באיש אשר יכרה (ימיר forte) כבודה לפסילים ואיך יצוה שיעשו נחש ויאמינו בו לעובדו באלוקי׳ הלא דברו זה מעצמו מבואר הביטול מבלי צורך שנאריך בביטולו ואולם עיקר עשייתו היתה מארת ה׳ לפרסם יכולתו ית׳ לרפאות החולי בתרופת המתנגדים כענין מי מרה במשרה ומי ירחו באלישע וכדומה מהניסים שנעשה בתורה שכולם מתנגדים לטבע וכמ״ש רבינו בחיי שענין הנחש היה התעוררת לרכיר נפלאות חכים דישרת שאין הנחש בזיק רק החטא מימת כמו הנחש הנחושת דומם מת לא תוכל לרפאות חי חולה כן לא ישך הנחש החי אם לא ברצונו ית׳ לעשות שליחתו לכלות פושעים ולהתם מן הארץ · ועוד יש לי לפי שראה חזקיהו שלעתיד יטעה העולם אחרי נחש לכן כיתת נחש הנחושת לרמוז שכן יאבדו ערלים מאמינים בישו שנדמה עצמו לנחש:

ועתה ברחוב הדיבור והביאור לחוכח

לעין כל הרואים במתן תורה שהיה בכל
העולם מרגיש ויודע בו ומה לו לבקש
תחבולת נסתרים עקיפא לרואי באלה
כאשר כל מעשיו יעידון ויגידון כלם בא
שהיה במתחבל ובעל תוך ומרמה
להתשות רשע בכל לסד צדק ולהטות
גבר נכר מני אורח יושר למשוברת חזק ·
ונחזור אל מה שהיינו בביאורו שמילת
ארהייהן היתה בוונתו אל הצליבה
במו שכתב יוחן יב׳ ה׳ ווען איך ארהיהט ·
פון דער ערד ווארט וויל איך זיא אל צו
מיר ציהן דא (lege דאז) זאגט ער אביר
ועלך טוט ער שטערבן ווערט עב׳ הא
לך בפי שמלת ארהייהן יסבול לנד
צליבתו ואמר זה לנעריו שלא יחשבו
שימות מיתה חמורה בשריפה והפשט עור
במו שנעשו למקצת נעריו ותלמידיו
מיתה בזוי בזקיפתה בצלם ובצליבי ובזה
נסתמה דברי האומר של שהונבה
לעלות למעלה לשמים שלא יצדק
עליו הוא בצדו כש׳ דא זאגט ער עביר
ועלך טוט ער וכו׳ :

Iesus semetipsum contulit cum Iona, intra piscis viscera delitescente; comparationem quoque instituit inter se ac serpentem aeneum. Verum similia haec sunt admodum dissimilia.

Namque Ionas viuus permansit in visceribus piscis; at Iesus in sepulcro mortuus iacebat. Ionam preces intra piscem fundentem audiuit Deus: Sed Iesus, patrem suum in monte et statu adhuc libertatis suae rogans, velit poculum trepidationis praeterire iubere, incassum precabatur. Niniuitae fidem adhibuerunt dictis Ionae, quem Prophetam esse agnouerunt, ac proinde poenitentiam egerunt. Contra vero Iesus Hierosolymas ingrediens asseclas vix inuenit, nec pro vate habitus fuit. Dimissus est Ionas a Nineuitis, robore magno; Iesus autem ab Hierosolymitanis interfectus in crucemque actus est maximo cum dedecore.

(Eodem modo se res habet cum alia) *comparatione, quam Ioannes capite III.* (vers. 14) *attulit*: Gleichvvie die Schlang von משה Mose in der מדבר Wüsten erhöhet is vvorden, afo (pro also, Iudaeorum ore) muss des Menschen Sohn erhohet vverden, &c. *hoc est, quemadmodum serpentem Moses in solitudine pro signo erexit, ita et Nazarenus in crucifixione sua suspendetur. Quisnam adfirmet similitudinem hanc rei comparatae omni ex parte respondere? Etenim in serpentem illum neque credere praecepit Deus O. M. neque pro numine colere eum, e sublimi pendentem. Est quippe abominabilis Deo omnis idololatria, et praut* Prouerb. VI. 34. Zelotypiae adest aestus viri; *sic Zelo commouetur Deus aduersus idolorum cultum, et aduersus Sammaelem ad aemulationem se prouocantem.* (Detorsit malitia Iudaica locum Ezech. VIII. 3. vbi סֵמֶל הַמִּקְנֶא *idolum* nominatur, cui substituit סַמָּאֵל Sammaelem) *Et quamuis odio deditus haud sit; detestatur tamen abominaturque virum, qui permutauerit gloriam* diuinam *in idola. Quomodo ergo mandare posset erectionem serpentis, in quem crederent, et quem numinis instar venerarentur? Res manifesta in se est,* (quae inde vlterius confirmatur) *quod abolitus fuerit* (serpens ille) *nec opus habuerimus longa in eo abolendo mora.* (At vero nunquam destructus fuisset, si numinis vices gessisset.) *Ipsa tamen compositio eius omnino fundamentum in voluntate Dei habuit, cuius potentiam luculenter commonstrauit infirmitatum sanatio per medicinam plane contrariam, aeque vt Moses aquas amaras, et Elisa aquas Ierichuntinas* (mirabili ratione effecerunt dulces) *aliaque in lege miracula memorantur, naturae aduersantia. Vti R. Bechai vult, serpens excitauit homines vt mirabilia agnoscerent eius, qui* (vti Iobus XXXVI. 4. ait) integer est scientiis. *Neque enim serpens nocet, sed solum peccatum mortem affert. Sicuti serpens aenea sensu carens et prorsus mortua non poterat aegrotum sanare, vitam adhuc miseram ducentem; sic nec serpens hodieque viuens mordere quemquam potest absque voluntate Dei, cuius madatum exsequi cogitur, quo deleantur impii, ex terraque tollantur. Suppetit aliud mihi argumentum* (quo euincam, serpentem aut typum Christi non fuisse, aut talem, vt eiusmodi minime desiderent Christiani.) *Videbat Hiskias fore vt sequioribus temporibus serpens aeneus erroris ansa multis esset futurus, ideoque eum contudit, ad indicandum, sic esse perdendos incircumcisos omnes, doctrinam*

nam sequentes Iesu, qui seipsum cum serpente contulit.

Immoremur paullisper huic negotio illustrando, ostendamusque verbum erhohen exaltare *crucifixionem denotare Christi. Sic enim Ioannes cap. VIII.* (vers. 28.) *inquit:* Quum exaltaueritis filium hominis, tum cognoscetis, me esse illum, et a me ipso nihil facere, &c. *Sensus litteralis manifesto hic est: quando cruci eum affigent, tunc adgnoscent illum. Sed nec hoc euentu comprobatum fuit, siquidem post obitum eius contumaciae et rebellionis crimen ipsi impegerunt, vocaruntque populorum seductorem, narrante Matthaeo* (XXVII. 63.) An dem andern Tag, *post mortem scilicet illius*, kamen sie zu Pilatus und sagen: Herr, vvir han gedacht, dass dieser verfuhrer, da Er noch lebet, sprach, vvie Er vvieder den Tag aufferstehen vverd. (comma 64.) darumb bevvahr das Grab, dass seine Iünger nicht kommen, und stehlen ihn auss dem Grab, und sprechen, Er sey vviederumb auffgestanden, und der lezte Betrug ärger vverde, vveder der erste, &c. *Videsne, quam belle eum nominent seductorem, qui ad vanitatem ducat gentes, quo euanescant?* (Allusit auctor ad Ierem. II. 5. וילכי אחרי ההבל ויהבלו) *Ita qualem honorarunt agnoueruntque viuum, talem etiam mortuum. Vnde vaticinium eius* (Iob. XXI. 34.) relinquitur praeuaricatio, (hoc est, falsissimum est, et nil nisi mera praeuaricatio.) *O insignem amentiam fastumque Nazarenorum, nulla responsione dignum, tertio die e mortuis surrexisse Iesum adfirmantium! Quod si enim vere Deus fuit, cur non ipsam effugit suspensionem?*

Obstat et hoc (Christianorum opinioni.) *Si diuinitate, quae mortis expers est, praeditus fuit* Christus, *coelum petere debuisset eo tempore, quo ex infelici ligno erat suspendendus in conspectu omnium, fuissetque hoc miraculum clarissimum, quod et diuinitas eius postulasset, et fidem conciliare potuisset. Quare igitur inuerso ordine rationes suas subduxit, ac post triduum in coelum scandit, quum iam esset* veluti cadauer conculcatum, et Ies. XIV. 19. Surculus abominandus? *adeo vt insensi ipsi Israelitae omni iure dicere potuerint, furto ablatum illum esse a discipulis suis, non animaduertentibus custodibus, aut dormientibus. Quin et ipsi custodes in alio sepelire loco Christum potuerunt, siue quod sectari coeperint discipulos eius, siue corrupti ab his fuerint, in societatemque facinoris venerint, et tantum non eo tempore* (Esr. IX. 2.) primi extiterint in praeuaricatione ista. *Si responderint, propter carnem, qua vestitus fuerat, mortem eum sustinuisse per triduum, obuertemus illis Henochum atque Eliam, cum Deo versantes eadem specie eodemque habitu, quo hic fuerunt, nec mortem degustantes. Si dixerint, ad restaurandum orbem purgandumque a peccatis gentium mortem eum sustinuisse, aut, vt illi loquuntur, imputata ei fuisse delicta* (sensus integer haud est, vt quilibet videre potest; et relictum sane est in MS vnius vocis spatium; sed maius subest vulnus, quod studio forsan celare voluit impius auctor.) *Licuisset ipsi in eo comprobare diuinam potentiam, si ante noctem, quae passionem eius ac suspensionem excepit, aspicientibus omnibus nec sine pompa, in coelum abiisset. Tale quid contigit, quum lex olim daretur, totusque moueretur orbis.* (Factum quippe hinc fuisset,) *vt eum* (pro Deo) *agnouissent omnes. Nunc vero sua sequitur consilia, occulta, fraudulenta, nemini conspicua. Adeo omnia eius testantur opera, corruptorem eum fuisse, fraudis et doli artificem, seductorem* (Ies. XXVI. 10.) mali, iustitiam nondum discentis *nec non peregrini, quos a via recta ad fortissimos errores deduxit. Sed redeamus ad interpretationem vocabuli* erhöhen extollere, *quod mortis genus indicabat, teste Ioanne cap. XII* (v. 32. seq.) Si sublatus fuero e terra, omnes traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat (indicans) qua morte esset moriturus. *Hactenus ille. En tibi interpretationem verbi* exaltare, *quod solam notat suspensionem. Ceterum haec ideo discipulis dixit, ne existimarent, morte grauiore ipsum periturum, qualis est viuicomburium, detractio pellis, supplicia discipulorum assectarumque eius non paucis familiaria. Futuram tamen ignominiosam mortem* (haud negat) *affixionem scilicet et suspensionem e ligno. Atque hoc latet in verbis eius, queis subducendum se in coelum affirmat. Et ne quis eum hoc nomine reprehendere posset, adposuit e vestigio.* Hoc vero dicebat, significaturus, qua morte &c.

להוכיח שישו פשע בשליחותו:

מטיאס טו נתן עוד להורות שפשע

X ושנה

ושגה בשליחתו וז׳ איך בין ניט גיזאנט ניאַרט דען פרלאַרט שופן פון הויז איזראל וכו׳ ואחר שנשלח לישראל למה הולך לו בארץ הגליל וברח מארץ יהודה שהיה עיקור מטריפון של ישראל כי הגליל לא היה תרוכם ממשלת ישראל כמ״ש מאטיאוס י״ט יוהאן ז׳ קרישטוס צאג אום אין גריל דען ער וואלט טט אין יודא אום ציהן וויל עם ריא יודן נאך דעם לעבן שטענדן וכו׳ הרי לפנינו כאר היטב שלא היה ליורים יכולת וממשלת שמה דאכל איך היה חפשי מיראתו או בטח לבו שלא יתפסהו שמה לכן כתב לוקס כי מאטיאוס ב׳ דא יאזיפא הערינט אלז ארקלס אים יורישן לנד קינג וואר פארכט ער זיך דאהין צו קומן און צוק אין ריא ערטר דעז גלילישן לנר וכו׳ על פי שני עדים יקום הדבר שלא יחשוב הגליל לארץ יהודי וגם לא היה מושלים עליו היהודים כי גם שמה לא הונח לו מהמלך הורדס ועתה פקח עיניך וראה איך העוה ופשע בשליחתו והמרה פי אביו שנשלחו להשיב צאן תועה ישראל כ״ש והוא הולך מארצם לארץ סמוכה לו בגליל ושם החל לעשות נפלאותיו וכמ״ש מטיאס ד׳ וכשילך ישו בחוף הים הגלילי ראה השני אחים זימון ואנטריאס וכו׳ וכשהלך משם והלאה ראה השני אחים יאקוב ויהאנש וכו׳ קרישטו גינג אים גלילשה לנד .לערנט אין אלין שולן הוילט אלי קרנקן וואנט אין קיפראַרן אין גליל וכו׳ מאטיס ט״ו מארקום א׳ עש גגאב זיך עלז קרישטו אויז גליל קאם לין זיך פון יוהנש דופן דז אנררי טגש וואלט ישו ווידרום אין גליל ציהן און פינר פיליפן ׃ השלישי לאחר השמד וואר דיא האכצייט צו כאנא מכט וואשר צו ווין וכו׳ וזהו המעשה ונס ראשון שעשה ישו והיה בגליל יוהן כ׳׃ יוהן ד׳ דז קינגש זון וואר קראנק רא ער אלז קרישטוס אויז יודא אין גליל קאם דא מכט ער עין גיזונד דז איז דז אנדר ציכן אלז קרישטוס אלז ער אויז יודא אן גליל קאם ואם כדבריו הזה נשלחו לישראל עד שצוה לנעריו שלא יסעו דער היידן שטרוסן אודר דער זאמידיאר שטעטן ציהן זולן זונדר צו ישראל וכו׳ למה לא הראה להם מעשיו

וכיסיו והלך לו לבקש ילדי נכריים פתיי והמונים שלא ידעו ויכירו בתחבולותיו וארמימותיו וכמו כן עשה רוב נפלאותיו בארץ מדבר וביום (lege ובים) רחוק מישוב בני אדם וכמ״ש יוהן ו׳ מטיט ט״ו מרקיס ג׳ מטיס ח׳ דא קרישטוס זאך דז פאלק אום זיך היס ער מער זולט איבר מער פארן וכו׳ לוקיס ח׳ גינג ווידר אן דז מער אבטוויך און הילט זיך אין ריא ווישטן ששיטן וכו׳ מאטיס א׳ ט׳ דז מארגנש גינג ער אין דיא ווישטן און בעטיט וכו׳ מאטיס יא׳ ידי וואז זייט איר גנגין אין דיא ווישטן צו זעהן וכו׳

ובאפאשטל ג׳ כתב וז׳ איך צו פרדרוש האט גאט זיין קינד קרישטוס אויף גיוועקט אייך צו זעגנן אלז זיך איבר פון זיין בוזהייט ביקער וכו׳ והגרה תלמידיו בעצמו הגידו ולא כחדו שנשלח להשיב היהודים מען ואיך מלאו לבו ללכת לעם אחר והראה להם כח מעשיו ונפלאותיו כגונו בים ומדברות מקום אשר לא שם איש ודרש דרשותיו במשלים וחידות למען לא יבינו וישארו שקוע בין מצולת פתיות ועורן לבבם ואכיו לא כן ציוהו דבר גא מתגגר למען תצבר בדרך אם שליח כזה לא מעל ופשע בשליחותו׃

Iesum non rite functum esse munere, ad quod missus fuerat, probatur.

Matthaeus quinto decimo capite occasionem praebet statuendi, male et aliter quam fieri aportebat, versatum fuisse in legatione sua Iesum, haec eius verba recitans (commate 24.) Ich binn nicht gesandt, neirt (pro nur) den verlohren Schafen von Hauss Israel, &c. *Non missus sum, nisi ad perditas oues domus Israel. Si itaque Israelitarum caussa missus fuit, quare in Galilaeam secessit, relicta Iudaea, quae tamen radix erat tribuum Israeliticarum; at Galilaea Israelitarum dominio subiecta non fuit, vt liquet ex his Matthaei XIX. Iaannis VII. 1.* Christus zog umb in גליל (Galilaea) dann Er vvolte nicht in Iuda umb ziehen, vveil Ihm die Iuden nach dem Leben standen, &c. hoe est: *Peragrabat Christus Galilaeam, nec in Iudaea morari valebat, ea quad vitae suae insidias struebant Iudaei. Palam, nobis audientibus, testatur, nullam Iudaeis ibi* (in

(in Galilaea) *fuisse potestatem imperiumque. At si in Iudaea permansisset nunquam ab eo metu liber fuisset, nunquam securus a vi, qua eum ad iudicium traherent. Vnde Lucas II. ac Matthaeus II. scribunt:* Da Ioseph horet, als Archelaus im Iudischen Land Konig vvar, furcht er sich dahin zu kommen, und zog in die Oerter des Galiläischen Lands, &c. *Quum Iosephus audivisset, Archelaum terrae Iudaicae regem constitutum, timuit illuc abire, contulitque se in partes Galilaeae. Sic itaque plurium fide testium constat, Galilaeam ad Iudaeam pertinuisse nunquam, nec Iudaeis paruisse; alias enim ne illic quidem ab Herode rege satis fuisset tutus. Aperi nunc oculos tuas, et quam perverse et indecenter munus suum obierit, quam insigniter contumax in paternam voluntatem Iesus fuerit, contemplare. Missus quippe erat, ex propria confessione, ad reducendum errantes oves Israelitarum; et tamen ex hac regione abiit prorsus in vicinam Galilaeam, ibidemque prima sua edidit miracula, narrante Matthaea IV.* (18.) Ambulans Iesus iuxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem et Andream, &c. (v. 21.) Et quum progressus illinc fuisset, vidit duos fratres, Iacobum ac Ioannem, &c. (v. 23.) Christus gieng im Galiläischen Land, lernete (potius lehrere) in allen Schulen, heilete alle Krancken, (v. 13.) vvohnte in Capernaum in Galiläa. *Circumivit Galilaeam, docuit in Synagogis omnibus, sanabat quasvis aegrotas, habitatumque concessit in Capernaum, Galilaeae oppidum.* (Praeter haec) Matthaeus XV. et Marcus I. 9. scribunt: Es begab sich als Christus auss Galiläa kam, liess sich von Iohannes tauffen. (Io. I. 43.) Des andern Tags vvolt IEsus vviederumb in Galiläa ziehen, und findet Philippum. *Factum est, ut veniens Iesus ex Galilaea, baptizatus a Ioanne fuerit. Postera die voluit abire Iesus in Galilaeam; invenit autem Philippum. Die vero* (Io. II. 1.) *tertia, post baptismum scilicet,* vvar die Hochzeit zu Cana, macht Wasser zu Wein, &c. *nuptiae erant in Cana, ubi ex aqua vinum fecerat. Atque hoc* (v. 11.) *opus erat ac signum primum, a Iesu editum, fuisque tum in Galilaea, affirmante Ioanne II apud quem cap. IV. sequentia etiam reperiuntur* (v. 47.) Des Königischen Sohn vvar kranck, da Er, als Christus, auss Iuda in גליל Galilâa kam, da macht Er ihn gesund. (v. 54.) Das ist das ander Zeichen, als Christus, als Er aus Iuda in Galiläa kam. *Regis filius aegrotabat, quum ipse, Christus nempe, ex Iudaea in Galilaeam venisset, sanitatique restituit illum. Alterum hoc signum est, veniente illo, Christo videlicet, ex Iudaea in Galilaem. Iam vero si ad Israelitas tantum missus fuit, eaque nomine discipulis suis interdixit, ne abirent* (Matth. X. 5.) Der Heyden Strasse, oder der Samariter Städte ziehen sollen, sondern zu Israël, &c. *in viam gentium, aut Samaritanorum urbes, sed ad Israelitas; quare his non ostendit opera ac miracula sua, sed quaesivit potius alienigenas, fatuos, consiliarum et arcanorum suarum ignaros? Quin et multa prodigia exhibuit in solitudine aut mari, longe ab hominum frequentia. Huc faciunt Ia. VII. Matth. XVI. Marc. III. Matth. VIII.* Da Christus sahe das Volck umb sich, hiess Er mehr (mann) solte uber Meer fahren, &c. *Videns Christus turbam se cingentem, iussis ut mare traiicerent. Et Lucas V.* 16. Gieng vvieder an das Meer, entvvich, und hielt sich in die vvüsten Städren. *Denuo se ad mare contulit, aufugit, in eremumque secessit. Iterum Matthaeus I. 9.* (vitiosa est allegatio huius loci, et quorundam antecedentium) Morgends gieng Er in die Wüsten, und betet, *Mane in desertum migravit locum, precesque fudit. Denique cap. XI. 14.* (est comma 7.) *Was seyd ihr gangen in die Wüsten zu sehen,* &c. *Quid egressi estis in solitudinem ad videndum?*

In Apostolorum (actis) *III. haec invenimus scripta* (v. 26.) Euch zuforderst hatt GOtt sein Kind Christus auffgevvecket, euch zu segnen, als sich ieder von sein Bosheit bekehre. *Vobis primum excitavit Deus filium suum Christum, quo benediceret vobis, ac unusquisque averteret se a malitia sua. Atqui discipuli eius palam de eo fatentur, ablegatum fuisse eum hunc ad finem, ut Israelitas a pravis abduceret operibus. Qua igitur fronte ausus fuit ad peregrinum plane populum abire? eidemque praestantissima opera ac portenta sua ostendere? veluti factum est in mari locisque desertis, in queis nemo quisquam habitat. Ad hanc etiam gentem verba saepius fecit, huic parabolas et aenigmata proposuit,* (idque studio) *ne intelligerent, sed immersi profundae simplicitati ac*

 caecitati

caecitati cordis manerent. Non haec fuit voluntas patris ipsius. Loquere, adversarie, quo ex propriis tuis verbis colligere possis, annon eiusmodi legatus pessime legationem obivisse censendus sit?

פרק ד׳ הוא יבאר שדבריו מתנגדים וסותרים זה לזה:

כתוב מאטיס ה׳ וז׳ לאזט איירן ליכט לייכטן פר דען לייט דז זיא איירן גוטה ווערק זעהן און איירן פאטר אים הימל בריזן וכו׳ ובמקום אחר אמר תעשה מעש הם הטובים במחבא ובמסתיר וז׳ מאטיס ו׳ האבט אכט אויף איירן אלמזין דז איר זיא ניט גיבט פר דען ליידן דז איר ניט פון זיא גיזעהן ווערט וכו׳ עש׳ סי׳ ו׳ וז׳ כשתתפללו אל תהיו כחניפים דיא דא שטיין אין דער שול און עקן דער גסין אוף דז זיא פון דען לייטן גיזעהן ווארדן זונדר גיא אין איין קעמרליין שליס דיא דיר צו וכו׳ ווען איר פאשט זולט איר ניט זויאר אויז זעהן וויא דיא היליכר טון זונדר וועש דיין הויפט און זלכש דז דוא שיינשט אלז פשטו ניט וכו׳

יוהן ז׳ איר קענט מיך וואל ווער איך בין וכו׳ שם ח׳ איר קענט ווערד מיך אודר מיין פאטר · יוהן ה׳ זא איך מיר זעלבר צייגן איז מיין צייגן ניקש · שם ח׳ זויא איך מיר זעלבר צייגן בין איז מיין צייגי וואר: יוהן ה׳ איך אבר נעם ניט צייגניש פון מענשן: אפאשט א׳ איר ווערט מיין צייגן זיין:

יוהן ג׳ גאט האט זיין זון ניט גיזנט דז ער דיא וועלט ריכטן זול וכו׳ שם ט׳ איך בין צום גריכט אין דער וועלט קומן:

מאטיס ז׳ ווער דא זוכט דער פינד : יוהן ז׳ איר ווערט מיך זוכן און ניט פינדן:

מאטיס ז׳ ווער דא קלאפט דעם ווערט אויף גיטאן : לוקס יג׳ איר ווערט אבקלאפן און ווערט זאגן הער טוא אונז אויף און ער ווערט זאגן איך קען אייער ניט וואו איר הער זייט :

Caput IV. docet, contraria dixisse Iesum, et invicem sibi repugnantia.

Scriptum in Matthaei V. (16.) *legitur:* Laßt euer Licht leuchten vor den Leuten, daß sie euren gute Werck sehen, und euren Vater im Himmel preisen, &c. *Splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, patremque vestrum, qui in coelo est, glorificent. Verum alibi bonas actiones clam et in occulto praestandas his maxime verbis iniungit apud Matthaeum VI.* I. Habt acht auff euren Allmosen, daß ihr sie nit gebt vor den Leuten, daß ihr nit von sie gesehen werd, &c. *Attendite, ne liberalitatem vestram exerceatis coram hominibus, ut ab illis spectemini. Eodem capite sexto* (v. 5.) *ait: quum oraveritis, ne sis veluti hypocritae*, die da stehen in der Schul, und Ecken der Gassen, auff daß sie von den Leuten gesehen werden. (vers. 6.) Sondern geh in ein Kämmerlein, schleuss die Thür zu, &c. (v. 16.) Wenn ihr fastet, solt ihr nicht aussehen, wie die Heiliger (Heuchler) sonder (v. 17.) wasch dein Haupt und salbs, (vers. 18.) daß du scheinest, als fastu (fastest du) nicht, &c. *Qui in Synagogis angulisque plateatum subsistunt, quo spectentur ab hominibus. Sed introito in conclave, claude fores*, &c. *Quum ieiunaveritis, tristem haud induetis faciem, more hypocritarum. Sed lava caput tuum et unge, ut nullum celebrare ieiunium videaris.*

In Ioanne VII. (28. scriptum prostat) Ihr kennet mich wohl, wer ich binn, *vos, qualis sim nostis.* (Paullo post tamen) *cap. VIII.* (v. 19. ait) Ihr kennet weder mich, oder meinen Vatter. *Neque me nostis, neque patrem meum.* (Etiam sequentia loca in concordiam mutuam redigi nequeunt) *Ioann. V.* (v. 31.) So ich mir selber zeuge, ist mein Zeugen nicks (nichts) *Si de me ipso testor, testimonium meum nil valet; ibid. cap. VIII.* (v. 14.) So ich mir selber Zeuge binn, ist mein Zeuge wahr. *Si mihi ipsi testimonium praeberem, verum tamen esset testimonium illud meum. In eodem Euangelista cap. V.* (vers. 34.) Ich aber nehme kein Zeugnüß von Menschen. *Ego hominum testimonia non recipio. In Apostolorum* (actis) *cap. I.* (v. 8.) Ihr werd mein Zeugen seyn. *Eritis mei testes.*

Ioann. III. (17.) GOtt hatt seinen Sohn nicht gesandt, daß Er die Welt richten soll. *Non misit ideo filium suum Deus, ut condemnet mundum.* (cui obstat) *Ibidem IX.* (39.) Ich binn zum Gericht

richt in der Welt kommen. *Ad iudicium exercendum veni in mundum.*

Matth. VII. (8.) Wer da ſucht, der findet. *Quaerens inueniet. Ioann. VII.* (34.) Ihr vverdet mich ſuchen, und nicht finden. *Quaeretis me, ſed non inuenietis.*

Matth. VII. (7.) Wer da klopfft, dem vvird auffgethan. *Pulſanti aperietur. Luc. XIII.* (25.) Iht vverd anklopffen, und vverd ſagen: HErr, thue uns auff. Vnd er vvird ſagen, Ich kenne euer nicht, vvo ihr her ſeyd. *Pulſabitis fores, dicetiſque: Domine, aperi nobis; ſed is reſpondens dicet vobis; Neſcio, vnde vos ſitis.*

Haec ſunt nugaciſſima illa folia, mendaciis calumniiſque ſcatentia, ex libro quodam vaſtiore, vt videtur, transſcripta, quem in capita diuiſum fuiſſe ex articulo colligimus vltimo, et quem vaſernima Iudaeorum plebs in ſinu adhuc fouet, fouebitque; vſque dum aut pecunia Chriſtianorum, aut precibus, aut vi etiam inde rapiatur; quod vtinam fieri quamprimum poſſit! Nos auctorem, qui mentum et mentem (ſi quam habuit) in hoc libro depoſuit, albis ridemus dentibus, cuius ſi emendare vellemus inſaniam, quantum non nigri ſalis eſſet perdendum? Titulum libro fecit, qui eum vendidit Iudaeus, ויכוח אמונה *Diſceptatio de religione*; nec genuinum eſſe dubito.

IV. Folio XIII. דרשה לשבת תשובה *Homiliam in Sabbatum poenitentiae*, quomodo vocare Iudaei conſueuerunt illud, quod diem כפורים antecedit. Cui ſemel huius generis דרשורת lectae ſunt, ridiculas textuum Biblicorum expoſitiones, maiorum ſcitis fartas, proponi fatebitur mecum. Summa hic imis, quadrata rotundis miſcentur. Neque ſpecies eſt iſtis concionibus, neque cerebrum.

Vnde nec huius noſtrae excerpta dabimus, ne inutili defungamur labore, et minus iucundo. Quamquam non ignoro, eſſe aliquos, quibus impenſe iſta deliria placent, meram hanc dulcedinem exiſtimantes, quam dimidia felicitatis ſuae parte redimerent quam lubentiſſime. Verum indocile hoc et ſtolidiſſimum genus in Arcadiam ad conſortes ſuos auritos amandandum ſemper iudicauimus. Ceterum, imperfecta eſt haec דרשה nec vltra XXIX. verſus progreditur.

V. Folio XIV. aenigmata diuerſa, ex ſacro codice ſumta, et a conuerſo, vt ſuſpicor, Iudaeo, ſermone Germanico, exceptis duobus vltimis, conſignata. Titulus eſt: שעני גייסטליכי אויזערלעזני אונט זינרייכי רעצל שטיקליין אויש גאטש ווארט גצאגין: Schöne geiſtliche auſſerleſene und Sinn-reiche Rätzel-Stücklein, auſs Gottes Wort gezogen. *Praeclara, ſacra, ſelecta et ingenioſa aenigmata, e diuinis libris petita.* Si quis eſt, qui acumen Iudaicum modernum ſcire deſiderauerit, ſibi illa heic adpoſita ſciat; ceteri, queis magis ſolida curae ſunt, ſecure negligent.

וועלכי זינט גשטארבן אונט נימאלש גבארן: אדם אונד עווא:

Welche ſind geſtorben, und niemahls gebohren? Adam und Eva.

Quinam mortui fuerunt, nec tamen partu in lucem editi? Adam atque Eua.

וועלכי זינט גבארן אונט נימאלש גשטארבן: עגאך אונט עליאש:

Welche ſind gebohren, und niemahls geſtorben? Enoch und Elias.

Quinam vero ex natis hominibus morti haud fuerunt obnoxii? Enochus et Elias.

וועלכר איזט אויפגהיבט עהי ער גבארן איזט: יאהנעש:

Welcher iſt auffgehüpffet, ehe er gebohren? Iohannes.

Ecquis ſubſilsi prius, quam naſceretur? Ioannes.

וועלכי זינט איינמאל גבארן אונט צווייםאל גשטארבן: דער וויטוון זאהן צו נין אונט לזרוש פאן בעטהניען:

Welche ſind einmahl gebohren, und zvveymahl geſtorben? der Wittvven Sohn zu Nain, und Lazarus von Bethanien.

Quinam ſemel nati, bis autem mortui ſunt? Filius viduae in vrbe Nain, ac Lazarus Bethanienſis.

וועלכר האט וועדר פאטר נאך מוטר גהבט: מעלחיזדק:

Welcher hatt vveder Vatter noch Mutter gehabt? Melchiſedeck.

Quiſnam neque patrem habuit vnquam, neque matrem? Melchiſedecus.

וועלכי שוועסטרן הכן אירה ברידר גבארן: דעו לאטז טעכטר:

Welche Schvveftern haben ihre Brüder gebohren ? des Loths Tochter.

Quaenam sorores proprios pepererunt fratres ? Filiae Loths.

וועלכי איזט גבארן אונט ניכט גשטארבן איזט נאך אויף דער וועלט אונט לעבט ניכט : לאטש פֿרויא דיא בייא סדום אונט עמורא צור זלץ זיילה ווארדן איזט:

Welche ift gebohren , und nicht geftorben , ift noch auff der Welt, und lebt nicht ? Loths Frau, die bey Sodom und Gomorrha zur Saltz - Seule vvorden ift.

Quaenam mulier nata, non item mortua est, sed hodieque in orbe superest, nec tamen viua ? Lothi coniux , quae prope Sodomam ac Gomorrham in salis statuam conuersa fuit.

וועלכר האט דז ווארט גאטש ערפֿילעט אונט דיא שטראף דאדורך פֿרדינט: יודש אישאריאט:

Welcher hatt das Wort Gottes erfüllet , und die Straff dadurch verdienet ? Iudas Ifcharioth.

Quis verbum Dei impleuit, et hoc ipso poenam promeruit ? Iudas Ischariotes.

וואש איז דש· דש וואשר וואר דש שלאס· דש האלץ וואר דער שליסל · דער יעגר יאגד דש ווילד · דש ווילד וואר עגטגנגן· ונט דער יעגר וואר גפֿאנגן : דש איזט משה וויא ער דש מער גשפלטן:

Was ift das : Das Waffer vvar das Schloſs, das Holtz vvar der Schlüffel , der Iäger iagt das Wild, das Wild vvar entgangen , und der Iäger vvar gefangen. Das ift Mofes , vvie Er das Meer gefpalten.

Nostine quid haec sibi velint ? Aqua erat pro claustro , lignum pro claue ; venator insequebatur feram ; haec euasit , ille captus fuit. Moses innuitur , qui mare diuiserat, Exodi XIV.

וועלכי הבן צו גאט גשריאן אהנע צונגע: דש בלוט אבעל אונט דש בלוט זכריאס ברכיא זאהן:

Welche haben zu GOtt gefchrien ohne Zung ? das Blut Abel, und das Blut Zacharias Barachiä Sohn.

Quinam ad Deum clamarunt absque lingua ? Sanguis Abelis , et Zachariae, filii Barachiae.

וועלכר איזט וועדר אם הימל נאך אויף ערדן גוועזן : חבקוק:

Welcher ift vveder im Himmel noch auff Erden gevvefen ? Habakuk.

Quis neque intra coelum neque intra terram substitit ? Habakuk.

וועלכי זינט עהי גבארן אלז איר פֿאטר אונט הבן דיא בריסטי עהי גזאגן אלז איר מוטר : קין אונט אבל:

Welche find ehe gebohren , als ihr Vatter, und haben die Brüfte ehe gefogen , als ihre Mutter ? Kain und Abel.

Quinam ante patrem suum geniti sunt , vberaque suxerunt ante matrem suam? (Senfus, puto , hic eft : Quinam orti funt ex patre, praeter communem nafcendi legem in vitam hanc ingreffo ? quinam vbera matris fuxerunt , quae ipfa ex vberibus non pependit , feu , quae ipfa matrem nullam habuit?) *Kain et Abel.*

עוף עץ כלא כנף ובא על עף בלא הנף (עגף lege) ובא אחד בלא רגלים ואכלו בלא ידים : דש איזט דער שנא אונט דיא זאנע:

Volitabat auis absque alis , consedit in arbore nullis instructa ramis ; accessit aliquis, cui nulli pedes , comeditque , quamuis nullas haberet manus.

Das ift der Shnee und die Sonne. *Niuem intelligo atque solem.*

אני הייתי כשפת הים וראיתי רחל ורצתי אחר רחל ותהי לאה ושחטתי את רחל ואכלתי ארת יוסף:

Ambulabam iuxta litus maris, videbam illic ouem , cursu insequebar Rachelem , quae defatigabatur ; mactaui ouem , et plus soluto comedi. Senfum , ni fallor , perlepidi aenigmatis expreffimus , cuius elegantia in ambiguo fignificatu vocabulorum *Rachel*, *Leah*, et *Ioseph*, vnice quaerenda eft.

XCI.

Codex nonagesimus primus chartaceus eft in octauo , foliorum XXIX. recentiore manu , et Germanica exaratus lingua , mercatoribus vtilior quam eruditis; continens quippe auri argentique pro varietate locorum pondo , monetarum , ex iisdem metallis cufarum , praeftantiam ac valorem. Apparet hinc negotiationi immerfum fuiffe auctorem pecuniariae ; nec a libraria

a libraria aborruisse, vltima testatur pagina, cui nonnullorum librorum Rabbinicorum pretia inscripta cernuntur. Tantum de codice a litteratorum foro sane quam alieno.

XCII.

Codex nonagesimus secundus membranaceus est in quarto, initio carens, et diuersis licet manibus exaratus, tamen de antiquitatis veneratione commendabilis, constans foliis XCVI. cui sequentia insunt:

I. Fol. I. a. Pars vltima precum Iudaicarum, ea nempe quae in solenni encaeniorum celebratione, in diebus ieiunii statis, in nouilunio, circumcisione atque nuptiis, a Iudaicis hominibus vsurpanda. Scripta est charactere quadrato, et sine punctis vocalibus.

II. Fol. XXXIX a. Expositio hymnorum Dauidicorum, incipiens a Psalmo XXXII. et ad finem vsque Psalmi LXVII. excurrens. Nil hic aliud agitur, quam vt vocabula obscuriora Ebraica, per voces Gallicas antiquas exponat auctor incertus, in multis cum *Raschio* conueniens, nisi quod Noster multo plures voces sermone sibi vernaculo illustrandas exprimendasque sumserit, quam a *Salomone Isacide* factum videmus. In fine, pro explendo paginae spatio, alia manu adiecta sunt perpaucula, ad commixtionem Sabbaticam eduliorum terminorumque spectantia.

III. Folio XLI. b. הלכות שחיטה ובדיקה *Iura mactandorum explorandorumque animalium*, auctore *R. Iacob Veil.* Saepius hic liber excusus est, vt vel Bibliotheca docebit Wolfiana, in qua tamen desideratur editio Francofurtana ad Moenum anno CCCCLXXII. siue A. C. M DCCXII. 4. cum animaduersionibus *R. Zeai fil. Isaaci.* Incipit manu exaratus noster hic tractatus ab his verbis : אמר רב יהודה אמר שמואל כל טבח שאינו יודע הלכות שחיטה אסור לאכול משחיטתו · ואילו הן הלכות שחיטה : Quae non constituunt initium in dicta editione, sed folio demum tertio reperiuntur. Quin et in sequentibus magna vbiuis deprehenditur diuersitas, dum in MS. quaedam omittuntur, quae prostant in editis, ac vicissim multa in scripto leguntur, quae in excusis frustra quaesiueris; id quod ostenderem fusius, si quidquam inde vtilitatis ad res Christianas accedere posset. Solis enim haec Iudaeis scripta putabimus, vt vere sunt.

IV. Folio XLIV. b. Doctrina de computo Astronomico, de solstitiis, intercalationibus, diebus festis rite ordinandis, aliisque eiusmodi rebus; ad Kalendarium facientibus. Huius generis libri עבורים dicuntur, habuimusque similem supra codice LXXXIV. Noster tamen praesens festos Christianorum dies non attingit.

V. Folio LI. a. סדר פרשיות וגם ההפטרות *Ordo, iuxta quem Paraschae cum Haphtaris praelegandae.* Recensentur hic omnes festi dies, indicata e vestigio illa sectione Biblica, quae singulis solennitatibus sacris recitanda, annotato insuper termino, quousque vel sacerdos, vel Leuita, vel Israelita in lectione eius procedere debeat.

VI. Folio LXI. a. denuo occurrit *R. Iacob Veil* paullo ante memoratus libellus, sed iura mactationis tantum complectens. Initium conuenit cum eo quod ex priore attulimus. Ceterum et hic a priore illo nonnihil discrepat.

VII. Folio LXIII. b. ספירת העומר *Numeratio manipuli*, siue, Modus numerandi septem hebdomadas, quae Pascha et Pentecosten intercurrunt. Ratio dinumerandi huc redit. Secundo die Paschae, quo manipulus agitationis offerebatur olim, Iudaeus ita orat: בא״ יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על ספירת שהיום יום אחד : *Benedictus esto Dominus Deus noster, rex mundi. qui sanctos nos reddidit per praecepta sua, imperauitque hanc numerationem. Est vero hodie dies prima.* Ad eandem formam, numero duntaxat dierum immutato, die secundo, tertio, quarto, ac sequentibus precatur. Vltimo autem hebdomados prioris die, haec adiicit: שהיום שבעה ימים שהם שבוע אחד : *Dies hodie septimus est, siue hebdomas finita prima.* Sic per subsequentes hebdomadum dies pergit eundo orandoque, donec ad omnium vltimum ventum fuerit diem, quo sic Numen alloquitur בא״ יי׳ אלהינו מה אקבו על

ספירת העומר שהיום ארבעים ותשעה ימים שהם שבעה שבועות: *Benedictus sit Dominus Deus noster, rex mundi, qui sanctos nos praeceptis suis effecit, imperauitque numerationem manipuli. Est autem hodie XLIX. dies, in quo finem habet hebdomas septima.* Pedem hic figit recutitus, hic numerandi meta est posita. Ceterum, quae numero II. III. IV. V. VI. et VII. adducta hactenus fuere, profecta sunt omnia ab antiqua satis manu, saeculi quantum coniicio, finientis decimi quinti.

VIII. Fol. LXV. a. קידושין *Consecrationes* dierum festorum, sed non omnium. Namque praeter eas, quae in Pascha et Pentecoste adhibendae sunt, hic offendes nullas. Notae sunt illae consecrandi formulae, et passim obuiae: *Benedictus sit Dominus Deus noster, qui nos praeceptis suis sanctos fecit, iussitque, vt hoc vel illud* &c.

IX. Fol. LXVI. b. *Haggada* Paschalis tota, punctis exornata.

X. Fol. LXXXIV. b. Tria priora capita ex פרקי אבות vna cum parte quarti, adusque medium paragraphi nonae. Etiam haec punctis instructa videmus, et eundem scripsisse Calligraphum agnoscimus, qui numero VIII. et IX. memoratos tractatus exarauit.

XCIII.

Codex nonagesimus tertius chartaceus est in quarta forma, foliorum scriptorum XXV. continens

I. Fol. II. a. enarrationem breuissimam calamitatum aliquot grauissimarum, queis Iudaei Ratisbonenses vexati fuere, et quas huc referre libet.

ביום ה׳ כ״ח סיון ער״ג לפ״ק אירע נס גדול בק״ק רעגנשבורג כי ההמון עם היו מתקבצים ואיש חרבו על ירכו ולא היה בעת ההוא לא שר ומושל כ״א מנהיגי המקום היו סוגרין הרחוב לבלתי היות ח״ו שריד · והקב״ה מצילנו מידם והעירונים היו הפוסים על בירת העצה והתקיף שהיה בעיר פלט על נפשו עד שהשיג חיור מן הקיסר ואח״כ חוזר לעיר על כל זאת חזרו ותפסו אותו ותולו (sic) אותו על העץ · כן יאבדו כל אויביך ה׳ ואוהביו כצאת השמש בגבורתו · וגו׳

Die quinto (hebdomados,) 26. *Siuan, anni* 273. *secundum computum minorem* (h. e. anno Christiano 1513.) *res admiranda maxime contigit Ratisbonae. Conuenerat plebs omnis, a cinctusque quiuis erat gladio, neque principem tunc habebat vrbs neque imperantem. Praefecti ergo ciuitatis plateam occluserant, ne vnicus (heu facinus!) in vita relinqueretur* (Iudaeus) *Verum Dei O. M benignitas eripuit nos potestati ipsorum, ipsique ciues in curia capti fuerunt, ac is etiam, qui maxime ferox inter illos* (ac veluti dux et antesignanus) *erat, extra vrbem fuga saluti suae consuluit, donec nuntio Caesaris adueniente ciuitatem ingressus fuerit. Captus nihilominus fuit, et e patibulo suspensus.* Ita (Iudic. V. 31.) *pereant omnes inimici tui, o Deus; at diligentes eum,* sint *vt quum procedit sol in robore suo, &c.*

אוי לנו כי חטאנו ביום ב׳ ב׳ אדר רע״ט בעונינו נחרב ביתנו בלילת יופי המפוארה ק״ק רעגנשבורג וביום א׳ כ״ו אדר גלינו מארצינו: *Vae nobis peccatoribus! Feria secunda, die 2. Adar, anni* 279. (A. C. 1519.) *deuastata fuit ob scelera nostra domus illa nostra consummatae et pulcritudinis et gloriae, sanctissima Ratisbonensis Synagoga, feriaque prima, die 26. Adar exsules e terra nostra migrauimus.* Post quas historias eodem folio eademque columna sequitur צוואת רבינו יודא חסיד ז״ל מרעגנשבורג *praeceptum Rabbenu Iudae Pii, Ratisbonensis*, seu varia potius monita, quae pietatis laude celebris iste Rabbinus posteris suis, ac filio potissimum *Mosi*, obseruanda per omnem vitam dedit, queis immiscentur aliae admonitiones ad vniuersos pertinentes.

II. Fol. III. a. Non pauca hic aspicies מפרק דרך ארץ שמביא ראשית חכמה וגם פרק ז׳ מקצת דברים מחופת אליהו רבה: Quae verba hoc volunt. Proponi hoc loco *R. Israelis* tractatum, cui titulus חופת אליהו רבה *thalamus Eliae magnus*. Is tractatus annecti solet libro *Reschith chochmah*, a R. Elia ben Mosche de Vidas confecto, et speciatim illi capiti, cuius inscriptio est *Derech erez*, agenti de moribus rite formandis. Et sane habes heic tracta-

tractatum illum integrum *Chuppat Eliiahu*, moralia complexum, in quindecim portas diuiſum, atque aliquoties typis exſcriptum, quo de legas licet clariſſimi nobiſque amiciſſimi *Wolfii* Bibliothecam Ebr. pag. 164.

III. Fol. XIV. a. חרושי דינים *Nouellas conſtitutiones*, in quibus ſtrictim ex vno alteroue tractatu Talmudico, quid circa ritus ibi conſtitutum ſit, et quid nunc obſeruandum acceſſerit, indicatur. Auctor eſt incertus.

IV. Fol. XV. b. Nouas quaſdam iuris Iudaici ſanctiones, temporibus *R. Dauidis Munzburgenſis* conditas. Titulus ac initium libri ita ſe habent: אלה התקנות אשר נתקנו בימי ר׳ דוד מסינצבורג · בנידוי באלה ושמתא וחרם גזרנו וגו׳ *Hae ſunt conſtitutiones, diebus R. Dauidis Munzburgenſis ordinatae. Quod ad excluſionem, exſecrationem, Schammatha et Cherem* (excommunicationis gradus) *attinet, decreuimus*, &c.

V. Fol. XVII. b. Fragmentum ex ſcripto, cuius titulum difficillime diuinare licet. In hoc tamen fragmento, quod nonniſi vnica conſtat pagina, exponitur dictum Magiſtrorum ſequens: שלשה חינות · חן אישה על בעלה חן מקח על מקחו חן תורה על עושיה ויא אף חן מקום על יושביו : *Tria hominibus grata ſunt: mulier marito; donum, accipienti; lex, ſeruantibus eandem, et (quod quidam addunt) locus incolis ſuis.* Quae includuntur ſymbolice vocabulo אמרת *veritas*; ſic vt א denotet אישה *mulierem*, מ vero מקח vel מקום *donum* vel *locum*, ת denique תורה *legem*. Quin et de his vniuerſis, *muliere, lege, dono, loco*, in ſacris litteris adhiberi לשון קנין ומקח *voces acquiſitionem et acceptionem* inuoluentes, obſeruat auctor. Atque haec ſumma eſt de parte fracta tractatus illius incerti, quo tamen carere, et quidem ſine intertrimento, poterimus.

VI. Fol. XVIII. a. פירוש מילות זרות על תרגום אסתר *Expoſitionem vocabulorum peregrinorum in Targum Eſtherae exſtantium.* Nempe enim voces Chaldaicae obſcuriores, aut quae tales collectori noſtro viſae fuerunt, in Targum priore (namque duos hodie habemus) libelli Eſther obuiae, notioribus Ebraicis nominibus redduntur. Prodiit equidem פירוש ſeu expoſitio talis in Targum Ionathanis et Hieroſolymitanum, quae praeter Pentateuchum, interpretationes etiam vocabulorum quorundam in Targum Eſther complectitur, ſed quod probe notandum, in Targum Eſtherae שני ſecundum, non vero in prius, eſtque ille פירוש excuſus Pragae in forma quarta. Verum noſtra haec interpretatio prioris Targum Eſther impeditiora et minus cognita nomina quaedam exponenda ſibi propoſuit, atque ſic incipit: ויהי · בגין · למען · עטיתא · עיצרת · חיבתא · פרשעת · שבקת · הניחה · ערטילתא · ערומה : *Et fuit* (Hoc eſt initium libri.) בגין notat *propter*. עטיתא *conſilium*. חיבתא *impia*. שבקת *permiſit*. ערטילתא *nuda*.

VII. Fol. XXIII. b. Similem expoſitionem vocabulorum obſcuriorum in Targum ad Canticum Canticorum occurrentium, quae nonniſi ad comma quintum ſupra decimum capitis ſecundi excurrit. Videtur autem non huius modo Salomonaei cantici integram, verum et reliquorum מגילות expoſitionem, quoad voces aliquot Chaldaicas, dare voluiſſe, quiſquis haec congerere inceperat. Vnum addo, ſcriptum nempe hunc codicem, vt ego arbitror, non longe poſt initium ſaeculi XVI. ac pertinuiſſe quondam ad nos, qui libentes merito conceſſimus illum ſummo amico VFFENBACHIO.

XCIIII.

Codex nonageſimus quartus chartaceus eſt formae quartae, foliorumque ſcriptorum LXII. complectens

I. Fol. I. a. Tractatum Pſeudo-Talmudicum de diebus feſtis Purim, ab illuſtri *Wagenſeilio* ſaepius laudatum, neque adhuc, quod equidem nouimus, Latine redditum; ideoque nos illum, in gratiam litteraturae Rabbinicae cupidorum, mox vna cum verſione noſtra ſubiiciemus. Titulus, fronti praefixus, ita ſonat:

מסכת פורים

לפני זקנים ובחורים : מסודר כפי סוגיות.

סוגיות המשנה והגמרא· בפלפול בטעם
ובסברא : למען ישמח בה הקורא·
בהזכירו את הנס אשר עשה לנו הבורא:
אשר חפר עצת ערומים · והציל אותנו
מיד אויבים וקמים כמו שעשה בזמן
אחשו רושוהמן · שנתלה על העץ אשר
למרדכי זימן : לכן כל איש על הכוס
של יין · יקרא מסכת זו בכוונה וכעיון:
למען ישמחו ויגילו הלבבות · ויי יציל
אותנו מחצים וחרבות : מעתה ועד
עולם · אמן:

TRACTATVS PVRIM

Tam senioribus quam iunioribus utilis, dispositus ad stilum Mischnae atque Gemarae, cum subtilitate, ingenio et acumine. Quem qui legerit, impense gaudeat, in memoriam sibi vocando maximum miraculum, nostri caussa editum a mundi creatore, vtpote qui irrita reddidit callidorum consilia, nos autem e manu inimicorum hostiumque liberauit, id quod tempore Achasueroschi contigit et Hamanis; hic enim ex infelici arbore, quam Mordechaio statuerat, suspensus fuit. Quamobrem quilibet vini poculum manu tenens tractatum legat praesentem magna cum attentione animi, indeque fiet vt gaudium et laetitia pectora nostra sint subitura. Liberet nos diuina gratia a telis ac ensibus, quoad vixerimus, Amen.

Diuiditur tractatus in quatuor capita, praemissamque Mischnam excipit, pro more, statim Gemara. Initium totius operis hoc est: ביום שלשה עשר מבערין את חמים מן הבתים ומן החצרות · ואסור להשהותן עד יום טז בו · ולוקין עליהם משום בל יראה מחצות יום יג׳ ולמעלה:

Absolutum tractatum comitatur folio IV. b. et fol. V. a. מעריב לליל ראשון ושני של פורים indiculus eorum, quae tam vespera prima quam secunda solennitatis Purim sunt peragenda.

II. Fol. VI. a. Librum Cabbalisticum מגן דוד *scutum Dauidis*, in quo litterarum Ebraicarum, iuxta alphabeti ordinem, mystica et abstrusior enarratio proponitur. Puto eundem esse, qui sub *Dauidis ben Abi Simri* nomine lucem vidit Amstelod. 1713. in 4. Praefatio sic incipit בשם המלמד לאדם דעת · שאלת ממני ידיד נפשי אבאר לך צורת האותיות וכוונתן יסוד ציורן ומלואן להורות לך מפתח להכנס לפרדס החכמה וגו׳ Operis ipsius initium hoc est אלף · אלף אלפין ישמשניה וגו׳ אעפ שאמרו שהאותיות הן דמיון עגולה וכעין סופן בתחלתן: Scriptus est hicce codex charactere elegantissimo, anno CCCCLXIII. siue A.C. MDCCIII.

מסכת פורים

פרק ראשון

מתניתין א׳

ביום שלשה עשר מבערין את המים מן הבתים ומן החצרות · ואסור להשהותן עד יום טז בו · ולוקין עליהם משום בל יראה מחצות יום יג׳ ולמעלה:

גמרא · מנא הני מילי · אמר רב חמרא אמר רב כדא אמר קרא ובערת הרע מקרבך · ואין רע אלא מים· דכתיב

TRACTATVS DE FESTIS SORTIVM DIEBVS.

CAPVT PRIMVM.

MISCHNA I.

Decimo tertio die (*mensis Adar*) remouenda est ex aedibus atriisque aqua, neque locus ei dandus (*in domo*) adusque XVI. diem. (*Secus qui fecerit*) poenam sustinet, eo quod inde a media diei XIII. parte et vlterius nulla a quouis sit vel oculis vsurpanda aqua.

GEMARA. Quid sibi volunt modo recensita verba? Rabh Chamra ait nomine Rabh Cada, Scripturam sacram praecipere (Deuter. XIII. 5. et alibi) *Tolles illud malum e medio tui.* Iam vero nil aeque malum

דכתיב והמים רעים הם והארץ משכלרת · מסייע ליה לרב יינא · דאמר רב יינא לא נענש דור המבול במים אלא על דשתו מים בפורים · שנאמר כל מחשבות לבו רק רע כל היום · ואין רע אלא מים · תניא נמי הכי · כל השותה מים בפורים אין לו חלק לעולם הבא · שנא׳ וירב העם עם משה ויאמרו תנו לנו מים ונשתה · הא אם בקשו יין היה להם חלק לעולם הבא · דאמר רב חמרן מפני מה מתי מדבר אין להם חלק לעולם הבא · מפני שלא שתו יין בפורים · שנא׳ שם שם לו חוק ומשפט · שם בגימטרי׳ הפורים · מתקיף לה רב גרגרן · והא נח הוא דקא הביא יין לעולם · שנא׳ ויחל נח איש האדמה ויטע כרם ולמה נענש דורו · מי כתיב ויעש יין · ויטע כרם כתיב · וכדרב בצל דאמר רב בצל מאי ויטע כרם · שעשאו שורות שורות · אמר ר׳ שכרן מפני מה לא נזכרו במגילה אבותינו אברהם יצחק ויעקב ומזכיר שלש פעמים נח · שנאמר ונוח מאויביהם ונוח בארבעה עשר בו ונוח בחמשה עשר בו ולא הזכיר את האבות כלל · מפני שנח שתה יין בפורים · מלמד שכל השותה יין בפורים ומשתכר זוכה לשלשה חנות הנאמרים בנח · נח לשמים · נח לארץ ·

lum eſt atque aqua, Q. S. E. (2 Reg. II. 19.) *ſed aquae malae ſunt, et regio facit abortum.* Quod egregie ſtabilit effatum R. Iena, ſtatuentis; generationem diluuianam non alia de cauſſa aquis punitam fuiſſe, quam quod aquam biberint in Purim, Q. S. E. (Geneſ. VI. 5.) *Omnes cogitationes cordis eius tantummodo malae quouis tempore.* Adeo nil perinde nocet, vt aqua. Proſtat traditio, quae ſic ſe habet: Quiſquis aquam in Purim guſtauerit, partem in ventura vita habebit nullam, Q. S. E. (Exod. XVII 2.) *Contendens populus cum Moſe dicebant; date nobis aquas vt bibamus.* Hi ſane ſi vinum rogauiſſent, a vita futura non excluderentur. Quaerit Rabh Chamran: quare mortui in deſerto loco partem nullam de vita poſt hanc vitam habituri ſunt? (*Reſponſio in promtu eſt:*) Quia vinum in diebus feſtis Purim non hauſerunt, Q. S. E. (Exodi XV. 25.) *Ibi impoſuit ei ſtatutum et decretum.* (*Quo in loco*) שם per Gematriam (*reſpondet voci*) הפורים (*Vtraque enim, ſi in numeros reſoluatur, efficit CCCXL. ex mente Gemariſtae. Quod quidem in* שם *recte ſe habet; verum ex* הפורים *prodeunt CCCXLI.*) Obiicit R. Gargeran: Si Noachus ille eſt, qui primus vinum inuexit in orbem, prout ex hoc loco patet (Geneſ. IX. 20.) *Et coepit Noachus, vir agriculturae deditus, plantare vineam* (*atque ex hoc tempore vinum bibere didicerunt homines,*) qui fit, vt poenas ſuſtinuerint tum temporis viuentes (*propter neglectum vini in Purim? Reſpondetur*) Vbinam ſcriptum legimus, quod produxerit vinum? (*Nullibi.*) Sed hoc tantum memoratur: *plantauit vineam.* Etenim ſecundum R. Bezel phraſis illa, *plantauit vineam*, nil aliud infert, quam quod vinetorum ordines diſpoſuerit. (*Aliaquin bibebat vinum Naachus, inprimis in feſta Purim, cuius hac in re conſuetudinem imitati non fuerunt degeneres poſteri.*) R. Schacran quaerit, quamobrem in libro Estherae nulla patrum noſtrorum, Abrahami, Iſaaci et Iacobi, mentio inferatur, Noachus vero ter memoretur? Legimus quippe (Eſth. IX. 16.) *et quies* נוח *ab hoſtibus ipſorum*; (com. 17.) *et quies* נוח *in XIV. die*, (com 18.) *et quies* נוח *in XV. die.* Patrum profecto indicatorum nulla in toto libro mentio, ſed Solius Noachi, quia is vinum in feſto Purim bibebat. Quod argumentum praebet, eum qui ad ebrietatem vſque vino in ſolennitate Purim ſeſe ingurgitauerit, tergeminam conſecuturum Noachi felicitatem; gratus

גח לבריות · אמר רב חמרא
מי פורות מותר להשתהון
בפורים בבית ואסור לשתותן·
מתקיף לה רב שתיין ורב
שכרן והא תנן לא מצא יין
בפורים ישתה חלב · לא מצא
חלב ישתה עסים · ועסים מי
רמונים הוא · דכתיב אשקך
מיין הרקח מעסים רמוני ·
בשעת הדחק שאני · תנו
רבנן מה ראתה יעל להמית
את סיסרא · והלא היא לא
היתה שונא לו · דכתי׳ ושלום
הוה בין יבין מלך חצר ובין
חבר הקיני · תנא אותו יום
שבא סיסרא לאהל יעל פורים
היה · כתיב הכא בין רגליה
כרע נפל שכב · וכתי׳ התם
החלות לנפול לפניו · מה
להלן פורים אף כאן פורים ·
וסיסרא מים שאל וכיון
שראתה יעל שהוא עוכר על
מצות היום · עמדה וקטליה·
ומפני שלא היה לה יין נתנה
לו חלב · וכדרב כדא סבא
דאמ׳ האי חלכא כיון דמשכרא
מותר לשתות בפורים · תניא·
חמשה תלמידים היו לו לרב
כדא סבא · ואלו הן · רב חמרן·
רב שכרן · רב גרגרן · רב
בקבוק · רב שומא · הוא היה
מונה את שבחן · רב חמרן
בור סוד שאינו מאבד טפה·
תנא אם היה רב חמרן שותה
וטפה של יין נוטף על הארץ·
היה כורע על ברכיו ואגמה
בפיו · רב שכרן אשרי יולדתו·
רב גרגרן חסיד · שכל ימות
השנה

enim coelo, gratus terrae, gratus creaturis omnibus erit. Rabh Chamra cenſet; aquas in torculari aſſeruatas per dies feſtos Purim libere intra domum retineri poſſe, modo ab illarum potu abſtineamus. Cui haec regeſſerunt R. Schatian et R. Schacran; Atqui nos ſtatuimus, deficienre in Purim vino, bibendum lac eſſe; vbi nec lactis copia fuerit, vſurpandum muſtum; per quod muſtum caue aliud quid indicatum putes, quam ſuccum e malis Punicis expreſſum, Q. S. E. (Cantic. VIII. 2.) *Potabo te vino aromatite, ſucco malogranatorum.* Hunc tempore neceſſitatis adhibebis. Doctores noſtri admodum ſolliciti ſunt in danda ratione, ob quam Iael interfecerit Siſeram, pace inprimis hunc inter illamque intercedente, Q. S. E. (Iudic. IV. 17.) *Erat enim pax inter Iabinem regem Chazoris et familiam Chebert Kenaei.* Traditione didicimus, in die Purim adiiſſe Siſeram tentorium Iaelis. Scriptum quippe hic eſt (Iudic. V. 27.) *Inter pedes eius incuruauit ſe, cecidit, iacuit.* Alibi vero haec legimus (Eſth. VI. 13.) *coepiſti cadere ante faciem eius.* (*Notandum vtrobique eſt verbum* נפל *quod*) vti in illo (*Eſtherae*) loco adhibetur in negotio *τῶν* Purim; ita et in (*praeſenti textu ex libro Iudicum*) eoſdem dies feſtos indicat. Porro Siſera aquam rogauerat, quod cum Iael animaduerteret, neque transgreſſorem praecepti, hoc die ſeruandi, ferre poſſet, interfecit ipſum. Eadem Iael, quum vinum quod porrigeret (*petenti aquam Siſerae*) praeſto non eſſet, lac praebuerat. (*Ne, quod de lacte dictum, ſingulare videatur, ſcias velim*) conceſſum lac eſſe, ex R. Cada Saba mente, pro potu in Purim, ſed tum demum, quum ebrietas (*nauſeam facit.*) Traditio. Quinque diſcipulos habuit R. Cada Sabha, quorum haec ſunt nomina: R. Chamran, R. Schacran, R. Gargeran, R. Bakbuk, R. Suma. Laudes horum ipſe (*R. Cada Sabha*) enarrabat ſequentes. R. Chamran ſingulari, etſi parum ciuili, ratione impediuerat, ne vlla gutta (*vini effuſi*) periret. Nam ſi ipſo bibente, guttula forſan in terram caderet, humi flexis genibus procumbens, ore eam attraxerat. Rabh Schacran (*tam excellens doctor erat, vt exclamare liceat*) Beata eſto mater eius! R. Gargeran Religioſi titulum promeruit, eo quod indies magnam cadorum copiam col-

השנה היה אוגר לרוב כדי
להיות לו די לקיים מצות
שתיית פורים · אמרו עליו על
ר' גרגרן כשהיה שותה כל
עוף הפורח באויר נעש' גל של
עצמות · רב בקבוק ירא חטא·
תנא כשהיה רב בקבוק יצא
לדרך מראש חדש אדר
ואילך היה תמיד עמו שני
בקבוקין של יין · אחד של
יין לבן · ואחד של יין אדום·
שהיה מתירא שמא יזדמן לו
מצות היום בדרך במקום שאין
יין מצוי · לכך היה נושא אצלו
תמיד שני בקבוקין של יין
כדי לקיים מצות פורים · רב
שומא כמעיין המתגבר · הוא
היה אומר אם יהיו כל שכורי
עולם בכף מאזנים · ורב שכרן
בכף שניה · היה מכריע את
כולם · רב יינא אמר משמו אם
יהיו כל חכמי שכורי עולם
בכף מאזנים ורב שכרן עמהם·
ורב גרגרן בכף שניה מכריע
את כולם · תניא · שלשים יום
קודם פורים היה הולך רב כדא
סבא עם חמשה תלמידיו
ממרתף למרתף כדי לראות
אם היה להם יין לרוב כדי
לקיים מצות שתיית היום ·
תניא כשהיה ר' שכרן שוכב
היה נאד יין תולה מראשותיו·
וכשהיה רוח צפונית מנשבת
בו היה נוטף מאליו לתוך פיו · מן
הבתים ומן החצרות וכו': למה לי למתני
חצירות · צריכא · דאי אשמעינך בתים·
הוה אמינא בתים הוא דאסור · משום
דעיקר ישיבת האדם בבתים הוא· ואתי
למשתא מנהון · אבל חצירות דלהעברת
קא עבידא · לאו אסורא נינהו · צריכא:

מתניתין

collegerit, quo eo plenius mandato, de bibendo in Purim, satisfacere posset. Referunt de eodem R. Gargeran, eo tempore quo (*vinum in festis diebus Purim*) bibebat, omnes in aere volantes aues conuersas fuisse in tumulos osseos. R. Bakbuk sedulo cauebat, ne peccatum committeret. Relatum de eodem R. Bakbuk legimus, eum, quoties ab initio mensis Adar vsque ad (*diem decimum quartum*) peregrinaretur, solitum fuisse perpetuo secum duas lagenas circumferre, quarum vna albo, altera rubro plena erat vino. Praeuidebat enim euenire facile posse, vt in via, ac eiusmodi loco, vbi nullum plane reperitur vinum, mandatum de celebrando die Purim, velutiex improuiso, irrueret. Huic ergo praecepto vt morem (*vbiuis locorum*) gerere posset, duas, vt dixi, lagenas vini semper secum ferebat. Rabh Suma est veluti fons exundans. Is dicebat: Quamuis omnes totius orbis ebrii in vnam librae lancem imponantur, in alteram vero solus R. Schacran; hunc tamen pondere illos superaturum omnes. Ad quam omnino sententiam pronunciabat nomine eius R. Iena: Quod si et sapientes, sed iam ebrii omnes, et cum his R. Schacran in vnam coniiciantur lancem, in alteram Rabh Gargeran, hunc ponderosiorem istis omnibus fore. Traditio. Triginta diebus ante Purim ibat R. Cada Sabha cum (*memoratis*) quinque discipulis ab vna cella vinaria ad aliam, vt videret, satisne adesset vini? pro implendo mandato, perpotationem tum temporis exigente. Alia traditio. Cubitum non ibat R. Schacran, nisi adpenso ad ceruical vtre vini; ex quo vinum in os eius stillabat, flante Aquilone. (*Sequitur in Mischna*) *Ex aedibus atque atriis.* Quare *atria* diserte hic nomino? Hoc ideo necesse est, vt ne (*si atria designata haud fuissent*) aedes solas intelligeres (*huic mandato obnoxias.*) Aio, prohibitum esse domi seruare aquam, eo quod domus talis sit locus, in quo habitant homines, et qui facile sitienti aquam monstrat. In atriis vero, (*locisque publicis*) per quae transitus cuilibet patet, aquas tunc relinquere non tam seuere interdictum. (*Vides ergo*) necessitatem (*ob quam atria domusque simul memorari debuerant: nempe ad discriminis rationem commode demonstrandam.*)

Aa MISCH-

מתניתין ב׳

מי שהיה לו בור בביתו ביום יג׳ בשערת הביעור יבטלנו בלבו ודיו:

גמרא · מנא הני מילי · אמר ר׳ יינא אמר קרא וכי יפתח איש בור ולא יכסנו · וכי למה פתח ליה אם יכסנו מיד · אלא הכי קאמר · וכי יפתח איש בור לאשתמושי ביה כל ימות השנה · ובא יג׳ ולא כסהו עובר בבל יראה · אמר ר׳ שתיין אמת המים העוברת בתוך העיר · אסור לילך בה בקרוב ד׳ אמות · איני · והאמר רב כדא מותר לילך על שפת הים בפורים · שאני מי ימי · דלא אתי למשתא מנהון · תנו רבנן פורים שירדו בו גשמי׳ יסגור את ביתו ולא יראה אותם · ואם ראה אותם · עובר בבל יראה · מיתיבי · לא יראה לך · שלך אי אתה רואה · אבל רואה אתה של אחרים ושל גבוה · אמרי כי מטו לארעא לאו של גבוה נינהו · דכתיב השמים שמים לה׳ והארץ נתן לבני אדם · ומנלן להסגיר ביתו · אמר רב שכרן אמר קרא לך עמי בא בחדריך וסגור דלתיך בעדך חבי כמעט רגע עד יעבור זעם · ואין העברה אלא במים · שנא׳ מים עברו · והא איכא העברה ביין · דכתי׳ וכגבר

עברו

MISCHNA II.

Qui cisternam domi habuerit (*aquis plenam*) XIII. die (*mensis Adar*) quo omnes remouendae sunt (*aquae*,) si animo suo abdicauerit (*ac quasi nullam haberet, sibi persuaserit*) satisfecit (*mandato*.)

GEMARA. Quid his indicatur verbis? Respondet R. Iena, legimus in Scriptura sacra (Exod. XXI. 33.) *Quum foderit quis foueam, neque aperuerit illam.* (*Sed qualenam hoc est interdictum?*) Numquid enim qui foueam fodit, statim obtegere eandem tenetur? (*Nam sane id lex vult Mosaica*,) sed hoc vnice imperat: Si quis foueam foderit, qua per totum vtatur annum, accedente vero XIII. die (*mensis Adar*) non contexerit, cum pro transgressore haberi legis de non inspicienda (*hoc tempore*) aqua. R. Schathian statuit: ad fossam aquarum, per medium vrbis ductam, nonnisi quatuor cubitorum distantia accedere licere. Itane (*pronunciandum est ex illius magistri decreta?*) Arqui R. Cada in hac est opinione; tuto, ipsis adeo festis diebus Purim, ad litus maris accedere aliquem posse, eo quod nemo facile animo aquas marinas bibendi huc venturus sit. Traditione Doctorum nostrorum iniungitur, vt quando in Purim pluuia de coelo cadit, domus claudi, neque pluuialis aqua adspici debeat. Quisquis vero eam conspexerit, transgressus est mandatum de non intuenda tum temporis aqua. Instant dicendo; non conspicito (*pluuiam*) in tuas aedes cadentem, quamuis eam, quae vel in aliorum domos decidit, vel ex alto ruit (*neque in terram adhuc peruenit*) secure liceat contemplari. Adduntque, simulac pluuia terram attigerit, non considerandam instar eius quae in aere haeret. (*Nam quae coelo propiora sunt, ad Deum spectant, quae viciniora terrae, ad nos.*) Q. S. E. Psal. CXV. 16.) *Supremi coeli Iehouae sunt; sed terram concessit hominibus.* Vndenam vero probari potest, occludendam (*hoc tempore*) esse domum? Respondet R. Schacran, ex hoc Scripturae loco (Ies. XXVI. 20.) *Age popule mi, intra in conclauia tua, et occlude fores tuas; latita quasi exigua momento, donec praeterierit indignatio.* Iam vero transitus (*et vox* עבר) de nulla re, nisi aqua, adhibentur Q. S. E. (Iob. XI. 16.) *transiuerunt aquae.* At vnde transitus per vinum stabiliri potest? Ex hoc textu: (Ierem. XXIII. 9.) *Sicut vir*

quem

עברו יין • ההיא אגברא קאי׃ תנו רבנן ר׳ שכרן ורבי גרגרן מבני בניו של נח היו • ובעלי נסים היו • שפעם אחת הלכו בדרך והגיע מצות היום ולא היה להם יין • וכרעו על ברכיהם ואמרו רבונו של עולם גלוי וידוע לפניך שאבינו נח צדיק ראשון היה בעולם • והוא הביא יין לעולם כדי שיהיה לו יין לקיים מצות היום • ואנו מבני בניו ואין לנו יין כדי לקיים מצות היום ומוטלים בצמא • מיד נזדמן להם באר של יין ושתו ונשתכרו ונקראת על שמם באר שכורים עד היום הזה׃ שוב פעם אחת היה נתארח אורח אחד אצל ר׳ שכרן ביומי דפורים • והביאו לפניו כל מיני יין לבן ואדום ולא היה רוצה לשתות • אמר ליה רב שכרן מפני מה לא סעד מר • וכי עבר מר על מצות היום • אמר ליה מימי לא הייתי סועד כזה • אמר ליה ר׳ שכרן מאי האי • מיד צעק רב שכרן צעקה גדולה ומרדה עד שנשמע קולו ת׳ אלפים פרסה על ת׳ אלפים פרסה • ושמעו כל שכורי עולם ובאין אצלו ואמרו לו רבינו מאי האי • וסיפר להם המעשה • מיד עמדו כל שכורי רבנן והחרימו את הלז׃ והשביעו אותו שיאמר להם מה שמו ושם עירו ומה טיבו׃ עד שאמר להם מבאר שבע אנכי׃

quem ſuperat (transgreditur) *vinum*. Et talis potentia (*vini, quando de ſolennitate Purim agitur, intelligi debet.*) Memoriae prodiderunt magiſtri noſtri, R. Schacran et R. Gargeran ex poſteris Noachi, multiſque miraculis claros, fuiſſe. Hi quum iter aliquando facerent, adueniretque dies quo mandatum (*de bibendo vino*) obſeruandum erat, nec tamen ipſis vinum ſuppeteret, flectebant genua, atque ſic precabantur: Notum tibi eſt, Domine mundi, patrem noſtrum Noachum fuiſſe omnium in orbe primum, qui *Iuſti* nomen tulit, eundemque ideo vini vſum per omnes terrae partes introduxiſſe, quo ſatisfacere praecepto huius diei poſſet. Nobis, qui ex poſteris eius originem ducimus, vinum nunc praeſto haud eſt, neque morem gerere valemus mandato, quod (*largam potationem*) in praeſenti die praeſcribit, ac grauiſſima inſuper ſiti vexamur. Erupit continuo fons vini, ex quo biberunt ad ebrietatem vſque, manſitque fonti adpellatio *Fons ebriorum*, aduſque noſtram aetatem. Alio tempore viator quidam hoſpitio exceipiebatur in diebus Purim a R. Schacran, qui hoſpiti ſuo diuerſa albi aeque ac rubri vini genera adponebat, ſed quorum nullum ille degustabat. Tum ad eum R. Schacran: Qui fit, domine, vt neque cibum capias, neque potum? aut quamobrem delinquis, domine, aduerſus praeceptum huius diei? (*quod, vti noſti, bene potos cubitum ire iubet*) Reſpondit (*viator:*) Nunquam tali ego modo, tamque largo potu, corpus meum (*in diebus Purim*) refeci. Ad quae R. Schacran: (*Bone Deus*) Quid hoc eſt, (*ſodes, quod narras?*) ſtatimque tam vehementer et amare incepit vociferari, vt ad 400000. milliaria tam quoad longitudinem quam latitudinem vox eius fuerit percepta, eandemque omnes totius orbis ebrii audiuerint, qui agmine facto eum conuenerunt, dicentes: Doctor noſter, Quid ſibi hoc vult? Is cum rem omnem enarrauiſſet, communi conſenſu ebrii doctores vniuerſi diris deuouerunt (*hoſpitem*) illum, atque iureiurando conſtrinxerunt, vt et nomen ſuum, et vrbis ex qua ortus eſſet, et conditionem vitae ſuae indicaret. (*Obtemperauit pauperculus,*) reſponditque, Beerſabitanum ſe eſſe, qua in ciuitate nul-

אנכי · ובעירנו אין משקה
אלא מים מתוקים מאבותינו
אברהם יצחק ויעקוב · מיד גזרו
עליו כל שבורי רבנן והחריכו
את הלז עד שיתגייר וגיירו
אותו לשתות יין · וזהו תשובתו
שקבל עליו · שבכל יום ויום
ירחץ בתשעה קבין יין · וישתה
בכל יום שלשה קבין יין · וכל
תבשילו יהיה בפורים בכל
שנה ושנה ביין לבן · וקרא
שמו רב ביברין על שם עירו ·
וגר צדק היה · והלך רב ביברין
לביתו וגייר את אשתו ובניו
ואת כל בני ביתו · וכל בני
עירו נתגיירו עמו · תנא שבע
מאות אנשים מלבד טף
ונשים נתגיירו בו ביום · בא
וראה כמה גדולה מצות
שתיית יין בפורים · שכמה
אנשים ונשים נתגיירו בשבילו ·
ההוא דנחית לפני רב גרגרן
בפורים ואמר ותן טל ומטר ·
גער ביה רב גרגרן ואמר ליה
וכי לא שמיע לך הא דתנן
החסידים הראשונים לא הוו
מצלי בפורים · כי היכי דלא
לימרו ותן טל ומטר · אישתיק
אמרו ליה תלמידיו · רבינו ·
והא כבר משיב הרוח
ומוריד הגשם · אמר להו שאני
הזכרה משאלה:

מתניתין ג'

אין נותנין לבהמה חיה ועוף
לשתות מים מחצות יום י"ג
ולמעלה · אבל יכולין לתת
להם יין מזוג ובלבד שיהא
רובן יין:

גמרא · מתניתין מני · דלא
כרב

lus alius, praeter dulces aquas, reperiretur potus, inde a temporibus Patriarcharum, Abrahami, Isaaci et Iacobi. Lata est confestim ab omnibus vinosis doctoribus sententia, qua tamdiu anathemaris mala experiri debebat, vsque dum proselytus fieret. Et factus est, bibebarque posthac vinum (*in diebus Purim*) Quin et haec, in vicem poenitentiae, ipsi imponebantur: indies se abluere nouem vini cabis; bibere quouis die tres cabos vini; omnibus cibis, quando festi dies Purim quotannis recurrunt, vinum affundere album. Vocatum denique nomen eius fuit Rabh Biberius, secundum adpellationem vrbis vnde ortus fuerat, (*immo potius ex officio nouo sic vocatum dicere debuisses, Iudaee!*) Proselytus iustitiae ab hoc tempore fuit R. Biberius, qui cum domum repedasset, vxorem, liberos, domesticos, omnesque vrbis incolas ad religionem perduxit Iudaicam; ac, si fides traditioni habenda, septingenti vno die homines, non connumeratis paruulis ac mulieribus, nomina fidei Iudaicae addixerunt. Tantum sane valuit mandatum de vino bibendo in Purim, vt tot viri ac feminae eius caussa professionem legis Iudaeorum vltro suscipere non dubitauerint. Hic est ille (*Rabbi Biberius*) qui adibat R. Gargeranum in diebus Purim, iubebatque, vt rorem ac pluuiam (*a Deo precibus*) impetraret. Obiurgabat eum Rabh Gargeran his verbis: Nonne innotuit tibi, quod de antiquissimis sanctis viris traditione didicimus, nunquam illos in Purim (*de rore aut pluuia*) rogauisse Deum? (*Regessit R. Biberius:*) Vbinam legimus non licuisse dicere: concede rorem atque pluuiam. Tace, inquiunt discipuli (*τοῦ R. Gargeran.*) Magistri quidam (*exceperunt, factum tamen*) quondam, vt ventus flaret pluuiaque terram rigaret (*in ipsis diebus Purim.*) Queis respondit (*R. Gargeran:*) rem hanc ex petitione aestimo. (*Quod si enim sine alicuius rogatu pluuia cadat, bene se habet; secus, si precibus eam efflagitauerimus.*)

MISCHNA III.

Iumentis, feris, alitibus, a diei XIII. medio, et vltra, nullam ad bibendum praebent aquam, nisi vino mistam, atque ita quidem dilutam, vt portio vini superet aquam.

GEMARA. Quisnam Mischnae sensus est?

כרב שתיין ודלא כרב שכרן· דלא כרב שתיין · דאמר רב שתיין מצות פורי׳ אינה נוהגת אלא באדם בלבד · שנ׳ קימו וקבלו עליהם ועל זרעם· מכלל דעל בהמתם לא קבלו· ודלא כרב שכרן · דאמר רב שכרן כל רמצער בימי המן חייב בשמחת פורים · ובהמה חיה ועוף לאו בני צערא נינהו· אמר רב כדא אחרים היא· מאן אחרים · רב גרגרן ורב בקבוק· דאמר רב גרגרן נאמר בשבת למען ינוח · ונאמר בפורים כימים אשר נחו · מה מנוחה האמורה בשבת שווין לאדם ולבהמ׳ אף שמחת פורים שוין לאדם ולבהמה· רב בקבוק אמר קרא אני דורש · קימו וקבלו עליהם היהודים ועל זרעם ועל כל הנלווים עליהם · עליהם · על עצמם · ועל זרעם · אלו בניהם · ועל הנלוים עליהם· אלו גרים שנתגיירו · מאי כל· לאתויי בהמה חיה ועוף · ואיבעית אימא מהכא · כתיב והימים האלה נזכרים ונעשים · אל תקרי והימים· אלא והֵיְמִים · והוא הדין לכל בהמה חיה ועוף · אלא שדיבר הכתוב בהווה lege) בהוה·) ומנלן דביין הכתוב מדבר · כתיב הכא נזכרים ונעשים · וכתיב התם זכור את יום השבת לקדשו · מה להלן זכרהו על היין·

est ? Neque ex R. Schathian, neque ex R. Schacran (*opinione, locum illa habere potest.*) Non ex istius mente, eo quod praeceptum de celebrandis diebus Purim ad solos homines spectet, Q. S. E. (Esth. IX. 27.) *Instituerunt et receperunt in se et in semen suum,* minime ergo in iumenta sua; non ex huius mente, cum aequum sit, vt qui calamitates sub Hamane sustinuit, gaudiis fruatur in Purim. Iam vero in iumenta, et reliqua animalia, nec non aues, acerbitas (*illius temporis et persecutionis Iudaeorum, ab Hamano designatae, non cadit, adeoque nec gaudium τῶν Purim.*) Rabh Cada ait: dari alios (*qui plane diuersum a R. Schathian et R. Schacran sentiunt.*) Quinam sunt illi alii? R. Gargeran et R. Bakbuk. Ille sic argumentatur: De Sabbato pronunciatur (Exod. XXIII. 12. Deuteron V. 14) *vt quiescat,* ac similiter de Purim (Esth. IX. 22.) *secundum dies, quibus quieuerunt.* Prout ergo requies Sabbatica hominibus pariter ac bestiis concessa, ita et laetitia in Purim vtrisque ex aequo conueniet. R. Bakbuk dicebat: Citatum e sacro codice textum (Esth. IX. 27.) *Instituerunt et receperunt Iudaei in se, et in semen suum, et in omnes qui essent se ipsis adiuncturi,* sic ego allegorice expono, vt *in se*, Israelitas ipsos; *in semen suum*, horum posteros; *in adiuncturos se illis*, proselytos declarent. At quid voculae *omnes* fiet? Ea et iumenta, et feras, et aues, inuicem aequat. Quaerisne, qua ratione id ex hoc loco probem? Scriptum est (ibid. com. 28.) *Dietque illos memorari et celebrari.* (Caue hic legas) ימים *dies*, sed יֵמִים *muli.* (*Neque haec de solis intelligenda mulis:*) vna est eademque ratio ceterorum iumentorum, ferarum, volatilium; nisi quod loquatur scriptura speciatim de essentia mulorum (*non exclusis animalibus reliquis.*) At vnde constat ex sacris paginis, vinum (*porrigi debere iumentis et valucribus in Purim? Inde, quod in praesenti Estherae loco, quo solennitas Purim, quae absque vino consist.re nequit, iniuncta est*) dicatur: *memorari et celebrari*; ac alibi (*vbi septimae diei, in qua tam homines quam bestiae ab omnibus cessant operibus, celebratio praecipitur*) scriptum reperiatur (Exodi XX. 8.) *Recordare dies Sabbati, vt sanctifices illum.* Quemadmodum enim ibi (*in diebus Purim*) nulla alia est intelligenda commemoratio, quam quae ad vinum instituitur; sic et heic (*in Sabbato*) talis recordatio concipienda. (*Nam et in Sabbato et in Purim genio est indulgendum, etiamque*

היין · אף כאן זכרהו על עסקי יין :

הדרן עלך ביום שלשה עשר

פרק שני

מתניתין א׳

הכל חייבין לשתות יין בפורים· אחד אנשים ואחד נשים · ואחד עבדים וקטנים · אחד מלך ואחד כהן גדול· כלם חייבין לשתות :

נמרא · מנא הני מילי· אמר רב בקבוק אמר קרא וזכרם לא יסוף מזרעם · ואין זכירה אלא ביין אשר לפנינו· ועבדים מנלן · אמר קרא ויין למרי נפש · ואין מרי נפש אלא עבדים· שנא׳ וימררו את חייהם בעבודה קשה : אחד מלך: מאי קמשמע לן· והלא בכלל ישראל הם · אמר רב חמרן סלקא דעתך אמינא הואיל ובמלכים כתיב אל למלכים שתו יין · אימא לאו בני חיובא נינהו·קא משמע לן; ואחד כהן גדול: מאי קמשמע לן · והלא אף הוא בכלל ישרא׳ אמר רב שתיין סלקא דעתך אמינא הואיל וגבי כהן כתיב יין ושכר אל תשת· אימא לאו בר חיובא הוא · קמשמע לן · אי הכי קשיא קראי אהדדי· לא קשיא· כאן בפורים · כאן בשאר ימות השנה· תנו רבנן חולה משקין אותו על פי בקיאים · שנא׳ אלה

quies concessa hominibus atque animalibus brutis. Ergo nil obstat, quo minus et illi et haec vinum festis hisce diebus hilare bibant.)

Reditus noster ad te, caput (*tituli Purim incipiens a verbis*) Decimo terrio die.

CAPVT SECVNDVM.

MISCHNA I.

Necesse est, omnes (*vinum*) bibant in Purim. Eadem virorum ratio est ac mulierum, seruorum et minorennium, regis et sacerdotis summi. Bibere oportet omnes.

GEMARA. Quid haec verba indigitant? R. Bakbuk ait, hunc Scripturae locum (Esth. IX. 28.) *memoria eorum non est interitura a semine ipsorum*, (*nil aliud velle, quam bibendum esse largiter*) eo quod nulla *recordatio* fiat nisi per vinum, quo tunc nos perfundere consueuimus. Vnde, quod de seruis dictum, probabis? Q. S. E. (Prov. XXXI. 6.) *Vinum amaris animo date.* Iam vero nulli aeque sunt animo aegri quam serui, Q. S. E. (Exod. I. 14.) *Et amaram effecerunt vitam eorum seruitute dura.* (*Sequitur in Mischna:*) *Eadem regis est ratio.* Quis horum verborum sensus? (*aut quare spectatim memoratur rex*) qui alias communi Israelitarum adpellatione comprehenditur? Dicit R. Chamran: Opinor hoc ideo factum, quod disertum de regibus prostet mandatum (Prouerb. XXXI. 4.) *Absit a regibus vinum bibere*, (*ideoque, ne huius transgressores videri possint*) aio, illos nil delinquere, (*quamuis vinum in Purim bibant.*) Atque hic verus est sensus. *Eadem summi sacerdotis est ratio.* Quid haec volunt? Nonne et ipse Pontifex maximus accensetur Israelitis? R. Schathian sic existimat; quamuis posita sacerdoti haec lex sit: (Leuit. X. 9.) *vinum potumque inebriantem ne bibito*, tamen omni culpa vacare, si (*festos dies Purim*) non sine vino transmiserit. Hunc ille purat esse sensum (*Mischnae.*) Nonne vero pugnant secum inuicem scripturariae leges (*de regibus ac summo pontifice latae, cum hac magistrorum sanctione?*) Nequaquam. Hic enim de festis diebus Purim agimus (*qui facultatem bibendi vinis largiuntur*; *Scriptura autem*,

אלה המצות אשר יעשה אותם האדם וחי בהם . ולא שימות בהם · איבעיא להו כתיב ובשר ויין לא בא אל פי · ודניאל היכי עביד בפורי שאני דניאל · דחולה הוי · שנא׳ ואני דניאל נהייתי ונחליתי · אמר רב שומא הא דאמרינן הולה משקין אותו על פי בקיאין · לא שנו אלא ביום טו · אבל ביום יד · ימות ואל יעבור לשתות מים בפורים · אמר רב חלה פעם אחת הייתי חולה בפורים · והשקוני מים על פי בקיאים · וכדי לקיים מצות פורים · שמו אששות מלאות יין מימיני ומשמאלי · לקיים מה שנא׳ סמכוני באשישות :

מתניתין ב׳

כל חייבי טבילות שהגיע זמן טבילתן ביום יג · וביום יד טובלין ביין ויוצאין ידי חובתן : נזיר וסוטה חייבין בשתיית יין בפורים :

גמרא · מנא הני מילי · אמר רב חמרא אמר קרא תרתי אני למשוך ביין את בשרי · אל תקרי תרתי · אלא טהרתי · רב גרגרן אמר אתיא סמיכה סמיכה · נאמ׳ כאן סמכוני באשישורת · ונא׳ בקרבנות וסכך · מה להלן בטהרה הכתוב מדבר · אף כאן בטהרה : נזיר וסוטה וכו׳ : מנהני מילי · אמר ר׳ שתיין בנזיר כתיב והימים הראשונים יפלו · מאי יפלו · יפלו בימי פורים

autem, qua pacta) per reliquos anni dies (*vitam instituere rex et sacer as debeant, praecipit.*) Tradunt Doctores nostri, aegroto aquam cisterninam dari posse (*ad restinguendam sitim*) Q. S. E. (Leuit. XVIII. 5.) *Haec sunt praecepta, quae si quis fecerit, in eis viues*, non autem morietur. Propositum antecessoribus nostris fuit dubium ex illo loco (Dan. X. 3.) *neque caro neque vinum intrauerat as meum*, ac nihilominus (*sine vino*) celebrauisse Danielem sacros illos dies. (*Responsum datum fuit*) Danielem tunc in morbum fuisse implicitum, prout ipse testatur (VIII. 27.) *Ego autem Daniel aegritudine quadam laboraui.* R. Suma ait; quod de potu aegroti, ex puteo hauriendo, dictum est, nonnisi de XV. die valet, minime autem XIV. Mori enim tutius est, quam mandatum de aqua puteali non bibenda in Purim violare. R. Challa narrabat; sibi quum aliquando in Purim aegrotasset, aquam fontanam datam; vt vero praeceptum (*de bibendo vina*) in Purim adimpleretur, lagenas vino plenas ad dextram finistramque sibi positas fuisse, conuenienter ei quod legimus (Cantic. II. 5.) *Fulcite me lagenis.*

MISCHNA II.

Lauare omnes se debent, simulac tempus lotioni dicatum, XIII. scilicet (*mensis Adar*) accesserit; at vero die XIV. vino sese abluunt, atque sic satis faciunt mandato. Tam Nasiraeus, quam vxor de adulterio suspecta, vinum in Purim bibant, necesse est.

GEMARA. Quid hisce indicatur? Ait Rabh Chamra, inueniri in S. codice haec verba: (Eccles. II. 3.) *Explorans* תרתי *me, continuando potationem in carne mea.* Vbi non תרתי legendum, sed טהרתי *mundaui.* R. Gargeran dixit; nomen סמיכה *fulcri* varie construi (*cum aliis vocabulis.*) Dicitur enim (Cantic. II. 5) *sustentate me lagenis*; dicitur etiam de sacrificiis (*in Exodo et Leuitico saepissime*) וסכך *et imponet* (manum scil suam.) Prout ergo illic de munditia loquitur Scriptura sacra, ita et hoc loco. *Nasiraeus, ac mulier adulterii suspecta*, et reliqua. Quid haec volunt? Respondet R. Schathian, de Nasiraeo scriptum esse (Num. VI. 12.) *Dies illi priores excident.* Quid inuoluit illud *excident?* Liberi erunt in diebus Purim

Bb 2

פורים שאין נזירות נוהגת בהם · רב כדא אמ׳ מהכא· כתיב והשקו הנזירים יין· ונבי סוטה כתיב ואחר ישקה הכהן את האשה מים· אבל בפורים לא· תנו רבנן חייב אדם לתת לשתות יין בפורים אפילו לאותן שאינן מזרע ישראל· שנא׳ שתה גם אתה והעדל· ואמאי· משום דכתיב וכל שרי המדינות והאחשדרפנים והפחות מנשאים את היהודים· תנא עץ שבו נתלה המן גפן היה· שנ׳ ויתלו את המן על העץ · ואין עץ אלא גפן· שנ׳ בן אדם מה עץ הגפן מכל עץ השדה · אמר רב יינא אותה הלילה שבנות לוט השקו את אביהן יין פורים היה · שנ׳ הן שכבתי אמש את אבי · אמש בגימטרי׳ הפורים:

rim (*Nasiraei a voto de non bibendo vino*) siquidem festis hisce diebus tollitur plane Nasiraeatus. Quaerit R. Cada, vndenam hoc probari queat? (*Ex eo, quod*) Scriptura praecipiat (Amos. II. 12.) *bibendum praebere* (in Ebraea tamen veritate legitur ותשקו bibendum dedistis) *Nasiraeis vinum.* De muliere vero adulterii suspecta scriptum est (Num. V. 26.) *et postea bibendam dabit sacerdos mulieri aquam*, non tamen in diebus festis Purim. Traditio magistrorum nostrorum vult, porrigendum esse vinum in Purim cuiuis, etiam illi, qui Israelita non est, Q. S. E. (Habak. II. 16.) *Bibe tu quoque, et praeputio adhuc deformis.* Quare hoc faciendum? Ideo quod legatur (Esth. IX. 3.) *Et omnes praefecti prouinciarum, et satrapae, et duces subleuabant Iudaeos.* Traditio. Arbor ex qua Haman pependit, vitis fuit, Q. S. E. (Esth. VII. 10.) *suspenderunt Hamanem ex ligno.* Atqui *lignum* proprie adhiberur de vite, prout in hoc loco (Ezech. XV. 2.) *Fili hominis, quid lignum vitis habet prae omni ligno siluae?* Rabh Iena existimat, ea nocte, qua filiae Lothi patrem inebriarunt, Purim celebrata fuisse, eo quod dicatur Genes. XIX. 34.) *Ecce cubui praeterita nocte* אמש *cum patre meo.* אמש autem per Gematriam respondet nomini הפורים.

מתניתין ג׳

מקום שנהגו לאכול בפורים מבושל · אל יבשלו במים אלא ביין · ומקום שנהגו לאכול צלי בפורים · אל יאכלו מבושל:

MISCHNA III.

In quo loco, tempore Purim, elixa consueuerunt edere, non aqua, sed vino decoquant. Vbi vero assos cibos adponere moris est in Purim, ibi elixis vetitum est vesci.

גמרא · אמר רב כדא אותו היום שמכר עשו את הבכורה פורים היה · כתיב הכא ויבז עשו את הבכורה · וכתיב התם ובבזה לא שלחו את ידם· מה להלן פורים· אף כאן פורים·ויעקב עשה תבשילו ביין אדום· שנא׳ הלעיטני נא מן האדום האדום הזה · תנו רבנן תבשיל שנתבשל במים קודם י״ג· ונשתייר ממנה· אסור בהנאה·

GEMARA. Vt R. Cada vult, Purim tempore ius primogeniturae vendiderat Esauus, Q. S. E. (Gen. XXV. 34.) *contemsit* ויבז *Esauus primogenitorum ius.* Alibi reperitur (Esth. IX. 10.) *ad praedam* בבזה *non miserunt manum suam.* Vtrumque contigit festo Purim. Iacobus pulmentum suum rubro macerauerat vino, prout ex his liquet (Gen. XXV. 30.) *Sine me gustare de isto edulio admodum ruso.* Sanciunt antecessores nostri: decocto, quod aqua maceratum ante XIII. diem fuit, et cuius aliquid residuum fuerit, vti haud concessum esto. Quaenam huius

בהנאה · מאי טעמא · אמר רב
בצל אמר קרא ובשל מבושל
במים · מכאן שהתבשיל כמים ·
מה מים אסור בהנאה ביום ינ׳
אחר הביעור · אף תבשיל כן:

הדרן עלך הכל חייבין:

פרק שלישי

מתניתין א׳

מאימתי מתחילין לשתות · ר׳
שכרן אמר משעת שקיעת
החמה · ר׳ גרגרן אמר
משעת צאת הככבים:

גמרא · מאי טעמא דר׳ שכרן
כדי להוסיף מחול על
הקדש · מאי טעמא דר׳ גרגרן
ראמר קרא הוציא לחם ויין ·
איתקש יין ללחם · מה מצה
מצותה מעת צאת הככבים ·
אף שתיית יין · כן ולית ליה לרב
גרגרן מצוה להוסיף מחול על
הקדש · אין ההוא לענין
מלאכה בלבד הוא דאתא ·
אבל לענין שתיית לא · אמר
רב חמרא מודה רב גרגרן לרב
שכרן ביציאת פורי׳ להוסיף
מחול על הקדש אף לענין
שתייה · תניא כל המתעצל
בשתיית יין בפורים · חמשה
מיני חולאים וייסורים באין
עליו · שנא׳ למי אוי ואבוי למי
מרנים למי שיח למי פצעים
למי מכלולי עינים למאחרים
על היין · אשכחיה רב יינא
לרב כדא ואמר ליה לימא לך
מר מאי משמעותא דפורים ·
לא הוה בידיה · אתא ושייליה
בבי

huius interdicti ratio? R. Bazal ex hoc textu eam arceſſit (Exod. XII. 9.) *aut coctile coctum in aqua*. Ex quo loco diſcimus, omne elixum aquae inſtar haberi. Quemadmodum ergo aquis, poſt ſemel inſtitutam earum remotionem, frui in Purim non licet, ita nec elixo.

Reditus noſter ad te (*caput tituli Purim incipiens*) Neceſſe eſt omnes.

CAPVT TERTIVM.

MISCHNA I.

Quandonam initium bibendi faciendum eſt? Si R. Schaeranem ſequi velimus, ſtatim ex quo ſol occumbit; ſin R. Gargeranum, quando ſtellae oriuntur.

GEMARA. Quid in animo habebat R. Schaeran (*quum ſic pronuntiaret?*) Vt aliquid de profeſto die adderet diei ſacro. Quid vero R. Gargeran? (*Reſpiciebat locum* Gen. XIV. 18.) *protulit panem et vinum*. (*Nonne vero*) diſpar vini ratio eſt et panis? (*Minime.*) Quemadmodum enim praeceptum de comedenda placenta Paſchali incipit ab ortu ſtellarum, ſic et ab eodem tempore (*in Purim*) bibere vinum. Habetne R. Gargeran praeceptum (*aliquod diſertum, cui ſuperſtruxit opinionem ſuam*) de adiectione partis diei profeſtae ad diem feſtam? Sane nullum. Illud enim (*quod de placenta Paſchali protulit*) referendum eſt ad opus merum, et tale quidem quod cum actu bibendi conferri non debet. Nihilominus, R. Chamra teſte, palam profeſſus erat R. Gargeran praeſente R. Schaeran, adiici debere ſub finem τῶν Purim aliquid de profeſto die ad feſtum, quo diutius protrahi poſſet potatio. Tradunt (*doctores*) eum, qui ſegnem ſe in bibendo tempore Purim praeſtat, quinque morborum calamitatumque generibus obnoxium eſſe, eo quod ſcriptum legamus (Prou. XXIII. 29.) *cui vae et eheu? cui contentiones? cui querimonia? cui vulnera? cui oculorum conſumtio?* (com. 30.) *His qui tardiores ſunt ad bibendum*. Rabh Iena obuiam factus R. Cadae, rogabat eum his verbis: Dic, quaeſo, Domine, quid vocabulum *Purim* ſenſu ſimplici declaret? Quum is reſpondere promte non poſſet, eandem quaeſtionem in ſchola (*congrega-*

בבי מדרשא · אמרו לירה פורים מלשון פורה דרכתי · מלמד שחייב אדם לבדוק בכל קנקני היין ולראות שיהיה לו מן המובחר · אמר ר' כדא יום ששתו אחי יוסף עמו יין פורי' היה · נאמר כאן והנחה למדינות עשה ויתן משאות · ונאמר להלן ותרב משאת בנימין · מה כאן פורי' אף להלן פורים · ובזכות ששתו ונשתכרו עמו · זכה יוסף להיות לשני שבטים:

tis ibidem doctoribus) proposuit, a quibus hoc responsum accepit: *Purim* esse ex loco (Ies. LXIII. 3.) *torcular* פורה *calcaui*, exponendum, ac simul indicari, probe explorandos vini vrceos, dandamque operam, vt optimum (*bibatur*) vinum. R. Cada ait: Quo die fratres cum Iosepho vinum bibebant, celebrabantur Purim, (*id quod collatis duobus sequentibus locis patebit.*) Legimus (Esth. II. 18.) *quietem prouinciis concessis, dedisque munera.* Alibi (Genes. XLIII. 34.) *maius fuit donum Beniaminis.* Vtrobique festum Purim denotatur (*ideo quod vtroque in loco vocabulum* munus *adhibeatur.*) Quin et eam ob caussam ipsam, quod tam strenue (*fratres*) cum Iosepho vinum exhauserunt, commeruit Iosephus, vt in duas sese diffunderet tribus.

מתניתין ב'

חייב אדם לעשות מלאכה ביום יד' וטו' לארבעה סעודות · ובכל סעודה ישתה עשרה פעמים · ובכל פעם ופעם ישתה עשרה לוגין · אחרים אומרים יג' לוגין:

MISCHNA II.

Adparare quilibet debet XIV. et XV. die quatuor conuiuia (*singulis nempe diebus bina*) ac quolibet in conuiuio decies bibere; denique quauis vice decem haurire sextarios, vel, secundum alios, tres supra decem.

גמרא · הנא ארבעה סעודות כנגד מי · אמר ר' חמרא נגד ד' שהיו באותו מעשה · אחשורוש והמן ומרדכי ואסתר: ובכל סעודה ישתה עשרה פעמים: כנגד מי · אמר ר' גרגרן גמירי אין שתיה פחותה מעשרה פעמים שנאמר העשירי יהיה קדש · איבעיא להו שתה מעט ושהה וחזור ישתה מעט · מהו · מי אמרינן שיהות מצטרפות · ואין צריך לחזור ולשתות · או דילמא אינן מצטרפות ויחזור וישתה · תיקו · הני יג' לוגים שאמרו אחרים כנגד מי · כנגד יג' ווין שנאמרו ביין בפרשת נח · וגמירי דהנהו יג' ווין נאמרו כנגד

GEMARA. Quatuor istae epulae cuius respectu institutae sunt? R. Chamran statuit, respectu quatuor illarum personarum, quae potissimam historiae (*in Purim*) partem constituerunt, Ahasueri scilicet, Hamanis, Mordechaii atque Estherae. *Quolibet in conuiuio decies bibet.* Cuius respectu hoc faciendum? R. Gargeran ait: Prout ego quidem didici, nulla compotatio infra decem poculorum numerum absolui debet, Q. S. E. (Leuit. XXVII. 32.) *Decimum quodque esto sanctum.* Quaeritur, num liceat pauxillum bibere, moramque interponere, tum vero iterum modicc bibere? Vel vt clarius dicam, num praecipiatur, calices continua serie euacuare, sic vt non necesse sit, ex interuallo ad cyathos redire? aut num pocula inuicem sese excipere non debeant, concessumque sit cum tempore, et prout commodo nostro facere possumus, haurire? Hanc quaestionem (*arduam quippe nimis et impeditam*) non soluimus. At XIII. sextarii, quos alii permittunt, quorsum respiciunt? Ad XIII. *Vau* in parascha *Noach* occurrentia, de vinoque vsurpata; vel, vt alii volunt, ad

כנגד יג׳ עקרי התורה · מלמד שכל השותה יין בפורים ומשתכר · כאלו קיים את התורה שנכרתו עליה יג׳ בריתות · מאן אחרים · ר׳ חלא ורב כדא · רב יינא כי הוא מטי להאי קרא אחזו לנו שועלים שועלי׳ קטנים מחבלי׳ את הכרמים · הוא קא בכי׳ רב חמרן כי הוא מטי להאי קרא כי תאנה לא יפרח ואין יבול בגפנים · הוא קא בכי ואמר מאי כוליה האי · תנו רבנן כשחלה רב בקבוק נכנסו תלמידיו לבקרו · אמר להו אצל מי סעדתם היום · אמרו ליה אצל ר׳ כדא סבא · אמר להו מאי קרא קא דריש · אמרו ליה הכי קא דריש · מאי דכתיב כי השתות יהרסון צדיק מה פעל · אל תקרי השתות · אלא השתיות · וכדרב שתיין דאמר רב שתיין צפה דוד ברוח הקדש שעתידה מלכות הרשעה לגזור שמד על ישראל שלא לשתות יין בפורים · אמר לפניו רבונו של עולם אם השתיות של מצוה יהרסון · נח שהיה צדיק ראשון בעולם שהביא יין לעולם מה פעל · הרי לא יוכל להשתמש בו לקיים מצות פורים · ותו דרש · כתיב ויין לנסך וכתי׳ לא יסכו לה׳ · לא קשיא · הא בפורים · הא בשאר ימות השנה · תנו רבנן בשתיית פורים אין חולקין כבוד זה לזה · אבל כל הרוצה לשתות ישתה ·

ad XIII. fundamenta legis. Quod indicio esse debet, illum, qui ad ebrietatem vsque calathos exhaurit vino plenos, non minus egregium edere facinus, quam si legem, XIII. foederibus confirmatam, impleuisset. Quinam sunt illi *alii* (*de queis Mischna?*) R. Challa et R. Cada. Quum R. Iena hoc oraculum legisset (Cantic. II. 15.) *Prehendite nobis vulpes, paruas vulpes, corrumpentes vineas*, assidue fleuit. Similiter Rabh Chamran, quum ad hunc locum Scripturae venisset (Habak. III. 17.) *Namque ficus non efflorescet, et nullus prouentus erit in vitibus*, plorando fessus est, dixitque, Heu! quo tendunt illae (*comminationes*) omnes? (*Ita sane futurum est, vt deficiente vino, nullos posthac dies festos Purim agere queamus.*) Tradunt Magistri nostri, aduenisse quondam discipulos R. Bakbuk ad aegrotantem magistrum, eumque visitasse. Statim quaesiuisse Rabbinum, apud quemnam conuiuati hac die fuissent, illosque respondisse, apud R. Cada Saba. Iterum rogauisse magistrum, quemnam Scripturae textum scite expositum (*a R. Cada Saba inter conuiuii gaudia*) audiuissent? responsum vero reddidisse discipulos sequens: Explicabat nobis hoc dictum (Psal. XI. 3.) *Quando fundamenta* השתות *destruuntur, quid fuerit operatus iustus?* putabatque non legendum esse השתות *fundamenta*, sed השתיות *potationes*. Qua in re consentientem habet R. Schathian, cuius hoc exstat dictum; praeuidit Dauid spiritu diuino plenus, ferale decretum ab impio regno (*Romano*) contra Israelitas promulgandum, de non bibendo vino in Purim. Orabat porro (*R. Cada Saba*) Deum, mundi Dominum, his verbis: Si praeceptum de potando tollitur, quid boni Noachus, primus in orbe Iustus, in terram intulisse iudicandus erit? (*quid et nos facturi sumus, quando*) ablato prorsus vino, obsequium mandato tuo in sactis τῶν Purim diebus praestare non poterimus? Age nunc, argutum quid sistamus. Scriptum est (Num. XV. 5. et 7.) *Et vinum in libamen*; contra vero alibi (Hos. IX. 4.) *Non libabunt Iehouae* vinum. (*Quae etsi diuersa pugnare inuicem fronte videantur, reapse*) non pugnant; alterum enim de festo Purim intelligendum, alterum de reliquo anni tempore. Docent antecessores nostri, in compotationibus Purim dignitates personarum non attendi, sed quemlibet pro lubitu alteri propinare; immo ne inter regem qui-

ישתה׳ ואפילו היה אחד מלך ואחד עבד · מנא הני מילי · אמר רב כדא סבא אמ׳ קרא לעשורת כרצון איש ואיש · מכאן אמרו חכמים ההדיוט קופץ בראש׳ · אמר רב חמרא מפני מה לא בכו בני ישראל על מיתת מרים · מפני שמתה בפורים · שנא׳ ותמת שם מרים · שם בגימטריא הפורים · רב יינא אמר מהכא · דכתיב ולא היה מים לעדה:

dem ac seruum discrimen tunc obseruari. Vnde hoc probamus? R. Cada Saba putat ex illo dicto: (Esth. I. 8.) *Facere pro voluntate vnius cuiusque.* Hinc sapientes aiunt; plebeium occupare tunc posse primum locum. Quaerit R. Chamran, quare mortem Miriam fletu non prosecuti fuerint Israelitae? Resp. eo quod in Purim diem suam supremam clausit, (*quo tempore longe abesse debet omnis luctus*) Q. S. E. (Num. XX. 1.) *Ibi* שם *mortua est Miriam.* Atqui שם tantundem ex regulis Gematriae valet, quantum הפורים (*Sed respice, lector, ad Gemaram Mischnae primae, capitis primi, et errorem animaduerte.*) Petit R. Iena probationem eius (*quod modo adfirmabamus, vita nempe defunctam fuisse Miriam tempore Purim.*) Latet ea in his verbis (Num. XX. 2.) *Neque erat aqua coetui* (*Iam vero in festis diebus Purim aqua ex aedibus proscribenda; quae ipsa quum mortis Miriam tempore defuisset populo, nonne certo hinc colligitur, celebrata tum fuisse τῶν Purim solemnia?*)

מתניתין ג׳

MISCHNA III.

יין שנחמץ קודם פורים · ויין שנשתנה מראיתו · אין יוצאין בהן ידי חובתן בפורים:

Si quis vino vtatur, quod ante festos dies Purim vel coacuit, vel colorem prorsus mutauit, nequaquam satis facere censendus est officio, quod hoc tempore ipsi incumbit.

גמרא · מנא הני מילי · אמר רב בצל אמר קרא ויין ישמח לבב אנוש והצהיר משמן · איתקיש יין לשמן · מה שמן אינו משתנה מראיתו אף יין כן · אי נמי כי היכי דליעבד מצוה מן המובחר · תנו רבנן היו לפניו יין ישן ויין חדש · ישתה מן הישן · והא כתיב וישן מפני חדש תוציאו · תהוא במובחר הכתוב מדבר · היו לפניו יין עכור ויין צח · ישתה מן הצח · שנאמ׳ דודי צח ואדום · אמר ר׳ יינא אסור לערב יין אדום עם יין לבן · משום כלאים · איכא דאמרי משום בל תשחית · ואיכא דאמרי משום דמטול קנאה במעשה בראשית ·

GEMARA. Dic horum verborum sensum. Profert R. Bazal hoc ex Scriptura oraculum: (Psal. CIV. 15.) *Vinum exhilarat cor hominis, nitidioremque efficit illum oleo.* Confertur heic vinum cum oleo. Prout hoc colorem non mutat, ita nec illud. Ergo statuendum, de praestantissimo (*bibendum esse vino*) vt mos geratur mandato. Si cui vinum est vetus et nouum, vetus bibat, idque ex sententia doctorum nostrorum, quam confirmat hic locus (Leuit. XXVI. 10.) *et vetus prae nouo deprometis.* Adeo semper de optimo quouis loquitur Scriptura. Cui turbidum est vinum, et pellucidum, posterius bibat, Q. S. E. (Cant. V. 10.) *Dilectus meus candidus est et ruber.* R. Iena pronuntiat, non licere rubrum vinum cum albo miscere, ob praeceptum (Leuit. XIX. 19.) de heterogeneis. Sunt qui dicunt, metu, ne (*vel vtrumque vel alterutrum*) corrumpatur, (*id faciendum non esse.*) Alii ideo interdicunt, ne aemulatio inter res creatas excitetur, (*natura vnius vini alterum superare conan-*

בראשית · תנא לא ירדו
מלאכי השרת אצל אברהם
אלא בשביל לשתות יין · שנא'
כי על כן עברתם על עבדכם·
כן בגימטריא יין · אמר רב יינא
ר' חמרא רמי · כתיב ויין ישמח
לבב אנוש · וכתי' המשמח
אלהים ואנשים · לא קשיא ·
כאן בפורים · כאן בשאר
יומות השנה · תנו רבנן חבית
שהתחילו לשתות ממנו קודם
פורים · או שנמצא פתוח ·
לא ישתו ממנו בפורים · וכן
חבית שהתחילו לשתות ממנו
בפורים · אסור לשייר בה יין'
ואם שייר ממנו · אסור בהנאה·
אמר ר' שתיין מאי טעמא
דרישא · גזירה דלמא נפיל
ביה מיא · וקיימא לן דטיפת
מים אפילו באלף לא בטיל ·
אמר ליה רב גרגרן בשלמא
חבית שנמצא פתוח · איכא
למיחש שמא נתערב בו מים·
אלא חבית ששתו ממנו מאי
טעמא אסרי רבנן · אמר ליה
חכמים לא נתנו חלוק
לדבריהם · וגזרו הא אטו הא·
אמר מר חבית שהתחילו
לשתות ממנו וכו' ואמאי · אמר
רב חמרא אזלינן בתר טעמא·
טעמא מאי · אסרו רבנן לשתות
מים בפורים · כי היכי דלשתי
אינש יין טפי · ואי הוי הנותר
מותר בהנאה לאחר פורים·
לא ישתו טפי בפורים · והא
בשתיית פורים קבעי בה
רבנן שעור · ההוא שלא
לפחות · אבל להוסיף · כבר
אסרו

conante.) Traditio. Nullam ob aliam caussam ad Abrahamum venerunt Angeli, quam vt vinum biberent, Q. S. E. (Genes. XVIII. 5.) *Nam ideo* כן *transiuistis ad seruum vestrum.* Quo in loco כן per Gematriam respondet voci יין *vinum.* R. Iena dixit, obiecisse R. Chamra (*duos sequentes locos, qui contrarii inuicem sibi viderentur. De vino enim*) scriptum esse (Ps. CIV. 15.) *Vinum exhilarat cor hominis.* Alibi vero (Iudic. IX. 13.) *quod laetum reddit Deum hominesque.* At nulla plane est contradictio. (*Hilares enim Israelitas reddere debet vinum*) in Purim; (*alios autem*) quouis anni tempore. Volunt magistri nostri, e dolio, vnde ante initium τῶν Purim eductum est vinum, aut cuius epistomium loco motum est, non bibendum sacris hisce diebus. Vicissim, nil relinquendum esse in vase vinario, ex quo in Purim bibere coeperunt; sin residuum quid fuerit, vti frui haud licere. Sciscitatur R. Schatiian, quid circa caput (*dolii, siue obturaculum illud quod ori inseritur*) obseruandum? Danda est opera, ne aqua in illud decidat. Etenim certum est, vel vnicam (*aquae*) guttam in millena vasa cadentem, otiosam non esse (*hoc est, vitium contrahere vasis omnibus.*) R. Gargeran ait (*ratum equidem hoc esse, quod is*) qui dolio epistomium detraxerit, curare sedulo debeat, ne aqua commisceatur vino; cur vero vinum dolii, ex quo (*in Purim biberunt*) et cuius pars quaedam (*in dolio*) remansit, decreto magistrorum prohibeatur (*coniectando assequi se haud posse.*) Resp. (*inutilem esse hunc scrupulum, neque cogitandum*) sapientum verba inuicem dissentire. Quin potius decreuisse illos vnum propter aliud (*et prohibuisse quod alias licitum est, ne vetitum pro licito haberetur.*) Mar quaerit, (*supra posita verba*) *E dolio, vnde ante initium τῶν Purim bibere coeperunt*, &c. quare adiecta sint? Respondet R. Chamra: Rationem hac in re sequimur. Quaenam illa? interdictum doctorum nostrorum de non bibenda aqua in Purim. Dictum enim suo loco fuit, quemlibet plurimum vini potare debere. Quod si vero residuum vini post transactos dies Purim bibere concederetur, (*metuendum foret, quosdam*) non largiter pocula hausturos (*ac non parum vini ad reliquorum dierum vsum adseruaturos.*) Rabbini vero nostri ex perpotatione iudicant aestimantque festiuitatem Purim, idque eam ob rationem,

אמרו חכמים כל המוסיף תבא עליו ברכה׃ לישנא אחרינא׃ כל המרבה הרי זה משובח׃ תנו רבנן שלשה עשר שחל להיות בשבת ׃ מעבירין את המים בערב שבת ׃ ומשיירין ממנו מזון שני סעודות ׃ ומדליקין בליל שבת את המנורה של שבת ביין ׃ שנ׳ ויין ידליקם׃

tionem, ne quis sanctitati horum dierum aliquid detrahat, sed illustriorem reddat. Notum enim omnibus est prudentissimum illorum effatum: Quisquis honorem (*solennitatis Purim*) adauget, benedictione non carebit. Hoc item: Laudem meretur summam, quicunque cumulatim satisfacit dignitati (*festorum horum dierum.*) Sciscunt Rabbini nostri, si forsan tertius supra decimum dies (*mensis Adar*) in sabbatum incideret, aquas efferendas hoc casu esse vespera sabbati, reliquendosque cibos duobus conuiuiis sufficientes, lucernis denique sabbaticis affundendum vinum, vi huius oraculi (Ies. V. 11.) *Vinum incendet ipsas.*

הדרן עלך מאימתי׃

Reditus noster ad te (*caput tituli Purim incipiens*) Quandonam?

פרק רביעי

CAPVT QVARTVM.

מתניתין

MISCHNA.

כל אדם חייבין לשחוק בקוביאות וקליפים בפורים׃ אחד אנשים ואחד נשים ואחד עבדים׃

Omnes aleis chartisque in Purim ludere debent, tam mares quam feminae atque serui.

גמרא ׃ מנא הני מילי׃ אמר רב שחקן אמר קרא יקומו נא הנערים וישחקו לפנינו ׃ ועבדים מנלן ׃ אמר קרא ויצאו שנים עשר מעבדי אבנר ומעבדי דוד וגו׳׃ ונשים מנלן׃ אמר קרא ותצחק שרה בקרבה׃ תנו רבנן מעשה ברב יינא ורב חמרא ורב כדא ורב שתיין ורב גרגרן ורב שכרן ורב בקבוק ורב שומא ורב בצרל ורב חלא דהוו מסובין במרתף אחד והוו משחקין בקוביא כל אותה הלילה׃ עד שבאו תלמידיהם ואמרו להם רבותינו כבר הגיע זמן שתיית יין ׃ ואימתי הוא׃ אמר רב שומא משיעלה עמוד השחר ׃ שנאמר משכימי בבקר שכר ירדופו ׃ וכדרב שתיין׃ דאמר רב

GEMARA. Quid haec sibi verba volunt? Respondet R. Sachkan (*ingenuis hominibus aleam chartasque lusorias tunc conuenire*) confirmat Scriptura (2. Sam. II. 14.) *Surgant iam pueri vt ludant coram nobis.* Verum de seruis vnde id constat? Ex hoc loco: *Et egressi sunt duodecim de seruis Abneri et de seruis Dauidis, &c.* Vnde de feminis? Inde quia legimus (Genes. XVIII. 12.) *Ludebat Sara secum ipsa.* Traditioni debemus hanc, quae nunc sequitur, historiam. R. Iena, R. Chamra, R. Cada, R. Schatiian, R. Gargeran, R. Schacran, R. Bakbuk, R. Suma, R. Bazal, atque R. Challa, in cella quadam vinaria mensae accumbentes totam noctem aleae lusu transfigebant, (*neque inde abiissent*) nisi aduenientes discipuli, effluxisse tempus compotationi adsignatum, indicauissent. Quodnam illud tempus est, (*quo finem bibendi facere cogimur?*) R. Suma censet, statim ex quo aurora illuxit, Q. S. E. (Ies. V. 11.) *Surgunt summo mane, qui potum inebriantem sectantur.* In eadem est sententia R. Schatiian, potationem finiendam censens ante, quam quis preces fundat (*matutinas*) Q. S. E. (1. Sam. I. 9.) *Surrexit*

רב שתיין מצות שתיית פורי קודמת לתפלה · שנא׳ ותקם חנה אחרי אכלה בשילה ואחרי שתה · קטנים מנלן · שנא׳ ועתה שחקו עלי צעירי ונו׳ ; כל אדם חייב לשחוק וכו׳ : והא קא מצערי נפשייהו · ולא קאתי לקומי מצות שתיית פורים · אמר רב בקבוק גמירי כל המאבד מעות בפורים על ידי שחוק · מוסיפין לו מן השמים · שנ׳ תחת הנחשת אביא זהב · אביא בגימטריא יד׳ · וכן זהב בגימטריא יד׳ · ללמדך שכל העוסק בידיו לשחוק כדי לקיים מצות פורים ממלאין לו כל חדריו בדינרי זהב · רב יינא כל זמן שהיה מאבד היה שותה · לקיים מה שנאמר תנו שכר לאובדי · תנו רבנן לא מצא מי שישחק עמו · ישחק עם אשתו · מנלן · מיצחק · שנאמר והנה יצחק מצחק את רבקה אשתו · אין לו אשה · ישחק בינו לבין עצמו · מנלן · משרה · שנאמר ותצחק שרה בקרבה · מסייע ליה לרב גרגרן · דאמר רב גרגרן הנעור בלילה והיושב בביתו יחידי ואינו משחק בקוביא · הרי זה מתחייב בנפשו · איבעיא להו הרואה בני אדם שוחקין ובני אדם שותין · איזה מהם יעשה · אמר רב חמרא ישתה ואחר כך ישחוק · דמצות שתיית קודם לכל דבר · שנא׳ ויאכלו וישתו ויקומו לשחק · רב יינא כי הוא מצא נפשיה בכי האי גונא · שתה בחד ידא · ושחק

Surrexit Channa postquam comedisset in Schilo, et postquam bibisset. Vnde minoribus natu (*concessum alea ludere probas?*) Ex hoc loco (Iob. XXX. 1.) *Nunc ludunt coram me minores annis*, &c. (*Mischna sancit:*) *Omnes ludere debent.* Num ergo illi etiam, qui animi aegritudine vexantur? (*Minime.*) Quum enim hi praecepto de vino bibendo in Purim morem gerere nequeant, (*sane nec aleae chartarumque lusus ad illos pertinebit.*) R. Bakbuk aiebat, sic se a maioribus accepisse, eum qui ludendo in Purim pecuniam perdit, diuino munere consecututum vim argenti longe maiorem, Q. S. E. (Ies. LX. 17.) *Loco aeris adducam* אביא *aurum.* Verbum אביא per Gematriam valet XIV. aeque vt vox זהב; lateque hoc argumentum: illius conclauia; qui strenue manu sua (*chartas lusorias talosque versat,*) eo animo vt satisfaciat mandato de obseruatione dierum Purim; illius, inquam, conclauia omnia denariis aureis replenda esse. Quoties R. Iena aere diruebatur, toties merum bibebat, vt impleret dictum (Prou. XXXI. 6.) *Date potum inebriantem perdenti* (pecuniam scilicet suam.) Statuunt magistri nostri, posse quem ludendo fallere tempus cum vxore sua, deficientibus aliis (*e digniore sexu aleatoribus.*) Vnde hoc? Ex historia Isaaci, de quo memoriae proditum legimus (Genes. XXVI. 8.) *Ecce Isaac ludens cum Rebecca coniuge sua.* Coelebs secum ludat solus. Vnde hoc? Ex historia Sarae, qua de legitur: (Gen. XVIII. 12.) *Et ludebat Sara secum sola.* Comprobat hoc ipsum R. Gargeran, cuius effatum sequens in ore versatur omnium: Quisquis noctu e somno excitatus fuerit, aut domi solitarius haeserit, neque tesseris luserit, is reatum sibimetipsi conciliat. Ad hanc quaestionem: Si quis colludentes alios, alios vino se ingurgitantes viderit, ad quosnam conferre se debeat? respondit R. Chamra, primum ad Bibonios, dein ad Ludiones. Est enim praeceptum de mero vino bibendo ceteris omnibus praeferendum, prout ex hoc loco patet (Exod. XXXII. 6.) *Ederunt, biberunt, deinde surrexerunt ad ludendum.* Quum R. Iena aegritudine animi laboraret, in lectoque decumberet, nihilominus vna manu scyphum, altera taxillos tenebat, obseruaturus illud: (Eccles. VII. 18.) *Bonum est vt prehendas hoc, quin etiam ab hoc ne remittas*

ושחק בחד ידא · לקיים מה שנאמר טוב שתאחז בזה וגם מזה אל תנח ידך · קרא עליה ההוא מדרבנן הזהר בכיס ובכוס · ואל יבא עליך כעס · אמר רב שתיין שוחקין בקוביא ושותין בבתי כנסיות ובבתי מדרשות בפורים · לקיים מה שאמר הכתוב ויין ענושים ישתו בבית אלהים · תנו רבנן מעשה ברב כדא ורב יינא שהיו הולכים עם תלמידיהם בפורי מבית לבית לראות מה ששותין בפורים · פעם אחת באו אצל בעל הבית אחד עשיר גדול והיה לו יין לרוב· ורואין שהיו שותין מים · ונתן רב כדא עיניו בו · ונכנס באותו בעל הבית רוח · ונטל מקל והלך למרתף והתחיל לשבור החבית · נערה בו אשתו ואמרה לו למה אתה עושה כן · נטל הכקל וחובטה על ראשה · ואמר לה הרוח מסייעני ואת גוערת בי · אמרה לו אם כן אף אני אעשה כן· ונטלה מקל והתחילה גם כן לשבור החביות עד ששברתם הכל · כשבא הבעל הבית אצל רב כדא · אמר ליה רב כדא מה שמך · אמר ליה הבעל הבית גבר שמי · ולא זזו משם עד שנשר אחת מעיניו ונפל לפני רגליו · צוח ומקונן אני הגבר ראה עיני · אמרו ליה תלמידיו מאי האי · אמר להו מפני שחטא ביין שהוא בגימטריא עין · לפיכך נענש בעין · קרא עליו רב יינא עלי יין זכרהו לעין · בא וראה כמה גדול.

mittas manum tuam. (*Factum hinc est, vt laudem meruerit R. Iena, eidemque*) apposite in memoriam vocatum fuerit prouerbium, quo doctores nostri vtuntur: Marsupii et poculi ne obliuiscaris; sic nulla tibi metuenda est ira. Tam in Synagogis quam scholis aleam ludere tempore Purim concessum putat R. Schathian, vt obsequium praestetur huic mandato: (Amos. II. 8.) *Et vinum damnatorum bibent in domo Dei.* Sequentem historiam narrant antecessores nostri. Quum R. Cada et R. Iena vna cum discipulis suis in Purim ex vna domo ad aliam transiuissent, visuri quale vinum (*et quam strenue*) quisquis potaret, accidit vt in aedes cuiusdam, opibus et auctoritate pollentis, deuenerint. Hic, tametsi vino abundaret vt qui maxime, tamen et ipse et domestici nil nisi aquam tunc bibebant. (*Quae res ita mouit*) R. Cadam, vt seuere in eum animaduerterit, iusseritque spiritum (*nociuum*) has occupare aedes. (*Dictum, factum. Accedens spiritus*) sumto baculo, dolium in cella vinaria confregit. Equidem (*diuitis, de quo loquimur, hominis*) vxor, obiurgare spiritum, caussamque huius damni ex eo quaerere; at is sublato baculo, caput mulieris ferire, atque sic eam adloqui: Tune dira contra me loqueris, quae auxiliatrices praestare manus debebas? Tum mulier: Si ita se res habet, en me paratam! statimque dolia fustibus contundere, vt ne vnicum quidem integrum fuerit relictum. Modo indicatus paterfamilias ad R. Cadam postea accedens, quum ab hoc interrogaretur, quodnam gereret nomen, respondit, *Vir* adpellor. (*Ipse vero R. Cada et R. Iena horumque discipuli*) ex ea domo non abierunt prius, quam (*sordide diues*) ille oculum amiserit, qui repente ad pedes eius decidit. Miserabili flebilique tunc voce pauperculus exclamabat (Thren. III. 1.) *Ego vir ille sum, qui oculorum quondam lumine praeditus.* (*Quo facto, ex R. Cada*) quaesiuerunt discipuli, quare tam (*grauis poena inflicta misero?*) Respondit, quia ille in *vino*, (*cuius Ebraicum nomen*) יין per Gematriam efficit עין *oculum*, deliquit, idcirco oculo fuit priuandus. Mox ad R. Cadam conuersus R. Iena, Mihi, posthac, inquit, vinum in memoriam vocabit

גדול עונשו של מי שלא שתה יין בפורים · אמר רב גרגרן כל ההולך מבית משתה אל בית משתה · ומבית השחוק אר בית השחוק · זוכה לישב בראש כל חכמי שכורי עולם · שנאמר לך אכול בשמחה לחמיך ושתת בלב טוב יינך · וכתיב וטוב לב משתה תמיד:

הדרן עלך כל אדם
וסליקא לה מסכת
פורים:

מעריב ליל ראשון
של פורים

ליל שכורים זקנים ובחורים בחבורה · עד שיעשו זה לזה חבורה · כוס בבת אחת כדין וכשורה · סכאך בלי משקה עכורה · יין מזיג בחמי יורה · ואז תעשה כדת וכתורה:

ליל שכורים זה הלילה · כי באותו היום חמן נתלה · וליהודים היתה רוח והצלה · על כן שתו דודים ושכרו ברנה וצהלה:

ליל שכורים יאמר איש לרעהו · זכור כי יום פורים הוא · בימי חג פורים · פורים צעיר וקטן רקדו · לשתות יין שקדו · בליל שכורים:

ליל שכורים חייב לאכול מעדנים · חלות דבש ותאנים · עשרת מונים · בימי חג פורים · פורים קבלו עליכם לעשות לכל חכירת ברזא · ותנצלו מצרעת עזא · בליל שכורים:

ליל שכורים יין טוב ודבש משתיכם · עד שלא יהא חכם ביניכם · בימי חג פורים · פורים השותה מים וקטן שכר · איסורו ככא על בת נכר · בליל שכורים:

ליל

bit oculum. Diſcas licet, quantam incurrat in mulctam, quiſquis merobibum in diebus Purim non egerit. R. Gargeran ita ſentit; eum, qui conuentus combibonum et colluſorum aſſiduo frequentat, dignum eſſe, cui primus inter omnes totius orbis ſapientes *οἰνοπόταις* concedatur locus, eo quod Scriptura palam dicat (Eccleſ. IX. 7.) *Agedum comede cum laetitia cibum tuum, et bibe animo hilari vinum tuum*; ac rurſum alibi (Prouerb. XV. 15.) *Laetus animo, conuiuium* agit *perpetuum.*

Reditus noſter ad te (*caput tituli Purim incipiens*) Omnes. Atque ſic explicit codex Purim.

PERVIGILIVM NOCTIS
PRIMAE PVRIM.

NOX ebriorum. Senes et iuuenes In vnum coeant ſodalitium; ſemel in gyrum ducatur calix, ex more et ſecundum (*accumbentium*) ſeriem; potio nullo miſceatur liquore; miſtum quippe aqua vinum, (*non ſolennitatis Purim cauſſa te bibere*) ſed calorem pellere, indicat. Sic legi et mandato ſatisfacies.

NOX ebriorum nox haec eſt. Hoc quippe die in lignum actus Haman, Iudaeis ob conceſſam reſpirationem ac liberationem bibentibus cum amicis, interque gaudia et iubila in merum ſeſe ingurgitantibus.

NOX ebriorum. Dicat vnus alteri; Memento hodie Purim celebrari dies feſtos, quibus durantibus, paruuli ſaltant, omnes ſtrenue bibunt. Fieri ſic debet in nocte ebriorum.

NOX ebriorum. Cupedia nunc comede, placentam mellitam atque ficos. Vel decies in Purim haec guſtes. Eſt et epiſtomion dolii remouendum, ſi lepram qua punitus fuerat Vſſiia, effugere volueris. Fieri ſic debet in nocte ebriorum.

NOX ebriorum. Conuiuium vino abundet ac melle. (*Quilibet Baccho ſic litet*) vt compos mentis amplius haud ſit. Aquam in Purim quiſquis ſumſerit, ſegnemque in euacuandis calicibus ſe praebuerit, non minus delinquit, quam qui cum peregrina muliere rem habet. Fieri ſic par eſt in nocte ebriorum.

ליל שכורים ברוכים המשונעים · והולכים לבתיהם תועים · בימי חג פורים · פורים ריר על זקינו ועל עינו · וככלב שוכב על קינו · בליל שכורים:

ליל שכורים ויין יאמר בלעז · הביאו לנו מן העז · בימי חג פורים · פורים דובר שקרים יכנן · להביא יין בלא משכון · בליל שכורים:

ליל שכורים הזכוכית בפין צר · בל יראה רק באוצר · בימי חג פורים · פורים הנה יום טביחה · ולכל ישראל ימי שמחה · בליל שכורים:

ליל שכורים החכמים נעשו הדיוטים · משכרים כוסות כשוטים · בימי חג פורים · פורים נערים וזקנים במרתף · ביין ובבשר רועב · בליל שכורים:

ליל שכורים והיה כוס גדול ומלא · מן המובחר ומן המעולה · בימי חג פורים · פורים מחיל אל חיל ברנה · ממרתף למרתף ומפנה לפנה · ויהיה לו לשתות בכל עונה · וכן יעשה לעולם פעם אחת בשנה · בגלה ברנה ובשמחה בזמנה · בליל שכורים:

סליק מעריב ליל ראשון של פורים:

מעריב ליל שני

של פורים

אוחזי בידם ארבעה קנקנים · שותין מלבות רב ואוכלים מעדנים · פותחים את פיהם בשירה וברננים · להודות ולהלל ולהסיר כל יגונים:

ביום זה לשמוח בניך הזהרת · משוגע ושכור מכל עם בחרת · שחוט צאן ובקר אמרת · יין ושכר ביום זה לו דברת:

ליל

NOX ebriorum. Felices, quotquot vinum dementes efficit, et quotquor titubante pede domum repedant in Purim. Hoc enim tempore barba oculique madeant vino, nec aliter quam canis recumbant finguli in nidis fuis. Decent ifta noctem ebriorum.

NOX ebriorum. (*Recitanda tunc eft parafcha Noach, in qua XIII*) Vau occurrunt (*de vino adhibita,*) et vernaculo quidem fermone. (*Noachus enim vinum*) inuenit generofiffimum. Mendacia quae in Purim proferuntur, vera funto. Vinum, fine pignore, adferatur. Haec iura funt noctis ebriorum.

NOX ebriorum. Vitrum fumatur ore angufto; nulla de re, nifi de cella, follicirus efto. Dies Purim dies funt mactationis (*pecudum,*) Ifraelitis vero dies laetitiae. Haec facienda in nocte ebriorum.

NOX ebriorum. Qua prudentes fiunt ficut plebeii, qua foecundi calices titubationem adferunt. In diebus feftis Purim iuniores aeque ac feniores ad cellas vinarias confluunt, atque famelicis vinum caroque porrigitur. Haec funt folennia noctis ebriorum.

NOX ebriorum. Poculum Herculeum, vino praeftantiffimo Dominicali plenum, eft euacuandum. In Purim de robore ad robur, ex cella vinaria vna in aliam, ab angulo (*vrbis*) vno ad alterum difcurfandum eft, bibendumque quam creberrime. Atque fic faciendum femper, quoties in orbem redierint fefti dies Purim, maxima cum exfultatione, cantu, gaudio, ftatis temporibus. Haec omnia in honorem noctis ebriorum.

Finis peruigilii noctis primae Purim.

PERVIGILIVM NOCTIS SECVNDAE PVRIM.

TENENDI manibus funt quatuor canthari; bibendum omni ftudio; comedenda lautiffima quaeque; inftituendae cantilenae, quo animus ad laudem gratiarumque actionem excitetur, expulfo omni moerore.

DIE hoc laetitiam filiis tuis (*o Deus*) imperauifti; ebrium et titubantem prae omnibus elegifti; mactationem ouium ac boum praecepifti; vinum potumque inebriantem nobis iniunxifti. NOX

ליל שכורים האיש אשר יעשה בזדון · ושותה מים לאבדון · ענוש יענש בבית דין · בימי חג פורים :

ליל שכורים כל שאינו שותה מיד · ראוי להכותו ביד · ולהחרימו לעולמי עד · בימי חג פורים :

ליל שכורים האיש אשר יעשה לחביתו ברזא · כאלו עשה לפתחו מזוזה · ושכרו יקבל בעולם הזה · בימי חג פורים :

ליל שכורים החולק כבוד לרבו · מות יומרת דמיו בו · ועונו ישא על לבו · בימי חג פורים :

ליל שכורים יעשה תבשילו בשומן · ואל ישתמש רק ביין ושמן · ואמרו כל העם אמן · בימי חג פורים :

ליל שכורים המונע מלעשות אגוזים מטוגנים בדבש · קללה במדיו ילבש · ובבית האסורים יחבש · בימי חג פורים :

ליל שכורים המושיט כוסו לחבירו למעלה · ותוקע בו תקיעה גדולה · בידוע שהוא איש בקי וראוי לגדולה · בימי חג פורים :

ליל שכורים משוגע יקרב חלום · ועניו וביישן עלם יתעלם · ועל בעלי שתייה יפרוס סוכת שלום · בימי חג פורים :

סליק מעריב ליל שני של פורים :

NOX ebriorum. Quisquis praefracte egerit, et aquam sui cum damno biberit, poenam curiae non effugiet. Fieri id debet in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Quisquis confestim poculis se non tinxerit, grauem experietur plagam, eritque diris perpetuum deuouendus. Fieri hoc debet in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Quisquis dolium epistomio liberat, non minore dignus laude est, quam si Mesusam ianuae adponeret suae, mercedemque in hac adhuc vita feret. Fieri sic debet in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Quisquis maiorem domino tribuit honorem (*in Purim quam servo*) morte dignus est, supplicium sibimetipsi conciliat, criminisque culpam senriet. Fieri aliter non debet in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Cibi tingantur adipe; vinum oleumque, nil aliud, adhibeantur; dicatque vniuersus coetus Amen. Sic fieri fas est in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Quisquis prohibuerit nuces melle conditas comedere, exsecrationem simul cum vestibus suis induet, in carceremque coniicietur. Postulant hoc leges dierum festorum Purim.

NOX ebriorum. Quisquis praebuerit poculum sodali in primo accumbenti loco, plausumque concitauerit magnum, nae is peritus in arte, summaque gloria dignus habendus. Fieri sic debet in festis diebus Purim.

NOX ebriorum. Titubans huc accedat, oculisque clausis in occulto dormiat; dum interea qui nocturno certant mero, in pacis tentorio viuant. Sic fieri debet in festis diebus Purim.

Finis peruigilii noctis secundae Purim.

Hic est egregius ille codex Pseudo-Talmudicus, dictis factisque ad virtutem scilicet! ducentibus, cummaxime refertus. Eum nos integrum exhibere voluimus, etsi haud ignari, prodiisse quidem eius editionem Venetiis, sed nonnisi vnicam, quantum nobis constat, paucissimisque Christianorum, ac mihi ipsi, non visam, atque adeo raram, vt quasi pro non edito haberi olidus libellus possit. Versionem adieci, non elaboratam aut quae demorsos saperet vngues, verum festinatam, ac intra vnius diei spatium simul et ortam et perfectam, quod vix excusandum iudicarem, friuolis hisce et gerris Siculis vanioribus, diutius

immorari. Quare, si forsan non vbiuis sensum sui assecutus, veniam ab aequo lectore et prudenti paratam confido; aut, si qui in condonando difficiliores se praebuerint, per me licet suo exemplo comprobent, versariores se in nugis esse Rabbinicis, quam adoream nemini inuideo. Culices secare, (quod de Herophilo narrant) et seruorum more τὰ κύκλω λέγειν καὶ περιπατίζεσθαι, ab ingenio nostro alienum est. Et tamen differendi hic modus ex vniuerso elucet, quem dedimus, tractatu Purim, quem si Praeficarum naeniis frigidiorem dixeris, nil contra veritatem dixeris. Neque tamen adeo inutilis est, vt nullum plane afferre nobis queat commodum. Nam et stultitiam inde Iudaicam, et celebrandi sacros dies Purim rationem, in impressis libris ritualibus tam diffuse, vt hic factum, non tractatam, et doctrinae eorum moralis capita praecipua, et quam longe aliter doceant, aliter viuant, hinc cognoscimus. Cui non placeret, quod in כל בו folio 46. col. 2. edit. Venetae legitur: חייב אדם לבסומי בפוריא לא שישתכר שהשכרות אסור גמור ואין לך עברה גדולה מזו שהוא גורם לגלוי עריות ושפיכות דמים ולכמה עברות זולתן אך שישתה יותר מלמודו מעט כדי שירבא לשמוח ולשמח האיונים וינחם אותם וידבר על לבן וזו היא השמחה השלמה: *Debet in Purim ad hilaritatem vsque quilibet bibere, non ad ebrietatem; haec enim omnino vetita est, neque maius illa datur vitium. Ex ea prohibiti nefandique concubitus oriuntur, et caedes, et quae non mala? Hoc tantum licet, plus solito bibere, vt et ipse hilaris fias, et moestos exhilarare, et consolationis rore perfundere valeas. Haec est laetitia licita.* Quantum hinc recedit quod in *Megilla* fol. 7. b. legitur; eousque in festo Purim indulgendum esse genio, et tam liberaliter bibendum, vt inter *maledictus Haman* et *benedictus Mardechai* discrimen non amplius noscatur? et hoc *Maimonidis* Hilchot Megillah II. 15. שותה יין עד שישתכר וירדם בשכרותו: *Tamdiu bibet, vsque dum ebrius somno obruatur.* At quid nostrum *Massechet Purim?* Non laudat ebrietatem, sed praecipit, adposita in deliquentes poena grauissima. Prodeunt in scenam magni doctores, R. Gargetan, R. Schacran, R. Iena, R. Schatiian, R. Cada Sabha, R. Chamra, R. Bakbuk, R. Sachkan, id est, si Latine interpreteris, *Epulo, Ebrius, Vinum, Bibonius, Hydria vino plena, Merum, Lagena, Risus* vel *Ridiculus*; quibus se comites adiungunt lepidissimi ingenii combibones, R. Challa, R. Bazal, R. Suma, siue, *Placenta, Cepe, Allium.* Fit et cuiusdam Rabbi ביברין mentio in Gemarà ad cap. 1. mischn. 2. quem sine haesitatione *Biberium* transtuli, nihil curans Talmudicam vocem ביבר, ex Latina *viuarium* formatam, ac ioculare insuper Biberii nomen praesenti negotio magis aptum non vane forsit censens. Licetne hinc suspicari, nomina modo memorata esse ficta, totumque codicem Purim animi oblectandi caussa compositum, adinstar Batrachomyomachias Homericae? Nisi tam benignam ferre sententiam voluerimus, qui assaniae, logi et flocci sint excusandi, non inuenio. Verum de his viderit compilator ipsus. Denique observandum est, illustrem *Wagenseilium* serio quondam cum animo constituisse suo Massechet Purim luci publicae donare, versione notisque auctum, atque huius propositi spem non semel orbi litterato fecisse. Qua sine verba eius ex fine praefationis ad tractatum Sota huc referre pretium ducimus operae: מסכת פורים *siue librum Pseudo-Talmudicum de FESTO SORTIVM, quem, postquam Venetiis ante centum et amplius annos excusus est, Iudaei magno studio suppresserunt, ex Vaticano, et nostro MSS. probe emendatum, tecum communicabo. Huius, praeter Mischnam, dum Gemaram quoque integram, versione et notis illustrabimus, verum modum ostendemus, quo Talmudistae argute subtiliterque altercantur, facemque praeferemus, ad scrutanda intima Talmudis adyta.* Iterum in obseruationibus largissimis ad eundem librum Mischnicum, pag. 592. seq. *Dicam alim multa*, inquit, *in adnotationibus ad Massechet Purim, quam contemtim abiecteque Iudaei de sexu foemineo sentiant, et simul varia Rabbinorum vndique conquisita prodam consilia, quibus si quis morem gerat, masculam futuram prolem, serio pollicentur.* Nec non pag. 1071. ad illum titulum Sota: *Iterum*, inquit, *recipio de* בת קול *ad Massechet Purim acturum me, si Deus volet, prolixe et diligenter.* Mentionem tractatus nostri denuo inicit in praeloquio,

quio, quod libro *Toldos Ieschu* praefixum: *Quod dum exsequor, commodum succurrit cautio, quam in lepido mustcoque libello Massechet Purim his verbis adhibendam censuit auctor:* אמר רבי בון דבר זה מסורת אבותינו בידינו איש מפי איש שומע מפי שומע עד כרמי כל ה׳ הכתוב בספר הזה חול ולהכי נהוג עמה למכתבינהו בתלתא יודין וכן הלכתא: *hoc est: Ait R. Bon: Haec res constanti, nec vnquam interrupta maiorum traditione, inde ab ipso Carmi, ad nos peruenit, omne nomen diuinum in hoc libro expressum, profanum esse. Quamobrem fert quoque consuetudo, vt tribus Iod notetur. Atque hoc est extra controuersiam.* Quae nos loca ideo adscripsimus integra, vt euidenter appareat, Massechet Purim Vaticanum aeque ac Wagenseilianum, ab eo quod nos exhibuimus, plane diuersum esse. Etenim in nostro nihil de contemtu sexus elegantioris legitur, non occurrit effatum R. Bon, immo ne nomen quidem huius Rabbini vsquam conspicitur, vti nec vox *Ihoua*, siue tribus siue duobus Iod exarata. Vnde colligimus, varios hoc titulo circumferri, et a se inuicem dissidentes, *Massichtot Purim*, non vno tempore, neeab vno auctore congestos, eo consilio, vt historiarum varietate diuersis legentium desideriis satis fiat, animisque gaudium imprimatur. Quamuis etiam dubium mihi non sit, codices omnes, qui inscriptionem *Massechet Purim* in fronte gerunt, suauissimis narratiunculis et auditiunculis esse perspersos: insigniores tamen nugas impostorias, aut longiores Silenorum pilos in illis prae nostro conspiciendos sisti, vix existimo. Nempe enim, in re frigidissima calent, in feruentissima frigent Rabbini. *Maaribhim*, hoc est peruigilia vtriusque noctis τῶν Purim, MSC. nostro adiecta, omittenda minime iudicaui, ne quid vesaniae Iudaicae occultauisse videat.

XCV.

Codex nonagesimus quintus chartaceus est in quarto, foliorum CXX. initio et fine carens, scriptus lingua Iudaico-Germanica.

I. Fol. I. a. exstat liber *Minhagim*, siue caerimoniarum per totius anni cursum sancte obseruandarum, cuiusmodi libri magno numero excusi vbiuis inueniuntur. Adiuncta est folio CVII. a. tabula pro inuestigando primo die Paschali.

II. Fol. CX. a. Cantilenae quaedam leguntur rhythmis Iudaico Germanicis (vulgo Inden-Teutsch nominamus) consignatae, e quibus duae laudes decantant Sabbati; vna historiam mactandi per Abrahamum Isaaci, vltima denique, sed cuius tres tantum priores supersunt strophae, historiolam de Friderico imperatore sponsam suam domum ducturo, complectitur.

Exaratus est codex, vt ex subscriptione Paschalis tabulae apparet, יום ג׳ א׳ ימים לחודש אב בשנת שׁ״ד בפרשת אלה הדברים: *Feria tertia, die primo Abh, anni CCCXXXIV.* (A. C. MDLIV.) *quum praelegeretur Parascha* (Deuteron. I.) אלה הדברים et quidem manu אברהם בר משה שליט״א *Abrahami, filii Mosis, qui laete vitam transigat! Amen.* Idem in Saxonia habitauisse se adfirmat.

XCVI.

Codex nonagesimus sextus chartaceus est in quarta forma, constans foliis XXII. atque formulas exhibens epistolicas Iudaico-Germanicas varii argumenti, etiam amatorii; descriptas, si quid iudicare valeo, ex libro quodam mere Germanico. Nam et paginae hic annotantur certi alicuius libri, vnde illae petitae sunt formulae, (quibus nonnullae satis elegantet Germanismos referunt) et immixtas habent Latinas non minus quam Gallicas voces, plane ad genium huius saeculi. Inde a folio primo adusque fol. XV. b. vna eademque plus vicies descripta repetitaque formula; idque forsan studio. Putabat enim, opinor, Apella, ita fieri posse, vt indolem Germanici sermonis exactius addisceret; neque hoc male. Scriptus est codex charactere Iudaico modemo, Viennae Austriae, anno ה׳ע״ב CCCCLXXII. siue anno huius saeculi duodecimo. Nomen scribentis omnibus propemodum paginis subiectum, est יהודא בן יחיאל מיכל ז״ל מהאך האויזן *Iehuda ben Iechiel Michal, p. m. Hachhausensis.*

APPENDIX.

Huc denique coniiciemus quotquot serius ad nos delati codices, ad suas classes

 referri;

referri, nisi turbatis vniuersi catalogi numeris, haud potuerunt. In quibus collocandis nullum sequemur ordinem, eo quod alii aliis quotidie succedentes noui et recens emti codices procul abesse omnem ordinem iubeant.

XCVII.

Codex nonagesimus septimus partim membraneus est, partim chartaceus in forma octaua maiore, constans foliis centum, quibus inserta sunt totidem folia pura. Et his ipsis puris foliis inscriptae sunt passim annotatiunculae, quae vel verba textus Ebraei Latine exprimunt, vel Ebraicam veritatem quocunque modo illustant, aut certe illustrare debebant. Etenim, vt, quod res est, dicamus, steriles illae admodum sunt, et attentione nostra prorsus indignae. Neque foliis modo illis puris, sed et margini textus, adpicta huius commatis annotamenta scias. Continet porro codex Genesin Ebraicam integram, et Exodum, vsque ad cap. XXXVI. 30. scriptas cum punctis vocalibus quidem, at sine accentibus, et sine Massora, nisi quod ad Genes. XIV. 2. vocemque הִוא צֹעַר vnica visatur notula Massorethica, indicans decem supra octo esse locos, in quibus היא reperiatur scriptum vice הוא appositis ad marginem locis illis omnibus. Puncta vocalia recentiore manu adiecta esse inde liquet, quod nigrorem ipsis consonis constantiorem seruauerint. Vt nos censemus, neque nimium antiquus, neque recens nimium est codex, ad saeculum tamen XIII. vel vltra referendus, ac Burcklinio quondam nostro aptus vtique visus, quem, quum Biblia vno alteroue abhinc anno vulgare coepisset, cum editis componeret exemplis; noster quippe fuerat hic codex. Quod ad eius commendationem facit, possessorem habuit insignem illum *Iacobum Fabrum.* Sic enim in fronte voluminis scriptum cernimus folio secundo: *Liber Iacobi Fabri, quo legauit fratres in monte Diuae Agnetis.* Et in calce: *Liber monasterii canonicorum regularium in monte sanctae Agnetis, quem recepimus ex legatione magistri Iacobi Fabri domination.* Ac eodem folio: *Liber Fabri, qui erat fratribus in monte Agnetis ex legatione.* Sic legauit Faber monachis librum, quem ipse a monachis acceperat, prout folio III. legitur: *Liber Iacobi Fabri, quo donatus est a religiosis patribus Barlaeo et Bosmino.* Num is est Faber ille Stapulensis? Non dubito. Quamquam enim is libros suos Girardo le Roux legauit, memorante *Paullo Colomesio* in operibus pag. 811. et *Paullo Frehero* in theatro pag. 150. fieri tamen potest, vt vel diu ante hoc testamentum, quod ἐν προθύροις θανάτοιο positus condidir, vel, quod vero propius videtur, hunc librum reliquis, Girardo le Roux legandis, non annumerarum, monachis sanctae Agnetis concesserit. Nobis sane, praeter hunc Stapulensem, alius non innotuir Iacobus Faber, ad quem codex referri possit.

XCVIII.

Codex nonagesimus octauus chartaceus est in quarto, initio et fine carens, satis tamen antiquus, foliorum integrorum CCLXXIV. adsunt enim quaedam mutila, lacera, ac volumini vix adhaerentia, quorum proinde curam habuimus nullam. Sistit compendium commentariorum *Dauidis Kimchii* in libros aliquot Biblicos, incipiendo ab 1. Samuel. XIV. et illa historia, quae Ionathanem contra mandatum patris mel degustauisse refert, pergendoque per secundum Samuelis librum, ac vtrumque Regum, nec non Ieremiam, in Iesaiae cap. XLIII. 2. terminatur. Praeponitur enim Iesaiae Ieremias, idque, vt apparet, de industria, nullo Calligraphi vitio. Dixi *compendium* hic exhiberi commentariorum Kimchianorum; neque sententiam muto. Patuit hoc legenti non modo et conferenti, verum ipse etiam compilator fatetur. Etenim quum paucissimis recensuisset non longum illud proloquium, Ieremiae vati a Kimchio praemissum, quod incidit in codicis nostri folium CXI. a. sequentia adiecit: עַ֯כ קצרתי אני המעתיק דבריו בהקדמה וכן דעתי לקצר דבריו בפרישׁ הפסוק בעזרת השׁי׳: *Hactenus ego translator compendio exhibui, quae in praefatione fusius exposuit* (Kimchi,) *idemque cum reliqua textus Biblici interpretatione facere, annuente Deo, decreui.* Hinc in fine commentarii ad 2. Samuel. caput vltimum pauca ex Kimchio, cuius verba αὐτόλεξει religiosissime seruat, pro illustratione vocum ex commate 24. בכסף שקלים חמשים afferens, multa, quae ad scopum non facere visa fuere, praetermisit, ad

ad ipsumque Kimchium lectores ablegauit, scribens folio XLV. a. ויש דרשות אחרות תמצאם בפירוש הארוך : *Sunt et aliae expositiones allegoricae, quas in commentario maiore inuenies.* Et sane desunt in MS. omnia, quae citato capiti annexa leguntur apud Kimchium. Deest pariter longus ille discursus, quem fini capitis XIII. libri secundi Regum attexuit Kimchi, mere historicus atque chronologicus. Litteralia quippe sectatur vnice collector noster, qui etsi breuitati cummaxime studuerit, committendum tamen haud putauit, vt ea negligeret loca, quae nos Christiani contra perfidiam Iudaicam vrgemus. Quod eius consilium sicut non totum approbandum crediderim, ita in eo vicissim laudandum existimem, quod incorrupta nobis exhibuerit Kimchiana verba, adeo vt beneficio huius codicis lacunas in Kimchio non paucas explere liceat. Atque hoc ipsum nunc praestabimus. Ad Ieremiae XXXI. 31. in MSC. fol. CLV. col. 2. ita legimus: ברית חדשה׳ הוא שתהיה קיימת ולא תופר כמו שהופרה הברית שכרת בהר סיני והערלים טועים בזה ואומרים כי הנביא נבא על תורה חדשה שחדש להם ישו הנוצרי: *Foedus nouum.* (Indicant haec verba) *stabile fore pactum, neque irritum reddendum, prout contigit foederi ad montem Sinai inito. Errant vero praeputiati, dum affirmant, Prophetam agere de noua lege, quam Iesus Nazarenus de nouo ipsis dedit.* In editis desiderantur voces הערלים טועים itemque ישו הנוצרי quas ex manuscriptis codicibus Anglicanis restituit etiam *Pocockius* notis ad portam Mosis cap. VIII. pag. 338.

Ad Iesaiae II. 18. folio CLXXXIV. b. habet sequentia volumen nostrum scriptum : אעפי שהאלילים כבר פסקו מקצת האומות עוד יש בקצת המזרח עובדי אלילים והנוצרים גם כן עובדי׳ אלילים משתחוים לצלם ישו לימות המשיח יכרתו לגמרי : *Tametsi pars non exigua gentilium abiecerint cultum idolorum, tamen in quibusdam regionibus orientis ille viget, ipsique Christiani sunt idololatrae, incuruantes se coram imagine Iesu. At Messiae diebus idola prorsus exscindentur.* Quae non ita leguntur in ἐκτετυπωμένοις, vbi *Christianorum* ac *Iesu* nomina, huic loco intelligendo maxime necessaria, frustra quaesiueris. Ad eiusdem capitis comma vltimum, folio CLXXXV. a. post haec verba : אֹכ חיי האדם קצרים ואיך יתכן לבטוח עליו: *Quod si ergo vita hominis est breuis, quomodo quis homini confidere tuto queat?* post haec, inquam, verba, ex maiori commentario in compendium missa, sequentia illico ponuntur, in impressis haud exstantia : ויש בזה רמז לאומות הנוצרי׳ שיכפרו אז באמונתם ויאמרו חדלו לכם מן האדם אשר עבדתם עד הנה שאינו אלוה כמחשבותיכם אלא נשמה באפו כאשר אדם אֹב במה נחשב הוא: *Innuitur hic profana Nazarenorum plebs, quae tunc fidem suam abnegabit, dictura : Abstinete vos ab homine illo, quem adhuc coluistis. Neque enim Deus ille est, vt quidem existimabatis, verum halitus est in naso ipsius, plane ad morem aliorum hominum. Quod cum ita sit, quanti putatis illum esse aestimandum?* Quae si cum Pocockio pag. 322. seq. commiseris, feliciter ab eo defectus manu exarati codicis Laudiani, quo vsus fuit, suppletos videbis; nam chirographum quoque nostrum cum illo, quantum ad res attinet, suauiter et in adductis, et statim proferendis speciminibus plerisque, conspirat.

Ad Ies. VII. 14. folio CXCVIII. a. haec leguntur in MSC. העלמה אינה בתולה כדברי התועים *Vox* Alma *virginem minime denotat, vt tamen erratici illi* (Christiani) *adfirmant.* Duo vltima vocabula in Kimchio hodie non reperiuntur. Paullo post, typis expressi codices ita legunt : ולהשיב לחולקים כזאת הפרשה מבואר בספר הברית שחבר אדוני אבי זל בתשובות החולקי׳ וענין הפרשה כי אחז היה מפחד בעבור שני מלכים האלה שלא ילכדו את ירושלים ונתן לו אות כדי להאמין שלא ילכדוה ואם האות דבר כאשר הם אומרים: *Quid aduersariis circa hanc sectionem respondendum sit, expositum est in* Libro Foederis, *a piae memoriae patre ac domino meo confecto, vbi paratam offendes ad dissidentium argumenta responsionem. Est porro is huius Paraschae sensus. Metuebat Achasus, ne duo isti reges Hierosolyma vi occuparent; id vero minime futurum, dato in eam rem miraculo, significauit Deus. Iam si portentum tale quid est, quale illi volunt,*

lunt, &c. Sed multo aliter ſcriptus manu, folio cit. col. 2. ולהשיב למינים מבואר בספר הברית שחבר אאז״ל וענין הפרשה סותר רבריהם כי אחז היה מתפחד מפני שני המלכים ונתן לו אות להאמין שלא ילכדוהו ואם הוא אומר על ישו כמו שהם אומרים וגו׳ *Haereticis quid reſpondendum ſit, expoſuit pater meus p. m. in* Libro Foederis. *Repugnat vtique ſenſus Paraſ.hae verbis illorum. Duos metuebat reges Achas; ſed vanum eſſe metum, neque ipſum* (Achaſum) *captum iri, ſigno admirando ea de cauſſa edito, confirmabat Numen. Si vero ille* (Propheta) *de Ieſu loqueretur, vt illi contendunt.* Quis hic diuerſitatem, et inſignem quidem, non animaduertit?

Ieſ. XXIV. 22. folio CCXXXV. b. editiones habent: ואאז״ל פירש הפסוק על ישראל שיהיו בגלות ימים רבים וסגרו על מסגר בין עמים ובין עמים: *Dominus parens meus p. m. comma hoc de Iſraelitis interpretatur, qui per multos annos in exſilio viuent, claudenturque in clauſtro, gentes inter populosque.* Quatuor poſteriora verba in MS. differunt, vbi videas בין ארום ובין ישמעל *Edomaeos inter atque Iſmaelitas.*

Ieſ. XXV. 2. folio CCXXXVI. a. in Baſileenſi editione eſt וארמון זרים אמר על בבל *Palatium peregrinorum dicitur de Babele.* Verum in MS. על רומי. de *Roma.*

Locum Ieſ. XXVI. 5. fol. CCXXXVII. b. et קריה נשגבה *ciuitatem elatam* intelligit noſter de Roma, palam ponens היא רומי quod nomen proprium loci abeſt ab impreſſis.

Ad Ieſ. XXXIV. 1. folio CCLX. a. b. variant editi ac ſcriptus, multaque in hoc leguntur, quae in illis omittuntur. Quamobrem neceſſe erit lectionem codicis noſtri huc adſcribere: זאת הפרשה עתידה והיא לחרבן רומי ואחר כך זכר תשועת ישראי׳ עד ויהי בארבע עשרה שנה וקרא אותו בצרה כמו שהיתה בצרת עיר גדולה בארץ ארום ומלכות רומי כולם אדומים ומחזיקים בדת הנצרי ואע״פ שנתערכו בהם עמים אחרים וגם קיסר המלך אדומי היה וכל המלכים שהיו אחריו ברומי וכן אמר ירמיה במגילת איכא תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עליך בת ארום וגו׳ הנה כשתחרב ארץ ארום שהיא רומי יבא כל ישראי׳ מגלות זה שלא יוסיפו לגלות עוד. ואמר על כל הגוים כי גם מלכות ישמעל תחרב ורוב הגוים הם בין מלכות ישמעל ובין מלכות ארום: *Haec ſectio res continet futuras adhuc, agitque de Romanae vrbis excidio, et ſecutura Iſraelitarum ſalute, vſque ad haec verba* (cap. XXXVI. 1.) Factum eſt decimo quarto anno. *Vocatur autem Roma nomine* Bozrae *ea de cauſſa, quod ſit vrbs magna inſtar Bozrae, quae in terra Edom ſita fuerat. Iam vero Romanum imperium Edomeis refertum eſt, Nazareni doctrinam ſequentibus. Ac licet aliae gentes illis permixtae ſint, tamen et Caeſar Edomaeus rex fuit, et omnes qui poſt eum Romae imperarunt. Sic Ieremias in Threnorum volumine* (cap. IV. 22.) *ait:* Conſumta eſt iniquitas tua, filia Ziion, neque perget in deportatione relinquere te; viſitabit te (ita legit codex עליך ſed Ebraica veritas habet עונך) filia Edom, &c. *Quo enim tempore terra Edom ſiue Roma vaſtabitur, eodem ex captiuitate praeſente dimittentur Iſraelitae omnes, neque aliam ſubire cogentur. Dicit vates* (Ieſaias ſcil. cap. XXXIV. 2.) ſuper omnes gentes, *ſiquidem et regnum Iſmaeliticum deſtruetur; plurimae autem gentes inter Edomaeos et Iſmaelitas reperiuntur.* Haec longe pleniora ſunt illis, quae vulgatae editiones vniuerſae praeferunt, vt cuiuis eas inſpicienti continuo apparebit.

In eodem capite, commate quinto, Baſileenſis legit: ועל מי תרד החרב הזאת מן השמים על יון ועל עם חרמי כי הוא עם שאני רוצה להחרים: *Contra quem vero deſcendet gladius hic de coelo? contra Graecos, et contra populum anathematis mei; is enim eſt, quem internecioni deuoui.* Verum MSC. eodem folio col. 2. ita: ועל מי תרד החרב על ארום ועל עם חרמי כי ארום הוא עם שאני וגו׳ *Super quem deſcendet enſis? Super Edomum, et populum anathematis mei; namque Edom populus ille eſt, quem* &c.

Ibidem ad comma 7. Baſileenſis Kimchius habet: וימותו מלכים רבים אחרים ממלכי יון *Multi alii reges Graecorum morte peribunt.* At ſcriptus noſter fol. CCLXII. a. עם מלכי ארום ימותו מלכים רבים ממלכי האומות: *Vna cum regibus Edomaeo-*

Edomaeorum alii quoque multi regum gentilium morientur.

Eodem capite ad comma nonum Buxtorfiana editio haber : תרגם יונתן ויתהפכון נחלהא גומר: *Ionathan interpretatur : et conuertentur torrentes eius.* Multo vberius autem MSC. תרגם יונתן ויתהפכון סלב נחלי רומי לזפת לומר כל הפרשה על רומי: *Ionathan ita reddidit : conuertentur prorsus torrentes Romae in picem, innuitque eosam hanc sectionem agere de Roma.* Ex quo supplemento laciniosam quoque Ionathanis paraphrasin esse intelligimus, annotaruntque complures in omnibus Targumim defectus viri docti, dudum ab aliis iam indicati, quibus addimus *Hammondum* ad Apocal. XVIII. 2. pag. 500.

Mox ad comma vndecimum post verba Kimchiana : ואבן העופרת שהיא המשקולת *lapis plumbeus, qui est perpendiculum*, haec adduntur in MSC. האל יחריב רומי *deuastabit Deus Romam.*

Ibidem commate 16. his verbis והטעם שכל הגזרות תבאנה *Sensus est, omnia decreta suo tempore ventura*, codex noster folio CCLXII. col. 2. sequentia annectit : על ארץ אדום super *terram Edomaeorum.* In eodem commate Basil. editio exhibet ; שיבאו כולם בארץ כות *fore vt veniant omnes in terram Cuth* ; sed in MS. loco כות exstat אדום statimque subiicitur, והיא רומי *estque illa Roma.*

Denique commate 17. Basil. editio nude legit הפיל גורל בארץ *proiecit sortem in terram.* Contra vero Codex noster הפיל גורל להיות בארץ אדום *proiecta sors terram Edom ferit.*

Ies. XXXV. 1. pro בארץ כותי *in terra Cuthaeorum*, quod editi habent libri, reponit scriptus noster בארץ אדום *in terra Edomaeorum*, prout paullo post in locum בחורבן ארץ כות *in deuastatione terrae Cuthaeorum*, substituit בחורבן ארץ אדום *in deuastatione terrae Edomaeorum.*

XCIX.

Codex nonagesimus nonus membranaceus est quartae formae, foliorum XCVII. exhibens particulam *Machsor* Iudaici, preces nempe in Sabbato ברשית *Breschit*, (quod primum est a festiuitate שמחת תורה) in nouiluniis, in solennitate encaeniorum, in die XVII. mensis Thammuz, in nono die mensis Abh, in Sabbato נחמו *Nachamu* (quod proximum est a ieiunio in die nono Abh instituendo, in eodemque Sabbato Haphtara legitur ex Iesaia caput XL. incipiens a verbo נחמו) in desponsatione et nuptiis, in Sabbato שובה *Schubah* (vbi pro Haphtara legitur Hoseae caput XIV. cuius comma secundum incipit שובה) fundendas. Precationum, seu lamentationum potius קינות dictarum, nonoque die Abh recitandarum, bona pars reiecta est ad finem codicis, qui exaratus est totus charactere quadrato maiusculo, punctisque vocalibus instructus ; quibus tamen vna alterave oratio non gaudet.

C.

Codex centesimus chartaceus est in folio, fine carens, constans foliis XIV. atque *ἀποσπασμάτια* continens libri *Selichoth*, preces nimirum XXII. integras, et particulam XXIII. Cuius generis libros quum supra considerauerimus, non necesse erit, pluribus de hoc agere, inprimis quum singulare quid prae illis non habeat.

CI.

Codex centesimus primus chartaceus est in quarto maiore, initio mutilus, foliorum CLXIV. exhibens priorem partem *τῶν Arba Turim*, quae dicitur *Orach Chaiim*, inde a sectione 301. secundum diuisionem impressorum, vel, secundum distinctionem codicis nostri, a numero 296. et ab his quidem verbis אם אין לו מכה ברגלו דלמא מחייכי עליה quae leguntur folio 53. col. 3. versu 7. edit. Hanouiensis.

Agitur ibi de Sabbaro, de indumentis ac ornamentis cum quibus procedere in publicum die illo sacro, ex maiorum praeceptis, concedatur. Hinc sequuntur omnia iura Sabbatica, Erubhin, nouilunii, Paschae, Iom Tobh, Chol hammoed, ieiunii in nono mensis Abh, ceterorumque ieiuniorum, iura item imminentis noui anni, diei Kippurim, Succah, Encaeniorum, Megillah siue Purim, atque adeo omnia, quae in *Orach Chaiim* restant.

Aderat iam codice LII. idem liber *Via vitae*, sed lacerus admodum, et tamen huic nostro praeferendus ; ille enim editis erat longe locupletior, hic noster per omnia fere cum impressis consentit, nisi quod vna hinc inde vocula, aut duae

Gg tresue,

tresiic, varient, quod discrimen per est exiguum, et in omnium generum libris obuium. Aetas codicis et Calligraphi nomen ad calcem annotara sunt his verbis:

סיימתי אותו בר״ח טבת שנת חמשת
אלפים ומאתים ועשרים וארבע לבריאת
עולם למניין שאנו מונין כאן בק״ק וורמישא
שום הסופר יצחק בר׳ מנחם הלוי שליט״א:

Ad finem perduxi hunc (librum) *initio mensis Tebeth anni MMMMMCCXXIV.* (id est. A. C. 1464.) *a condito mundo, secundum computum, quo sancta Wormatiensis Synagoga vtitur. Calligraphi nomen est Isaac, filius R. Menachem Leuitae, quem perpetua felicitate florentem Deus seruet.*

CII.

Codex centesimus secundus charraceus est formae octauae, capite et cauda truncatus, antiquitatis incertae, nec tamen contemnendae, constans foliis centum atque duobus. Est liber *Maharil*, sed concisior eo, qui typis hoc titulo exscriptus prostat, quamquam ipsis insistat verbis *R. Iacobi Leui*, qui per compendium *Maharil* vocatur. Alium ramen ordinem seruauit noster, aliterque disposuit הלכות *iura*, omissis insuper et allegationibus et probarionibus parum vtilibus. Iura quae MSC. praesens codex complectitur, haec sunt: סדר התפילה במגנצא Ordo precum in Synagoga Moguntiaca (in qua vixit *Maharil*, cuius eriam ritus accurare hic semper commemorantur, si quidem diuersi fuerint ab aliorum coetuum Iudaicorum consuetudinibus) obseruari solitus, in diebus festis omnibus, estque hic סדר ex diuersis τῶ Maharil locis hinc inde sparsis in vnum congestus, perpetuaque serie in MSC. exhibitus. Eum excipiunt ipsa iura Paschae, vna cum his quae eo spectant omnibus, vti sunt inquisitio et remotio fermenti, purgario vasorum, placentarum non fermentatarum coctura, Haggada siue catechesis Paschalis, coena, calices, consecrationes, et placenta אפיקומן dicta. Hinc iura manipuli, secundo Paschae die offerendi, videas, iura item Pentecostes, Iom Tobh, Chol hammoed, Sabbati, noni diei mensis Abh; iura circa diuortium ac repudii libellum; quaedam de matutinis non minus quam vespertinis precibus; iura libri legis, Ziziioth, Tphillin, Mesusae, luctus, funerum atque desponsationum.

CIII.

Codex centesimus tertius chartaceus est quartae formae, foliorum CCCIII. continens sequentia:

I. Fol. I. a. Commentarium in Dauidis Psalmos omnes, partim verbis *Raschii*, partim lingua Germanica conceptum. Et Raschii quidem verba vel integra adponuntur, vel concisa, prout libitum fuerat et e re visum huius codicis conditori. Sic primo statim hymno merum cernimus *Isacidem*, adusque comma tertium; ibi enim Germanica sequitur non tam commentatio, quam nuda translatio, ad finem Psalmi excurrens. Pariter in secundi initio *Raschium* adgnoscimus, sed compendiose magis hinc inde loquentem, quam in excusis. Comma V. et VI. Germanice redduntur; reliqua istius cantici vocabulis plerumque Raschianis efferuutur. Idem commentandi genus in cereris seruarur hymnis. Aliquando tamen adduntur quaedam in Raschio non exstantia, immo et ab huius interpretatione prorsus deflectitur. Illud vel vnico exemplo constabit. Psalmo III. 8. ad voces: *Dentes impiorum* Raschius nil praeter vnicum vocabulum גבורתכם *robur eorum*, notat. Sed MS. haec insuper habet, folio II. a.

או נאמר על עוג מלך הכשן · כשבא
ישראל· לכבוש ארת הארץ · וכא עוג
מלך הכשן: *Vel haec de Og rege Basanis dicta sunt, qui occupaturis terram Israelitis obuiam processit* cum exercitu. Posterius haud sane melius cognoscemus, quam si integram huc transtulerimus hymni enarrationem, vnde quid demtum, quid adiectum, quid alio modo mutatum sit, facile adparebit. Atque ecce tibi speciminis loco Psalmi XXII. expositionem, prout ea folio XIV. b. in MS. occurrit.

למנצח על אילת השחר מזמור
לדוד · על אילת · שם כלי זמר ·
ד״א על שם כנסת ישראל שהיא אילת
אהבים הנשקפה כמו שחר · אלי אלי·
למה שני פעמים אלי · אלי בים אלי
בסיני · למה עזבתני · עתידה ללכת
בגולה · ואומר דוד תפלה זו על העתיד·
ואני תולעת ולא איש · כל ישראל
מכנה

סכנה כאיש אחד · גל · וועלגר · גחי · מיין אויזציהר : סבבונו פרים רבים · אלו אבלסן של אחשורוש : אבירי בשן כתרוני · זה בני הסן : כתרוני · זי הבן אוים גירינגלט מיך : פצו · זי הבן גיעפֿנט : והתפרדו · און זי זיין ורשפרייט : כדונג נמס · אז איין ווקש דש דא ורגיט : יבש כחרש · עש איז דויר אז איין שירבן : תשפתני · דו הושט אוים גישטוירצט מיך : מלקוחי · לשון חכי · ד״א מלקוחי לשון לקח תורה של כתב ובעל פה : עצמותי · מיין וויא טג : יחידתי · מיין איינג זיל : יאכלו ענוים וישבעו · זה מרדכי ואסתר · תנא לשלשה חלקים יחלק ממונו של המן · שליש למרדכי ואסתר · ושליש לעמצי בתורה · ושליש לבניין בית המקדש · ושלשתן נאמרו בפסוק זה יאכלו ענוים וישבעו · זה מרדכי ואסתר · יהללו את ה׳ דרשיו · אלו עמצי תורה · יחי לבבכם לעד · זה בניין בית המקדש שנאמר והיו עיני ולבי שם כל הימים :

PRAEFECTO MVSICES ad Aieleth aurorae ; Pfalmus Dauidis. אילת eſt inſtrumentum Muſicum. Vel de Synagoga adhibetur Iſraelitica, quae (Prou. V. 19.) *cerua eſt amata,* et (Cantic. VI. 9.) *ſpectata ſicut aurora.* (Comma 2.) *Deus mi, mi Deus!* Quare bis ponit idem vocabulum? (*vt deſignet :*) Tu fuiſti Deus meus, quum per mare tranſirem (*rubrum* ;) fuiſti etiam Deus meus apud montem Sinai. *Quare dereliquiſti me?* Abitura enim eſt (*Synagoga*) in exſilium. Et de futuro tempore agit Dauid hac in precatione. (Comma 7.) *At ego vermis ſum, et non vir.* Omnes Iſraelitas vnius viri nomine compellat. (Comma 9.) גל vvelgern (*i. e. voluere.* Comma 10.) גחי mein Auſzicher (*extrahens me.* Comma 13.) *Circumdederunt me iuuenci multi.* Sunt populi, quibus imperabat Achasueroſchus. *Robuſti Baſchanis cinxerunt me.* Sunt filii Hamanis. *Cinxerunt me.* Sie haben umbgeringelt mich. (Comma 14.) פצו Sie haben geöffnet (*aperuerunt.* Comma 15.) והתפרדו Vnd ſie ſeyn verſpreit (*et diſiecta ſunt.*) *Inſtar cerae colliqueſcit.* Als ein Wachs das da vergehet. (*Tanquam cera quae liqueſit.* Comma 16.) יבש כחרש Es iſt dürr als ein Scherben (*Arida eſt prout teſta.*) תשפתני Du haſt umbgeſtürzet mich. (*Euertiſti me.*) מלקוחי Notat palatum. Aut indicatur doctrina legis tam ſcriptae quam oralis. (Comma 18.) עצמותי Mein Weh-Tag. (*Dies doloris mei.* Comma 21.) יחידתי Mein einig Seel. (*Vnica mea anima.* (Comma 27.) *Comedent manſueti et ſaturabuntur.* Mordechaium et Eſtheram indicat. Traditio apud nos viget: Hamanis opes in tres partes diſtribuendas. Vna cedet Mordechaio et Eſtherae; altera gnauiter incumbentibus in legem; tertia, aedificando adhibebitur templo. Tres iſtae portiones indigitantur hoc commate noſtro : *Comedent pauperes et ſatiabuntur* ; his Mordechai et Eſthera denotantur; *laudabunt Iehouam quaerentes eum.* Hi ſunt qui ſtrenue operam dant legi. *Viuat animus veſter in aeternum.* Reſtaurationem ſacrae aedis haec reſpiciunt, Q. S. E. (1. Reg. IX. 3.) *Eruntque oculi mei et animus meus ibi omnibus diebus.*

Hic eſt commentarius in dictum Pſalmum. Cuius initium expoſitionis ex Raſchio ſumtum, adusque comma nonum; intermedia, Germanica ſcilicet illa, ingenio auctoris noſtri debentur, et diuerſa ſunt ab interpretatione, in Bibliis Iudaico - Germano ſermone translatis, occurrente. Idem de fine dicendum, quem de ſuo addidit Noſter.

Perbreuis eſt enarratio Hymni XLIII. legenda folio XXI. a.

מגוי לא חסיד · זה עשיו שהיה בין שני צדיקים ולא למד ממעשיהם · שלח אורך ואמתך · זה מלך המשיח שנדמה לאור · ואמתך · זה אליה הנביא שהוא נביא נאמן :

Quae omnia ex Raſchio petita, quis non videt? Quare nec interpretamur. Sunt et integri heic Pſalmi, qui Germanicis verbis nude exponuntur, nullis adhibitis Ebraicis; id quod factum cumprimis video in illis, qui vltimum locum occupant, hymnis. Ex quo

conficere licet, impetitiorum in gratiam ac disciplinam, hunc laborem adgressum fuisse anonymum nostrum, qui nullo alio, quam qualiscunque diligentiae nomine, laudem promeruit. Hoc adhuc indicandum, per margines hinc inde dispersas esse adnotatiunculas, partim ipsius auctoris, partim alterius, vt adparet, manu consignatas, si quae forte omissa in explicando sunt, supplentes. Hoc etiam laudandum, quod felle aduersus Christum et Christianos calamum suum non tingat Auctor, sed aut occasionem de his verba faciendi declinet, aut in generali Edomi et Esaui nomine conquiescat.

II. Folio XLVIII. a. Eiusdem omnino commatis paraphrasin in Iesaiam, partim Rabbinice, partim Iudaico Germanice expositum. *Raschium* vbiuis imitatur incertus auctor, mox ipsa plane verba eius, mox breuius proferens, mox addendo, mutando, mox Rabbinico, mox Germanico idiomate, mox vtroque simul. Contuli quaedam capita, nominatimque I. VII. atque LXIII. cum *Raschio*, varietatem vero tanti non deprehendi, vt hoc loco adscribendam iudicauerim.

III. Folio CVIII. a. Tergeminam expositionem Iesaiae vatis, sic adornatam, vt praecedat capitis versio, vel paraphrasis (talis enim vere est in multis locis) Germanica, ori Iudaeorum congruens; hanc sequatur commentatio *R. D. Kimchii*, agmen claudat commentarium *Raschii*. Quamuis vero commentariorum pars quaedam *Kimchii* nomen in MSC. praescriptum gerat, non tamen verba hic inuenias istius Rabbini; aliquando sensum tantum, nonnunquam alia omnia quam Kimchiana. *Raschius* contra sistitur integrior. Tanta est horum commentariorum confusio, tanta foliorum disiectio, tam conturbata omnia, vt in ordinem cogere velle, perquam futurum sit difficile ac molestum. Summa infimis mista, bene multa capita locis suis emota, et quae in fronte poni debuerant, quaerenda in fine. Caussa huius mali compilator ipse est, homo nullius ordinis, confusionis maximae. Hinc toties ad marginem, immo et intra textus verba, adscribere necessum habuit היפוך לפניו vel לספריע folia certa esse vel anteponenda, vel post alia locanda. Praeter Kimchii Raschiique interpretationes, aliorum hinc inde sparguntur cogitationes. Ne quid dicam de additamentis commentarium ingressis, folio CCVI. ope fili acusque adnectitur aliud folium, exhibens epistolam alicuius *David* הקטון *minimi, filii R. Eliakim*, exaratam ad *R. Sallum*, medicum. Missa est epistola מעיר בונא ex ciuitate Bonna לעיר לינץ ad vrbem Linz; ambae sunt Coloniensis territorii. Inquirunt hae litterae in expositionem locutionis שפת כנען Ies. XIX. 18. ac loci ופתחת השק cap. XX. 2. a Raschio propositam. Nec raro Christianorum interpretationes tanguntur, adhibita semper ferula castigatoria, cuius nunc exempla, pro more, dabimus. *Raschius* ad Ies. IX. 7. ad voces עד עולם ita commentatur: ולתשובת החולקים האומרים לדעתם יש להשיבם כתו מעתה והלא לא אותו עד לסוף שלש מאות שנה: Ita quidem libri typis exscripti. Et tamen haec omnia omittuntur in versione Latina commentariorum Raschii, quam dedit *Io. Frid. Breithauptus*, siue quod non inuenerit in suo exemplo, etsi ea exhibeant Biblia Buxtorfiana, siue quod studio interpretationem, sibi forte haud perspectam, praetermittendam censuerit. Leguntur etiam in codice nostro, folio CLXI. b. verum paullo aliter. Itaque ex illo, vna cum interpretationa nostra, adponemus: ולתשובת המינים שאומרים זו לטעתן יש להושיבם (sic) מהו מעתה והלא לא בא אותו טעות אפילו לסוף שלש מאות שנה: *Obiectioni haereticorum, qui ad idolum suum ista pertinere aiunt, sic respondere licebit: Quid sibi vult illud* מעתה ex hoc ipso tempore? *Atqui* (non statim ab eo tempore) *venit istud idolum, immo vix post decursum CCC. annorum.* Magna sane est editionis et codicis differentia. Illa habet החולקים *dissidentes*; hic המינים *haereticos*, nempe Christianos: illa לדעתם *ex mente eorum*, hic לטעתן vel vt scribendum est rectius לטעותן *ad idolum ipsorum*, per quod turpissima calumnia, et blasphemia

mia non toleranda, Christum intelligunt, vti notarunt harum litterarum periti. Hine et בית טעות templum Christianorum adpellauit *Abarbanel* praefatione in librum Iudicum folio 40. a. ineunte, ex editione Lipsiensi; nam in Hamburgensi non comparet. Quam templi Christiani impuram adpellationem, ab *Eisenmengero* Detecti Iudaismi lib. I. cap. II. non obseruatam, valde mirum. Vlterius editio Raschii praefert אותו quod ferri potest, subaudiendo האיש eo quod per אותו האיש Iudaeis designetur Saluator noster, quem ne quidem nominandum iudicant; bene tamen codex addit טעות *idolum*. Denique editio עד לסוף *in fine*; codex אפילו לסוף *ne quidem in fine*, quod maius quid esse, nemo dubitat.

Folio CLXV. b. haec legas: ישיב תשובה על המינים האומרים ילד ילד לנו זו ישו: *Respondendum est Christianis*, contendentibus verba cap. IX. 5. Puer natus est nobis, *agere de Iesu*. Amarulentam dicacitatem prodidit Apella, vocem ישו scribens per ראשי תיבות Et videtur insuper responsionem adiicere voluisse, quia quod superest paginae, vacuum reliquit.

Folio CLXXV. a. ad Ies. XI. 11. verba מאיי הים *Raschius* in codice nostro sic illustrat: הם איי כותים ורומיים בני עשו: *Sunt insulae Cutthaeorum Romanorumque, filiorum Esaui.* Tria vltima vocabula non adgnoscit editio Buxtorfiana.

Folio CLXXVIII. a. ad idem caput et comma, Germanicae expositioni inseruntur haec Rabbinica: ולתשובת המינין שאומרין על ישו נאמר תשובתו בצידו: *Christianis, haec Iesum respicere propugnantibus, oppositam e regione videbis responsionem.* Verum ea in codice deest.

Folio CCXC. b. ad Ies. XLIX. 24. haec leguntur: היקח מגיבור וגו' ג' פסוקים זה אחר זה · כך יאמרו האומות שעובדי העז ויאמרו אם אפשר שישראל יצאו מממשלתו שהן חזקין ועצומים · אף
יכן מהם

c In margine corrigitur ישו.

וויר אונזרין
חבן זיא מיט רעכטן אונדר אירן הענדן·
והיי ישוב להן תשובה דש עז ניט איזט
מיט רעכטן און ער איזט מער שטרקר
דן זיא זיין:

Duplex est horum verborum lectio, vt impositae aliis aliae litterae indicant; ego in vertendo eam sequar, quae videtur optima *Num auferetur a forti?* &c. *Tria* (posteriora huius capitis) *commata mutuo se respiciunt. Erit haec gentium idololatriae deditarum vox: Fierini potest, vt Israelitae desinant serui nobis esse, quum nos illis longe simus fortiores atque potentiores?* Auch haben vvir sie mit Rechten unter unsern Händen, h. e. *Quin et iure illis imperamus. Verum Deus benedictus ad hunc modum illis responsurus est:* Dass es nicht mit Rechten, und Er ist mehr stärcker als sie seyn. *Non id iure factum. Fortior sum vobis omnibus.* Mutuatus haec est a Kimchio, cuius mentem retulit, non verba. Adducta vero a nobis ideo sunt, vt pateret legentibus, quomodo noster diffusum commentandi genus Kimchianum solear breuitate reddere amoenius. Sed et in Kimchio nude memorantur האומות in codice nostro adiectum est שעובדי העז·

Virus acerbitatis omne collector harum commentationum euomuit folio CCCII. b. quando integrum caput Iesaianum LIII. praemissa et Germanica et Rabbinorum expositione, ab interpretibus Christianis nec intellectum nec expositum rite, commonstrare sustinuit. Cuius refutationis particulam duntaxat praebet codex noster, vix vnica pagina constantem; vltimum quippe in hoc codice folium, capitis LI. interpretationi destinatur. Dolenda esset haec iactura, nisi Fors fortuna alium codicem, mox recensendum, ordine CVI. obtulisset, in quem relata sunt quae inuidiosa Iudaei manus ab hoc diuulserat. Quae in nostro visuntur codice, haec sunt: ולתשובת המינין שמציירין ומרמזין זו הקפיטיל על הוא ותשובתו בצידו וגם כתוב העון גליון זו הקפיטיל זייא דיש ליידן יזו דיש ניט זיין

זיין אודר מיינן קן לפי שנאמי הנה ישכיל עבדי זא קן עש יזו ניט מיינן וייל ער זיך נענט גאטש וטר זון גאטש שתערכר גיישט · היישט ער נון גאטש קנעכט זא האט ער ויר נאמן · קן לפי דבריהם ולפי העון גליון ניט זיין · אלא נאמר על ישראל שנקראו עבדים כמו שנאמי כי לי בני ישראל עבדי הם · אוני מיינט אנדרש ניט כמו שפי רשׁי שישראי יהיו נהרוגי' ונשחטי' בגלותיהן על שם המיוחד ואינן כפרים בעיקור (lege בעיקר ·) ולאמרת הדבר אמר הנביא בכאן בסוף הקפיטל יראה זרע ויאריך ימים · ניט יא על בני אדם שיש . . . .

Adpositam hic leges responsionem aduersus Christianos, qui detorquent trahuntque hoc caput ad Iesum. Ait quidem Euangelium, caput hocce seу das Leyden Iesu, das nicht seyn oder meynen kann, *de morte Iesu agere, quae tamen neque hic indicatur, neque locum habere potest, eo quod scriptum est*: Ecce prosperabitur seruus meus. So kann es IEsum nicht meynen, vveil er sich nennt Gottes Vatters Sohn, Gottes starcker Geist. Heist Er nun Gottes Knecht, so hatt er vier Nahmen. Kann לפי דבריהם ולפי העון גליון nicht seyn. *Itaque ad Iesum ea non quadrant, qui se Dei patris filium, potentemque Dei spiritum nuncupat. Quod si ergo* seruus *praeterea audit, quatuor omnino diuersissima habet nomina.* (Debet haec noster *Lipmanno*, ex cuius Nizzachon, num. CCXXXV. pag. 130. explicandus erit. Ait ille, Christianos Deum suum facere trinum, Patrem, Filium, Spiritum Sanctum. Iam si *seruus* addatur, fore quadruplicem.) *Id quod neque cum sententia ipsa Christianorum, neque cum Euangelio conuenit. Dicitur proinde de Israelitis, qui* seruorum *titulo insigniuntur* Leuit. XXV. 55. Mihi enim filii Israel serui sunt. Vnd meynet anders nichts; *Vt nil denotetur aliud, quam quod, ex Raschi mente, occidendi Israelitae delendique sint in captiuitate, qua nunc premuntur, eo quod vnicum venerantur Deum, neque fidem in illum eiurare volunt. Veritatem huius rei comprobat Vates, sub finem capitis scribens*: Videbit posteros, prolongabit dies. Gehet ia *Quod ad hominem vtique pertinet, qui....*

Verbis iam adductis ויר נמן vier Nahmen, *quatuor nomina*, ad marginem codicis haec adscribuntur: זא שרייבט יא דש ען גלוין דש ג' אלוהות זיין היישט ער אך ען קנעכט זא מושט דער ויר זיין: So schreibet ia das Euangelium, dass drey אלוהות Gotter seyn. Heisset Er auch ein Knecht, so müssen deren vier seyn. *Scriptum in Euangelio prostat, tres esse Deos. Si ergo* (alius quis praeter hos tres datur) *qui serui nomen gerit, quatuor tunc prodibunt* Dii.

Tria adhuc verba de codice nostro. Aetas et auctor, siue vnus, siue plures, ignorantur. Germanum fuisse, nemo dubitauerit, et Lipmano iuniorem. Scriptus est charactere rotundo a capite ad calcem vsque; et commentarius quidem in Psalmos, minutiore, cetera pinguiore: vnde iudicare pronum, a diuersis profectum esse scribis.

CIIII.

Codex centesimus quartus chartaceus est, formae octauae, foliorum scriptorum XLIV. aetatis recentissimae, charactere currente, hodieque Iudaeis vsitato, conscriptus, exhibens titulum Talmudicum ראש השנה *De auspiciis noui anni*, Misnam puta cum Gemara, positis ad marginem numeris, paginas τῦ Talmud Amstelodamensis indicantibus, ex cuius editione descriptus est praesens liber, et quidem eadem, quantum ego video, manu, quae historiam de morte Mosis, codice LXXXVIII. recensitam, exarauerat. Inuolucro ligneo codicis nostri insculptum est vel caelo, vel cultro, possessoris nomen משה בר מרדכי יצו *Moses Mordechai filius, quem Deus seruet.* Folio vltimo conspicitur oratio, post absolutam tituli *Rosch Hasschanah* lectionem recitanda, cuius initium duntaxat quia allatum video in *Buxtorfii* Lex. Talm.

Talm. voce הדר col. 598. ideo integram adponere consultum duxi:

אחר השלמת המסכתא יאמר
זה ליועיל לשכחה בעה
יתעלה ויתברך :

הדרן עלך מסכת ראש השנה
והרדן (lege והדרך עלן)
עלך דעתן עלך מסכת דה
ודעתן (lege ודעתך עלן) עלך
לא נתנשי מנך מסכת רה
ואל תתנשי מנן לא בעלמא
הדין ולא בעלמא דאתי · זה
יאמר ג׳ פעמים ואחכ יאמר
יהר וכו · יהר מלפניך ה׳ אוא
שתהא תורתך אמנתינו בעולם
הזה ותהא עמנו לעולם
הבא : חנינא בר פפא רמי
בפ נחמן בפ אחאי בפ אבא
מרי בפ רפרם בפ רכיש בפ
סורחוב בפ אדא בפ דדא
בפ : הערב נא ה׳ אלהינו את
דבדי תודתך בפינו ובפיפיות
עמך בית ישראל כלנו יודעי
שמך ולומדי תורתך : מאויבי
תחכמני מצותך כי לעולם
היא לי : יהי לבי תמים בחוקיך
למען לא אבוש : לעולם לא
אשכח פקודיך כי בם חייתני :
ברוך אתה ה׳ למדני חוקיך :
אמן אמן אמן עולם סלה
ועד :

מודים אנחנו לך לפניך ה׳
אוא ששמת חלקנו
מיושבי בית המדרש ולא
מיושבי קרנות שאנו משכימים
והם משכימים אנו משכימים
לדברי תורה והם משכימים
לדברים בטילים אנו עמלים
והם עמלים אנו עמלים
ומקבלים שכר והם עמלים
ואינם מקבלים שכר אנו
רצים והם רצים הם רצים
לבאר שחת ואנו רצים
לחיי העולם הבא : קדיש
דרבנן :

Ad finem perducto tractatu hoc, vbi quis subiectam orationem adhibuerit, contra obliuionem ea proderit, adiuuante Deo illo Opt. Max.

Reditus noster sit ad te, o codex Talmudice de anno nouo, quin et reditus tuus nobis obueniat! Te attendimus, o codex Rosch hasschanah, et te vicissim nostra curaturum confidimus. Tui profecto nunquam obliuiscemur, neque in hoc neque in futuro saeculo. Modo dicta verba ter sunt repetenda, atque haec illico addenda: Iube, Domine Deus noster, patrumque nostrorum, vt lex tua veritatis nostrae maneat regula in omne aeuum. Channina bar Papa, Rame bar Papa, et Nachman, et Achai, et Aba Mare, et Raphram, et Rechesch, et Sorchobh, et Ada, et Dara, omnes filii Papae sunt (magnique doctores.) *Tu vero Deus noster, commisce verba legis tuae in ore nostro totiusque populi tui Israelitici: addiscant omnes nomen tuum, et praecepta tua cognoscant* (Ps. CXIX. 98.) *Inimicis meis sapientiorem me reddit praeceptum tuum; namque perpetuo mihi adest.* (ibid. com. 80.) *Erit integer animus meus in manda-*

tis tuis, ne confundar vnquam. (Ibid. com. 93.) *Nunquam obliuiscar mandatorum tuorum, quia illis viuum me feruas. Benedictus sis, Deus, qui tua me docuisti iura. Amen, Amen, Amen, in aeternum, Selah.*

Gratias tibi persoluimus, Domine Deus noster, patrumque nostrorum, quod partem nobis obtingere volueris eos inter, qui locum in Synagogis habent, non in viarum angulis. Etenim nos mane surgimus; idem illi faciunt. Sed nos, vt legi operam demus; illi, vt nugas suas alant. Nos laboramus pariter ac illi; verum nos manet merces, illos nulla. Nos currimus; illi quoque currunt. Sed hi ad foueam exitii, nos ad venturam vitam. Sanctus est discipulus Magistrorum.

Posteriora orationis huius verba petita sunt ex *Berachoth* fol. 28. b. Moris est Iudaici, vt siue prima siue vltima admoueatur operi manus, benedictio adiungatur. Vnde et qui vel describunt vel perlegunt librum, eidem consuetudini parent. Atque haec est origo precum, cuius titulo Talmudico subiiciendarum, in editis breuiorum, sed nunc ex MSS. diffusiorum. Neque enim inferius hac in parte Talmud volunt esse ipsis Bibliis, quorum particulam librumue vbi legere incipiunt aut absoluunt, orationem pro comite vsurpant, cuius exemplum vidimus supra codice IX.

CV.

Codex centesimus quintus chartaceus est duodecimae librorum formae, foliorum CCIII. recentiore manu et charactere rotundo scriptus, exhibens

I. Folio IV. a. titulum Talmudicum סוכה׃ *De festorum dierum, sub tabernaculis agendorum, solemnitate.* Non tamen integra hic legitur Mischna vel Gemara, sed vtriusque potiora capita et excerpta quaedam, quae aliquando prima duntaxat periodorum verba continent, ceteris adiecta nota וכו׳ resciss. In suprema singularum columnarum parte numeri cernuntur, paginas editionis Amstelodamensis indicantes.

II. Folio CXL. a. Sequitur titulus Talmudis alius ביצה׃ *De iis quae in festis diebus aliis, praeter Sabbatum, vel concessa sunt vel interdicta*, eodem modo, quo praecedens titulus, in compendium redactus. In hoc vero non singulis columnis praemittuntur numeri, sed illis tantum, quae in initium paginae editionis citatae incidunt. Sub finem

Folio CCII. a. exstat eadem oratio, quae in antegresso codice producta fuit, finito quodam codice Talmudico vsurpanda. Post voces ובפיזורין עמך בירת ישראל leguntur in praesenti volumine sequentia: תורת׃ כלנו אנחנו וצאצאנו וצאצאי עמך בירת ישרא׳ *vt simus omnes, tam nos ipsi, quam posteri nostri, et quotquot ex populo tuo Israel prodibunt.* Quae inserenda suo loco sunt; male enim omittuntur, vt dixi, in codice CIV. Leue hoc est, quod in eadem oratione nomen Rabbini alicuius proximus codex exprimat סורחיב noster autem כורחב et alius adhuc Doctor Rabbinicus in antecedente codice דרא in nostro דרי scribatur: Adfirmarunt nobis Iudaei, precationem, de qua egimus, in vsu tantum esse apud Polonienses Iudaeos; Germaniensibus sic inuisam, vt recitare prohibuerint, statuta contra mandati transgressores graui poena. Quae num vera sint, inquirant alii. Scriptus est codex noster a quodam *Mose*, in Synagoga קוידבך habitante, prout ex calce vtriusque tituli *Succa* et *Bezah* didici. Eius filius, *Chaiim*, ex eadem Synagoga, nomen suum in fronte libri posuit. Libet hac occasione obseruare, eos ex Iudaica gente, quibus res angusta domi, integrumque comparare Talmud concessum haud est, curare tamen, vt descriptos ex eo breuiores titulos consequantur, quorum aliquot in hoc catalogo recensiti sunt. Fere vt apud Turcos,

Turcos, qui pauperiores sunt, vnam alteramue Corani particulam, secum circumferunt; ditiores, totum doctrinae Muhammedicae corpus.

CVI.

Codex centesimus sextus membraneus formae quartae, foliorum CLXXXVII. initio mutilus, liber est precum quotidianarum, et festalium potiorum. Cuius generis codices quum complures supra recensuerimus, nihil est, cur huic immorari velimus, qui nec a prioribus differt, nec singulare quid prae illis habet. Orationibus Paschalibus subnectitur, quod et in aliis codicibus factum, codex *Pirke Aboth.* Oratio עלינו tam folio LV. b. quam CXLVII. b. legitur, erasis tamen vtrobique, vt manifesto videre licet, blasphemis contra Iesum Christum verbis. Charactere quadrato scriptum esse codicem, punctisque vocalibus instructum, vix monere necessum, quia id huius commatis libellis proprium est. Aliquando et versus aliquot vocesque minio exarati heic conspiciuntur. Aetatis indicem, ac scriptoris nomen in calce reperio. Scriptus nempe est anno Iudaico CCXIX. hoc est Christiano MCCCCLIX. mense Siuan, manu Isaaci, filii R. Abrahami הסופר *scribae.*

CVII.

Codex centesimus septimus chartaceus est in quarto, constans foliis CLX. atque *R. Isaaci, filii R. Ioseph*, librum *Smak* vulgo, alias *Ammude Golah* dictum, complectens, quem iam supra codicibus XLIX. L. LXVI. et LXVII. habuimus. Noster hicce codex, et praefationem, et praefixum praeceptorum heic expositorum indicem, et animaduersiones huic libro adscribi solitas, exhibet. Scriptus est anno CCXXIX. siue A. C. MCCCCLXIX. die quinto hebdomados, sub cuius initium legebatur Parascha ושמרתם ועשיתם אותם *custodietis illa, et facietis*, per *Iehudam*, *filium R. Nehemiae*, in vsum fratris *Gabrielis*, prout in fine tractatus annotatum est.

II. Folio CLVII. b. initium legitur quaestionum ad primum Geneseos caput, ac ne hoc quidem integrum, cum adiecta solutione singularum, ad quarum finem semper positum inuenio nomen מהריאל: quod indicare, puto, debet, auctorem earum esse *R. Iacob Leuitam*, qui per compendium *Maharil* vocatur, cuius etiam quaestionum responsionumque liber non incelebris est apud Iudaeos. Et hoc fragmentum manu modo dicti *Iehudae filii R. Nehemiae* scriptum videtur, etsi minutulo magis charactere rotundo consignatum.

CVIII.

Codex centesimus octauus chartaceus est in quarto, foliorum LXIX. tam vehementem flammarum vim expertus, vt vix dimiadata hinc inde adpareant folia. Quae ab initio ponuntur, integra sunt, tristemque illam calamitatem effugerunt.

I. Fol. I. a. habes Kalendarium Iudaicum, et praecepta in hac arte obseruanda, additis tabulis eidem vsui inseruientibus, et plane necessariis, cuiusmodi librum recensuimus supra codice LXXXIV. Ac prout illic Kalendarium Ebraeorum excipiebat Kalendarium Christianorum, ita et hic factum, quando folio XV. a. et sequentibus omnes anni menses sistuntur, ad modum Christianum dispositi. Quod nos Kalendarium huc transferemus integrum, ea inprimis de caussa, vt innotescat, quantum sit odium Iudaicum aduersus Saluatorem nostrum, Apostolos, martyras, sanctos omnes. Neque haec iniuria et contumelia sola est. Videbis peculiarem columnam destinatam blasphemiis contra Dominum et Deum nostrum, Iesum Christum, adeo atrocibus, vt grauiores nec in *Toldos Ieschu*, nec alio quouis maledicentissimo libro, reperire possis. Gratam proinde lectori industriam nostram fore speramus, quam in enodando tam difficili scripto, cuius ea pars, quae maxime rem Christianam tangit, variis artibus tecta est, posuimus. En Kalendarium, eo prorsus modo tuis exhibitum oculis, quo in codice conspicitur.

שבט || האדטמאן לא ימים (יום addc) הׄ שעות לילה יד׳ שעות וכלט ינוריוש מזלו כלי

א ב ג ד ה ו ז	ס	דער יארש טאג ○ חוגה	ני
ב ג ד ה ו ז א	יום	שטעפנש טאג חוגה	זי
ג ד ה ו ז א ב	חש	האנש אהטיר טאג חוגה	יו
ד ה ו ז א ב ג	מי	דער קינדילן טאג חוגה	יא
ה ו ז א ב ג ד	ני	כילגא	נוש
ו ז א ב ג ד ה	יג	דער צוואלפט ○ חוגה	אי
ז א ב ג ד ה ו	דל	באלטן מארטר	פי
א ב ג ד ה ו ז	יפ	אירהרט הגמון	איר
ב ג ד ה ו ז א	שת	יוליאן מארטער	בר
ג ד ה ו ז א ב	ל	פאוולש	בען
ד ה ו ז א ב ג	גו	פיטר כיכטר	די
ה ו ז א ב ג ד	ים	האנש הגמון	קט
ו ז א ב ג ד ה	כ	דער יח ○	אוק
ז א ב ג ד ה ו	אכ	בילקש פרישטר	בי
א ב ג ד ה ו ז	א	מוברוש אפט	ת
ב ג ד ה ו ז א	חר	מארצעלין אפיפיור	מר
ג ד ה ו ז א ב	ס	אנטוניש אפט	אן
ד ה ו ז א ב ג	ה	אנטוניאן פריסקא פסולת	פריש
ה ו ז א ב ג ד	רו	מרטהא פסולת	קא
ו ז א ב ג ד ה	רוב	באביאן פאשטיון ○ חוגה	באם
ז א ב ג ד ה ו	עצ	אנגיזא	אנק
א ב ג ד ה ו ז	בו	ביצנציון	בין
ב ג ד ה ו ז א	חס	איסראניציאן	צען
ג ד ה ו ז א ב	שית	עורבען מרטער	טי
ד ה ו ז א ב ג	פ	פאווילש ○ חוגת	פעו
ה ו ז א ב ג ד	ליס	פוליקורפוש הגמון	פו
ו ז א ב ג ד ה	זו	יוהניש הזהב	נא
ז א ב ג ד ה ו	נה	יוליאן הגמון	בי
א ב ג ד ה ו ז	ג	באלירן	לי
ב ג ד ה ו ז א	צו	אדליונוש	לו
ג ד ה ו ז א ב	רת	הורגיליוש	מען

אל תקיז דם בזה החודש ותאכל
מוחם מבשמים ומיין וזהו טוב
לפני קרחת ותאכל רוב זנגבילא

Signum

Signum Zodiaci est Amphora. Diei octo, noctis XVI. sunt horae. XXXI. dierum Hartmonath mensis. Latine dicitur mensis Ianuarius. SCHEBET.

Notae ad quosdam dies.

I. Latine : *Prima anni dies.*

II. *Dies Stephani*, rectius Octaua S. Stephani.

III. *Octaua S. Ioannis.*

IV. *Infantium dies*; siue, Octaua infantium innocentium.

V. *Vilga* scribit Iudaeus. Voluit sine dubio *Vigilia*, nempe Epiphaniae Domini. Recurret saepius.

VI. *Duodecimus.* Quare sic vocetur, vide supra codice LXXXIV.

VII. Valentini dies reiiciendus in XIV. Febr.

X. Paullum eremitam intellige, cuius natalis hoc die celebratur in Thebaide.

[illegible]

Hoc mense venam secari ne concedas; succum ex aromatibus expressum vinumque vsurpes; conducunt enim haec aduersus frigoris vehementiam. Ede insuper multum

XI. *Petrus confessor.*

XIII. *Dies XVIII.* v. ad codicem cit.

XVIII. Quid *Antonianus* hic agat, nescio. Forte *Ammonius*, vel *Athenogenes*. Vtriusque natalis in Ponto celebratur hoc die. *S. Priscam* virginem scelestus Iudaeus *profanam* vocat, more gentis, quem in Kalendario hoc vbiuis sequitur.

XXI. Scribendum אגניש *Agnes*.

	1	Dies festus. Der Iahrs-Tag.	Mi	7|6|5|4|3|2|1
	2	Festum. Stephans-Tag.	iom	1|7|6|5|4|3|2
	3	Festum. Hans ahter Tag.	hassche	2|1|7|6|5|4|3
	4	Festum. Der Kindlein Tag.	mi	3|2|1|7|6|5|4
	5	Vilga.	ni	4|3|2|1|7|6|5
	6	Der Zvvölffte.	iig	5|4|3|2|1|7|6
טוב גם לא חכם הלך ויט לדרך רע אל
בן יום (חד lege) חוד סותם דין
זוג פיגר פלס מט על רך חוכמה כיליון
עינים סר גר תריסר לכתם וי סר מדלין
על

על יעקור (יזעק rectius) תזעק זב ליצן
פגר שטף במים צילם לא רציתם דור
מרים תקולל כי היא ילדה בר דל מאוס
כל חרם על יללת חרפותם · הוא בן
מרים עשה את כל התועבות האל עד
מתי עת פקודתם · לץ סכל רמאי הוא
כשמו תופר גומץ בו יפול בור כרה מהרת
לקושים מסולתם ויתי אורת סימן יורת
בקדשים בכופר כל התורה · חרוטה
חרפתם יגרע · אל זאת יביט כי היא
קטלנית טמא מרים · עצום ורב קלונותם
נגע צרעת וקלון ימצא כי טמא הוא בר
כש שט חר ליטמא תם:

Quae ſic Latine ſonant : A die octauo creſcat augeaturque dolor (*Chriſtianorum*) eo quod certatim omnes ſuas curas eo intenderunt, vt extollerent (Prouerb. VII. 10.) meretricem cautam et circumſpectam, Mariam ſcilicet. Caligo ac tenebrae obueniant illis. Intuebor hiſce meis oculis caſum ipſorum. Eſt enim (*gens*) vanitati idolorum maxime dedita. Cadauer iſtud quando morietur? quando peribit nominis eius memoria? Iniquitas eius (Ierem. II. 22.) auro obducta eſt. Homo bardus, vilis, profanus, peregrinus iudex, ſurculus ſuperbus. Grauida facta eſt Maria ex Ioſepho Panderae filio, qui detexit nuditatem eius. Mala obueniant omnibus ſpem ſuam in eo ponentibus. (*Idem contingat ei*) qui lapidem proiecerit ad ſtatuam Mercurialem. Ex quauis ſilueſtri arbore idola ſibi (*parant.*) Anathemate feriantur peccatores omnes, et quotquot idolis operantur. Inſidiantur ſanguini noſtro animae illorum. Deleatur facies illa cadauerοſa (*id eſt, Chriſtus.*) Etenim degener et ſtultus eſt filius, qui ad malam declinauit viam. Deus eſt, ſed vnius tantum diei. Mors manifeſta ex merito eis (*nempe Chriſto et aſſeclis*) accidit. Fregit abſtulitque iugum leue ſapientiae, (*hinc puniatur* Deuteron. XXVIII. 65.) hebetatione oculorum. Doctor peregrinus eſt, qui XII. emiſit (*in orbem Apoſtolos.*) Vae domino Magdalenae! Excelſus (*Deus eum*) eradicabit. Clamabit ſeminifluus ille, deriſor, cadauer, adueniente aquarum inundatione; verum tu (*o Deus*) latebras eorum (*ac voces inde ad te miſſas*) minime ratas habebis. Poſteritas Mariae exſecranda et deteſtabilis fiat, eo quod peperit filium pauperem reiectumque ab omnibus; quam exſecrationem comitetur fletus ob dedecus proprium. Hic Mariae filius quaeuis patrauit abominanda. Ecquando tempus viſitationis eorum eſt venturum? Irriſor longe maximus fuit ac deceptor, ſcilicet vt nomini reſponderet omen. (Prou. X. 8.) Qui fodit foſſam, in eam cadet. (*Ille quoque Ieſus* Pſal. VII. 16.) ciſternam fodit. in quam repente proiiciantur idola eorum vno faſce constricta, eriganturque in monumentum ac ſignum, quod cinaedis in memoriam vocare poterit illum, qui totam abnegauit legem. (*Sola*) poenitentia opprobrium ipſis imminens minuere valet. In hanc tamen (*Mariam*) animaduertet (*Deus*) quippe quae latro foemina exſtitit. Immunda cenſeatur Maria. Multa et grauis ſit, precor, ignominia eorum; plagam leprae et contumeliam experiantur quamcunque; impurus quippe filius iſte hominis effecit, vt leproſus pronunciaretur, qui mundus erat.

Conciſus et abruptus ſtilus imprecationis huius, cauſſa eſt, quo minus et clariorem dare interpretationem, et lectorum exſpectationi, aenigmata haud deſideranti, ſatisfacere quiuerimus. Ne ergo in noſtra diligentia quidquam deſiderari iure poſſit, pauciſſimis verbis impeditiora enucleabimus. Quod priusquam faciamus, monendus eris lector, eſſe hic quaſdam verborum contumelias contra Saluatorem effuſas, quas ne apud *Eiſenmengerum* quidem, diligentiſſimum horum opprobriorum collectorem, in Detecto Iudaiſmo parte I. cap. 2. offendes. Tales ſunt עין פגר *facies cadauerosa*, בן בור *homo bardus*, גר דן *alienigena iudex*, גר מר *peregrinus doctor*, זב *ſeminifluus*, ליצן *irriſor*, רמאי *deceptor*. Quo etiam referas B. Mariae virginis epitheton a cacodaemone ſubminiſtratum קטלנית *latro femina*, id eſt, talis, quae tres maritos ſepeliuit. Formulam exſecrationis ſic orditur Iudaeus: *A die octauo*, quod idem eſt ac ſi dixiſſet, *cum ipſo anni exordio*. Nos enim Chriſtiani auſpicia noui anni ponimus in octauo a natiuitate Ieſu Chriſti die. הבל הבלים reddidi; *vanitati idolorum maxime dedita gens*. Neque, vti opinor, praeter rationem. Namque הבל Iudaeis *idolum*,

lum, et חבל וריק in notiſſima, ac ſupra etiam conſiderata oratione עלינו *Chriſtum* deſignat. *Ioſeph Panderae filius* ſimpliciter dicitur *Ioſeph Pandera* in flammis digniſſimo libro *Toldos Ieſchu*, vnde veterem hancce calumniam transſcripſerunt inſeliciſſimi Iudaeorum poſteri. De ipſo Pandera, vide quos citauimus obſeruationum ſacrarum lib. IV. p. 82. ſeqq. atque illis adde *Eiſenmengerum* lib. cit. p. 115. ſ. Verba imprecationis : *Qui lapidem proiecerit ad ſtatuam Mercurialem*, reſpiciunt locum ex Miſchna *Sanhedrin VII. 6.* הזורק אבן למרקוליס זו היא עבודתו *Quiſquis ad tumulum Mercurialem defert lapidem, is cultum ei praeſtat.* Mox עין פיגר quod *oculum* vel *aſpectum cadaueris* proprie notat, quomodo aptius, quam ex *Terentii* Hecyra Act. III. ſc. 4. *cadaueroſam faciem*, conuerterem, non inueni. Paullo poſt ſequitur : *Vae domino Magdalenae !* Is eſt Dominus et Deus noſter, Ieſus Chriſtus. Magdalena autem innuitur, quae Maria Magdalena integre nominatur, quae quum omnium prima ad ſepulcrum Saluatoris, iam e mortuis ſuſcitati, veniſſet, atque is Magdalenae adparuiſſet, ab hac Κύριος μου, et Ραββουνὶ ſalutatur, apud Ioannem XX. 13. 16. Aut ſi hanc Magdalenam Iudaeo homini, qui noui foederis libros vix adſpexerit, ignotam quis obuerterit, non multum cum eo diſceptabimus, notiorem Magdalenam ſubſtituturi, Mariam puta, matrem Redemtoris noſtri, quae tam in Talmude, quam in ſacrilego libro Toldos Ieſchu, frequentiſſime nuncupatur מגדלת hoc eſt, *ornatrix capillorum.* Quibuſdam interiectis haec legimus : *ac deceptor, ſcilicet vt nomini reſponderet omen.* Nomen illud eſt ישו *Iiſchu*, ex pronuntiatione Iudaeorum, tanquam a נשא quod in Hiphil facit הִשִּׁיא ac *ſeductionem* inuoluit, deriuandum veniat. Non multo poſt per קדשים *cinaedos* intelligendos eſſe Chriſtianos, *ſanctitatem* vitae amantes, patebit ex notatis ad diem primum Nouembris. Denique vltima verba שט חר ליטמא תם interpretatus ſum, quaſi loco חר legeretur חור vel חיור quod *lepra adfectum hominem* infert. Poſſet tamen emendari noſter ita, vt ex duabus vocibus שט חר fieret vna, atque ח mutaretur in ה ad hunc modum שטהר quam ego mutationem iudico veriſſimam, vel ex hac ſola ratione, quod litterae חר reſpondeant in Kalendario voci חנש Iam vero Noſter, vt intricata magis redderet et minime ſuſpecta blaſphema ſua verba, hoc vſus eſt artificio, vt in hoc ipſo ſecundo paginae ſpatio multa vocabula eadem ratione incipiant, qua nomina propria ſequentis ſpatii. Liquet hoc vel ex antecedente vocula שט quae congruit accurate cum initialibus litteris nominis proprii שטעפן *Stephani*, in ſequente ſpatio e regione poſiti. Pariter in Nouemb. die XXV. קט poſitum habet, vt conueniret nomini קטרין Catharinae. In Octobris die XVIII. exſtat ל et ſequitur קו atque ex veſtigio ſubiicitur ש״ם eo fine, vt ne quid mali ſuſpiceris, ſed de ſolo *Lucae* nomine, ad latus adpicto, cogites. Eiusdem menſis XXVIII. et XXIX. dies referunt סי et ſtatim מון acſi praeter *Simonis* nomen nil aliud dare voluerit Ebraeus. Infinita poſſem ſubiungere loca, ſi de veritate eius, quod adfirmaui, dubitaturum aliquem cum ratione exiſtimarem. Conſiderari interim ab haeſitantibus poterunt Martii dies XII. et XVII. Aprilis XXII. Maii IV. et XII. Iunii III. VI. XXI. et XXIX. Iulii IV. VIII. XIII. XXII. XXV. Auguſti I. III. VIII. X. Plures non nomino ; namque hi in oculos incurrerunt, ac ſponte ſe obtulerunt. Quamobrem verba finalia שטהר ליטמא reddenda eſſent : *qui ſic mundauit* aliquos, vt *immundi* continuo euaſerint, ac tales haberi debeant. Atque tunc *finem* imponeret ſolennis vox תם cui aliquando iungitur ונשלם Tempus eſt redeundi ad ordines noſtros.

Tertium paginae *ſpatium*, idque ampliſſimum, nomina ex Kalendario Chriſtiano ſumta implent, quae in carnifices incidiſſe manus, docebunt notae noſtrae ad quoſdam ſingulorum menſium dies. Libere hic graſſatur veſania Iudaica, nemini parcens, ac tum maxime incaleſcens, quando aut Saluatoris, aut B. Mariae virginis mentio erat facienda. Sanctas virgines reliquas vix vnquam ſine conuitio dimiſſas, indicare ſuperuacaneum eſt, quum id cuiuis vel obiter inſpicienti pateat.

Quartum paginae *ſpatium* refertum eſt neſcio quibus vocabulis, Rabbinicis an Germanicis, vel mixtis ? Hinc vacuum

vacuum illud esse in translatione ovlui, gloriam enodationis tantorum mysteriorum (si quae illa sunt) libens alteri relicturus. Mihi satis est, potissimam iniuriarum partem labore improbo expofuisse, viamque (praefiscine dixerim) secuturis monstrauisse, quam et tuto, et feliciter, quod vnicum voueo, ingredi valeant. Si quis tamen meam de hoc spatio sententiam nosse voluerit, non longa hunc responsione morabor. Conuenire cum secundo spatio in haud paucis existimo, atque nomina propria hinc inde adspersa video, quod solius nunc vltimi mensis exemplum comprobabit, ad cuius tres priores dies legimus דיצעמבער quod est *December*. Quarta dies *S. Barbarae* sacra est; hinc IV. et V. diei priores duae syllabae istius nominis adscribuntur, nempe ברבא· Sextus dies *S. Nicolai* est; vnde illud נִיא tanquam initium nominis, e regione collocatum. XIII. dies *S. Luciae* est, ac proinde terno interuallo in hoc vltimo spatio scriptum deprehendimus לו צי ארו XXVI. dies *Stephani* est; et quid aliud vult שְׁטְףּ in nostro spatio? XXVII. *S. Ioannis* dies est, cuius initium יוֹהָא heic exhibetur. Denique vltimus *Syluestri* dies indigitatur, pro more, vnica syllaba זיל Ad medium spatii huius vltimi, transuersarii visuntur duo, tres, quatuor, versus, lineis apte inclusi, queis regulae quaedam sanitatis, in quolibet mense observandae inscribuntur, satis rusticae et ex muliercularum schola depromtae. Nunc reliqua huius codicis persequamur.

II. Folio XXII. b. oratio quaedam legitur, Christianos haud obscure feriens, aduentumque Eliae vatis anxie desiderans. Initium eius sic se habet:

יושב בסתר עליון · הקשב ניב והיגיון ·
ותושיע לעמך עני ואביון · דלים ורקים ·
שלם ישלם חסבעיר · חצפיר והשעיר ·
וחסתך תעיר · ושבועתך תקים · יהיו
לרצון אמרי פי · והגיון לבי · תהלת ה׳
ידבר פי · הסר מסני דופי · ושלח לכלילת
יופי · אליהו הנביא ··

Qui in occulto habitas, Deus, ausculta prouentum (labiorum nostrorum) *et meditationem* (cordis,) *salutemque praesta populo tuo, pauperi et egeno, exhausto et euacuato. Omnino vicem rependet* (Deus,) *qui comburet hircum pilosum* (h.e. Edomum, siue Christianos.) *Effundes iram tuam, stabiliesque iusiurandum. Accepta erunt verba oris mei, ac meditatio cordis. Laudes Iehouae eloquar; aufer a me probra,* (nobisque omnibus) *absolutissima pulcritudine renitentem Eliam Prophetam redde.* Huiusmodi septem strophae excipiunt modo adscriptam, argumenti fere eiusdem, ac desinentes perpetuo in verba אליהו הנביא *Elias Prophetes.*

III. Folio XXIII. b. temporum characteres quomodo inuestigandi, aut de aeris tempestatisque mutatione diuinationes instituendae sint, obseruationibus quibusdam docetur, quarum vnam (vt ex specimine de tota tractatione iudicare possimus) alteramue huc adponam. Ait obseruator אם ימטיר ביום י״ט בתמוז מתייקר התבואה בתחילת השנה: *Si XIX. die mensis Thamus pluat, indicium esto, presia frugum auctum iri sub exordium anni.* Paucis interiectis: ואם בפסח ימטיר ימטיר בקציר ובבציר: *Pluuia in Pascha cadens argumentum praebet pluuiosam fore tam messem quam vindemiam*, &c. Folio XXIV. a. subiiciuntur pauca de quatuor solstitiis, quae huc redeunt. Aequinoctium Thisri seu *autumnale* fuisse, quum Abrahamus filium mactare suum voluisset, eiusque cultrum sanguine maduisse, atque confestim הפכו כל׳ מימות שבעלם לדם omnes in vniuerso mundo aquas conuersas in sanguinem fuisse. Idem miraculum tempore solstitii Tebeth *hiberni* contigisse, quippe quo Iephthae filia נשחטת immolata fuit, eaque de caussa aqua vbiuis per terrarum orbem in sanguinem mutata. Etiam *verno* mensis Nisan aequinoctio aquas omnium fluuiorum riuorumque Aegyptiacorum versas in sanguinem. Denique sub *aestiuum* mensis Thamus solstitium rupem percussisse Mosen, ex qua sanguis profluxerit, ac simul omnes in orbe aquas in sanguinem mutatas fuisse. Venit hac occasione in mentem, quod me legisse memini. Iudaeos tempore quatuor indicatorum Thekupoth opercula vasis culinaribus detrahere, easque ollas in queis lac, ius, ac similia asseruant, diligenter inspicere, spatha liquores agitare, ne sanguis innatet, quem se tunc non raro inuenisse adfirment. Caussa quamobrem

id faciant, ex dictis facile peti potest. Folia XXV. et XXVI. partim pura sunt, partim nil nisi nomina variorum possessorum, aut artis scribendi exercitamenta, sistunt.

IV. Folio XXVII. a. sequitur residua commentarii in Iesaiae caput LIII. pars, cuius initium codice CIII. num. 3. dedimus, et quem violenta manu per duos codices dispersum esse, supra diximus. Nunc ergo, quidquid ex dicti capitis interpretatione superest, vt integrum cohaereat sermonis filum, transscribemus.

לז דבר כוף • והוא פרו ורבו•
זו הוט יא דער יֵזוֹ לפי דבריהם
קיין זרע גהט אך ניט מאריך
ימים גיוועזן לפי דברי העון
גלוין ניט מער אלש ל'.שנים
אלט װארדן • דארום קניש
אנדרש ניט זיין דן עש אוף
ישראל ניט װ'א דוא װינדשט
אין תורות אלהינו אין כתובי'
ונביאים יעקב מיין קנעכֿט
ישראל מיין קנעכֿט כמו
שתמצא בישעיה בקפיטל מ'ד
שמעו לי יעקב עבדי וישראל
אשר בחרתיך ועבדי ישכיל
ויצליח כמו שפרשתי מלקמן
בקפיטל זו וגם בקפיטל נ'א נ'ב
שמעו אלי יודעי צדק עם
תורתי בלבם אל תראו חרפת
אנוש ונו' עורי עורי לבשי עזך
ציון ונו' לא יוסיף יבא בך עוד
ערל וטמא : וא'כ א'מ הנביא
הנה ישכיל עבדי • רני עקרה
לא ילדה ונומ' והקפיטולין
נתחברו ביהד זה על זה מרמז
על יעקב וישראל ירושלים
וציון ועל שום דבר בעולם אינו
מרמז אלא על מלך המשיח
שיבא וינאלינו במהרה בימינו.
דן ישכיל א'זט לשון חכמה
דא אין בן אדם אוף מושט
טרכֿטן אונ' טיכֿטן אין צייך:

Finitus est, vt legit : Crescite et multiplicamini. So hatt ia der Iesu לפי דבריהם kein זרע gehat, ach nit מאריך ימים gevvesen לפי דברי העון גלית *Iam vero Iesus, ex confessione ipsorum, liberis caruit, neque longa viuendo spatia emensus est, vti ex Euangelio constat* ; nit mehr als 30. שנים alt vvorden. Darum kans anders nit seyn, denn es auff ישראל gehet, vvie du findest in תורת אלהינו in כתובים ונביאים *Namque XXX. aetatis annum supergressus haud fuit. Quare aliter interpretari quam de Israele, verba nostra non possumus, consentiente lege Dei nostri, Hagiographis ac prophetis, apud quos saepe occurrit,* Iacob mein Knecht, Israel mein Knecht, *Iacobus seruus meus, Israel seruus meus, prout inuenies in capitis XLIV. Iesaiae initio :* Audi me Iacob serue mi, et Israel quem elegi. *Et:* Prudenter aget seruus meus ac prosperabitur; *quae suis supra capitibus exposita dedi. Quin et capite LI. et LII. legitur**: Auscultate mihi qui adgnoscitis iustitiam, in quorum animo doctrina mea est ; ne timeatis opprobria hominum, &c. Euigila, euigila, indue robur tuum, o Sion, &c. nam non amplius ad te perueniet praeputiatus ac immundus. *Quod si ergo his verbis :* Ecce prudenter aget seruus meus, *atque his etiam (ex sequenti capite, quod cum nostro LIII. arcte cohaeret, petiers)* Canta sterilis quae non peperit, &c. *de Iacobo et Israele, Hierosolymis et Zione agit Prophetes, sane* (non Iesum Christianorum, sed) *Messiam nostrum designat, venturum ad liberandum nos propediem.* Dann ישכיל ist לשון חכמה da ein בן אדם auff muss trachten und tichten in sich. *Etenim* ישכיל *prudentiam innoluit, sistitque hominem qui intra animum suum serio de re quadam cogitat.*

* Subiicitur

Subiicitur huic confutationi *R. Lipmanni* expositio eiusdem capitis LIII. Iesaiani, Christianis opposita, et in Nizzachon illius obuia, sectione CCXXXVI. quae in codicem nostrum illata est integra. Folio XXX. b. in sequentia omnia Vatis capita continuatur commentarius tergeminus, vernaculus, Kimchianus ac Raschianus, codice CIII. coeptus, cum quo iungendum esse supplementi necessarii viee praesentem scriptum librum, aliquoties indicaui. Vltima autem commentarii huius folia (quod sub initium codicis indicaui) sic ambusta flammis sunt, vt sensum ex superstitibus litteris eruere nullum possis. Ac prout omnia tam in CIII. quam hocce nostro codice perturbata offendimus, ita, ne quid confusioni desit, ad calcem totius commentarii, folio nimirum LXI. b. reiecta est ex Lipmanniano Nizzachon sectio CCXXV. continens capitis VII. Iesaiae interpretationem, Christianorum placita euersuram; eaque absoluta, de suo quaedam attexuit folio LXII. b. compilator verbis Germanicis, ostensurus, vaticinium de filio ex virgine in lucem edendo ad Iesum nostrum ideo quadrare non posse, quod signum Achaso datum, eius etiam tempore ab ipso rege oculis vsurpari debuerit, omni virtute prodigii euanescente, si post mille demum annos comparuerit. Tum et probare conatur, vocabulum עלמה de ea quoque dici, quae viro iuncta liberos enixa est. Subiungitur folio LXIII. a. *R. Dauidis filii R. Eliakim* epistola ad collectorem nostrum stilo Rabbinico exarata, qua capitis Iesaiani septimi expositio Raschiana adprobatur, ac Kimchianae praefertur.

V. Folio LXVI. a. legitur תיקון של ר׳ ברוך שכר מקק פרוסטין *Constitutio R. Baruch Sachar ex sancto coetu Prustin*, qua nil aliud docetur, quam vbi incipiat פתוחה *sectio* in lege *clausa*, vbi סתומה *sectio aperta*. Incognitus alioquin hic R. Baruch est Bibliothecarum Ebraicarum conditoribus. De aetate et scriba codicis huius vt ad extremum aliquid adiiciam, non hic repetam quae supra ad finem cod. CIII. qui eum nostro connectendus ex parte est, notaui; id solum adfirmo, inter recentioris aeui libros scriptos referendum esse. A Germanicense Iudaeo profectum, res ipsa loquitur, et nemo, opinor, negabit. *Constitutio R. Baruch* &c. vltimum locum occupans, diuersam a priori arguit manum, paullo vetustiorem. Scripta sunt omnia charactere rotundo.

CIX.

Codex centesimus nonus membranaceus est in quarto, foliorum CXXII. atque librum *Ammude golah* sistit, sed fine ac initio mancum. Deest quippe sub initium auctoris praefatio, ac nonnisi extremi ex ea versus hic sunt seruati; quin et nondum absolutis quintae diei ritibus (nam secundum septem dies hebdomados dispositum esse librum *Smak* notissimum est) finem videas codicis, cuius septem vltima duntaxat folia cum dimidio iura diei quinti complectuntur; cetera desiderantur omnia, aeque vt index praeceptorum in fronte alias obuius. Sunt et heic animaduersiones quaedam margini hinc inde adiectae, sed diuersae ab iis, quas habet codex CVII, et rarius occurrentes, et breuiores. De codicis vetustate indicium ex folio primo facio, vtpote cui Iudaeorum aliquis natales dies patris, fratris, filiaeque inscripsit. Liquet hinc filiam eius (vt de ea sola dicam) lucem hanc adspexisse anno קסה CLXV. hoc est, A C. MCCCCV. adeoque referendum codicem nostrum ad finem saeculi quarti supra decimum.

CX.

Codex centesimus decimus chartaceus est formae maioris in folio, constans foliis scriptis LXXV. atque librum Kabbalisticum גנת אגוז *hortus nucis* dictum, complectens, cuius auctor sub praefationis initium in codice nostro sic se ipsum vocat יוסף הקטון בן ר׳ אברהם הדר בקצה הגבול קשטילייא במדינות סאלם אשר בגבול׳ בקצי׳: hoc est, quantum suspicor, *Ioseph paruum, filium R. Abrahami, habitantem in extremo Castiliae, vrbe Salam, in confiniis Biscaiae.* Integrum hoc est nomen perinsignis Kabbalistae, qui alias *R. Ioseph Gecatilia* nuncupatur. Liber ipse typis excusus est Hanouiae, A. C. MDCXV. in forma librorum maxima, absoluiturque foliis LXXIV. Summam operis tum illi indicant, qui de scripto-

tibus Rabbinicis differunt, tum V. CL. *Io. Franc. Buddeus* introd. ad Philosoph. Ebr. pag. 147. Ex praeloquio, quod secundum artis regulas rhythmis constat, discimus, titulum גנרת *horti* tres Kabbalae species, Gematria, Notarikon, Temura, hic pertractaras respicere, quod indicandum putaui, vt omnis dubitandi posthac occasio rolleretur. Distributus liber est in tres partes, quarum prima de שמותיו ית' nominibus diuinis mysterio plenis agit, secunda de כב' אותיות XXII. alphabeti litteris, tertia denique de נקודות punctis. Quaelibet pars varias sub se habet שערים portas. Et prima quidem pars quinque complectitur portas sequentes, de השם המיוחד nominis *Iehoua* arcanis; de nomine *Elohim*; de nomine *Adonai*; de nomine *Schaddai Iehouah*; ac de nomine *Zebaoth*. Secunda pars XXII portis instructa est, vindicante nimirum sibi qualibet alphabeti littera peculiarem portam. Tertia pars quatuor continet portas. Harum prima agit de arcano punctorum Cholem, Schurek atque Chirek; secunda, de Tsere, Saegol et Scheua; tertia de Patach et Kametz; quarta de סוד הייחוד העכצור mysterio vnionis vocalium cum consonantibus. Quum auctor Kabbalistici huius horti sub finem saeculi XV. vixerit, facile hinc coniicere licet, quaenam aetas assignanda veniat codici nostro, quem XVI. saeculo scriptum character (qui rotundus est) et primus docet intuitus. Tacendum non est, post folium LXVI. desiderari integrum folium, ac volumen in fine mutilum esse, quamuis non adeo multa deesse videantur.

CXI.

Codex centesimus vndecimus chartaceus est, formae octaue, foliorum XXIII. exhibens

I. Folio I. b. *R. Mordechai filii R. Isaac*, (qui se generum praedicat חתן אב״ד מ״ו האלוף בתורה מהור״ר הירץ magni et excellentissimi doctoris, patrisque consistorii, R. Hirz; Archisynagogi forsan illius Francofurtani) introductionem in abbreuiaturas, quas vocant, Kabbalisticas, ex diuersis sacri codicis locis vocibusque ac litteris contexendas, ea ratione, vt prima alicuius commatis littera cum vltima sequentis commatis, ac rursum cum prima tertii commatis connectatur, quo pacto tres iunctim prodibunt litterae, totidem vocabula integra denotantia, id quod auctor ex vocibus ויסע. ויבא, ויט in Parascha שלח Numer. XIII. occurrentibus (vbi tamen frustra eas quaesiueris, nominare enim debebat Parascham בשלח Exod. XIII. incipientem, in qua cap XIV. 19. 20. 21. memorata tria verba occurrunt) comprobatum dare conatur. Scilicet ex Paraschae istius versu, qui a voce ויסע incipit, primam assumit litteram *Vau*, ex altero versu voceque vltima הלילה postremam demit litteram *He*, ex tertio denique commate eiusque primo vocabulo ויט litteram priorem *Vau* tollit, atque tres hasce litteras והו nomen constituere ait, in tria nomina alia integra resoluendum. Non multae sunt αἱ διὰ σημείων scripturae, heic propositae, nouem puta supra XL. quas, quia vulgarae nondum sunt, et tamen in Kabbalistarum maxime libris intelligendis vsum praebere possunt, huc adponemus omnes.

והו

רת והיה הוה ויהיה:

Denotat nomina diuina Kabbalistica ויהיה הוה atque והיה.

ילי

יתברך לעד יהוה:

Benedictus sit perpetuum Iehoua.

סיט

סוד יהוה טמון:

Arcanum Dei est absconditum.

עלם

עוזו לעד סקוים וגם עלם בגי נטמיאל והוא טוב לפתיחת חלב:

Robur eius (Dei) firmum manet. Quin et vox עלם tantundem per Gematriam valet quantum נטמיאל quod nomen robur et hilaritatem animo addit.

פח״ש

מהש

מוראו הוא שמו ובגי׳ אל שדי והנן טובים להזכירם לדרשה מהש אותיות משה׃

ללה

לו לבדו הממשלה׃

אכא

אחד כסאו אחד׃

כהת

כתר הראש תפלה׃

הזי

הדר זוהר ישיבתו׃

אלד

אמונתו לדור דורים · ובגי׳ יהודי׃

לאו

לשמו אחדות ומלוכה׃

ההע

הוא האלהים עליון׃

יזל

יתברך זכרו לנצח · ובגי׳ יגדל׃

מבה

מפואר בהוד המלאכים׃

הרי

הכבוד ראש ישיבות· ובגי׳ אדיר׃

הקם

האל קדוש מלך· ובגי׳ אל חנן׃

לאו

לו אדיר (Scrib. אֶדֶר) וגדולה׃

כלי

כתרו לעד יתרומם׃

מהש

Timor est nomen eius. מהש eundem numerum efficit cum אל שדי· Vtriusque nominis memoriam proderit crebro recolere, ac simul attendere, quam belle (*transpositis litteris*) ex מהש prodeat משה Moses.

ללה

Ei soli dominium competit.

אכא

Ipse vnus est, et thronus quoque eius vnicus.

כהת

Corona capitis est oratio.

הזי

Maiestas splendoris est habitatio eius.

אלד

Veritas eius per omnes durat hominum aetates. אלד in numeris conuenit cum יהודי·

לאו

Vnitas ipsi atque regnum competit.

ההע

Ipse est Deus supremus.

יזל

Benedicta esto memoria eius in perpetuum. יזל et יגדל valore numerorum non differunt.

מבה

Ornatus est decore angelorum.

הרי

Gloria potissimum e sede eius emicat. הרי quoad numeros respondet voci אדיר·

הקם

Deus sanctus rex est. הקם per Gematriam efficit vocabula אל חנן

לאו

Ipsius est magnificentia et magnitudo.

כלי

Corona eius perpetuo extollatur.

לוו

לעד ולעולם ועד · ובגי׳ יחידי שני הדן יחידי לכל באי עולם:

In aeternum, in perpetuum, in omneque aeuum. Nomen לוו in Gematria idem valet quod יחידי indicaturque, illum (Deum) vnicum esse omnium hominum iudicem.

פהל

פאר הצדקה לבושו · ובגי׳ חזק:

Decus iustitiae est vestimentum eius. פהל et חזק in Gematria aequiparantur.

נלך

נסתר למעלה כבודו:

Abscondita est in supremo loco gloria eius.

וו

יחיד ידוד יחיד · ובגי׳ יהודה אחד ושמו אחד:

Vnus est Iehoua, vnus inquam. Quod nomen וו in Gematria respondet τῷ יהיה tanquam indicium, esse eum vnum, ac nomen quoque eius vnum.

מלה

מלכותו לעולם העולמים:

Regnum illius cum aeternitate ipsa durat.

חהו

חקוק היוצר והאב · ובגי׳ הזהב:

Insculptus est (*animis*) creator ac parens. חהו idem est in Gematria cum הזהב

נתה

נגד תמונתו הנבואה · ובגי׳ כלתה נפשי לשועתך · (לתשועתך Legendum) ובגי׳ תנה הודך על השמים:

In conspectu imaginis eius prophetia est. נתה eodem numero gaudet quo כלתה estque symbolum loci ex Ps. CXIX. 81. *Anxie desiderat anima mea salutem tuam.* Aliter: נתה ex eadem Gematria facit תנה atque hoc vult: Euehe gloriam tuam in coelos.

האא

הוא אדון אחדו:

Ille solus Dominus est.

ירת

יחדין רוממו תהילה:

Vos (*Israelitae*) qui vnice Deo adhaeretis, laudibus eum maximis efferte.

שאה

שמים ארץ הרוח ובגי׳ אב הרחמים:

Coelum, terra, ventus. שאה per Gematriam valet הרחמים

רוו

רחב וספר ישועתו:

Quisquis amplo honore fruitur, enarret salutem eius.

אוֹם

אומר ועושה מלאכיו:

לכֿב

לנצח כבודו ברוך:

ושֿר

ואלפי·שנאני רבותיים:

יחֿו

יושבי חבאונו (חביונו .Scrib) וסתרו:

להֿח

לעולם הוא חי:

כוֹק

כבודו ואסונה (ואמונתו .leg) קדוש:

מנֿד

מחנה נורא דירתו:

אנֿי

אל נאמן יחיד:

חעֿם

חפץ ערכיו מושבו:

רעֿה

ראשון הוא עשה · ובגי׳ יהוה מטר
כי השם המטר:

וֿין

יתברך יתרומם זכרו · ובגי׳ זך כי השם
צוה לישראל ליקח להם שמן זית
זך וגם נגד זך אותיות באלפא ביתא
עם מצנפך ויועיל לזכור שלא ישכח
מהרה הלימוד שהוא לומד באותיות
התורה שהן המוך (וחמסך .leg) למאור
המנורה שהם ז׳ ספרי׳:

הֿוֿה

האל הגדול הגיבור · ובגי׳ הוד
דכתיב

אוֹם

Ipſe creat angelos, illisque imperat.

לכֿב

Gloria eius in perpetuum ſit benedicta.

ושֿר

Millia multiplicia, myriades. (Ex Pſal. LXVIII. 18.)

יחֿו

Habitans in occulta et abſcondita ſede ſua.

להֿח

Vitam agit finis expertem.

כוֹק

Gloria et veritas eius eſt, qui Sanctus dicitur.

מנֿד

Caſtra reuerenda ſunt habitaculum eius.

אנֿי

Deus fidelis vnicus eſt.

חעֿם

Elegit ſibi orbes coeleſtes pro domicilio.

רעֿה

Primus ille omnia facit. רעה in numeris idem valet quod יהוה מטר Deus quippe pluuia eſt.

וֿין

Dei benedicti memoria extollatur. וין in Gematria eſt זך Praecepit quippe Deus Iſraelitis (Exod. XXVII. 20.) *vt oleum oliuae purum accipiant.* Quin et priusquam ad litteras ז et כ in alphabeto peruenire liceat, cortem videas tenebris te obuoluentem. Quod vtiliter nos admonet, non ſtatim rem ſub litteris in lege diuina latentem ab illis percipi, qui elementa diſcunt. Litterae enim nil aliud ſunt quam liquor lucernae candelabri affuſus, in quod candelabrum ſeptem Sephirae (*ſuperiores influunt.*)

הֿוֿה

Deus magnus ac potens, הוה et vox

הוד

דכתיב לך ה׳ הגדולה והגבורה ותפ׳
והנצח וההוד ובגי׳ הללויה׃

והוד eundem constituunt numerum. Quo pertinet illud (1. Chron. XXIX. 11.) *Tua est, o Iehoua, magnitudo, et potentia, et gloria, et aeternitas, et maiestas.* In Gematria הללויה

מ׳ך

מי יערוך כערכו · ובגי׳ סוד שנאמ׳ סוד יי׳ ליראיו · ובגי׳ שנאמר כי (in Ebraica veritate est מה) טובי׳ דודיך מיין׃

Quis ita ordines disponet, sicuti Deus? מ׳ך est in Gematria סוד Huc facit locus (Psal. XXV. 14.) *Arcanum Domini est apud reuerentes ipsum.* In Gematria (Cantic. IV. 10.) כי טובי׳ דודיך מיין *Namque meliores sunt amores tui vino.*

וו׳ל

ותיק ומהולל לעד · ובגי׳ יחידי הדן יחידי׃

Sanctus est Deus, et perpetuis laudibus adficiendus. וו׳ל per Gematriam valet יחידי atque vnicum declarat iudicem.

יל׳ה

יאתה לו הגדולה · ובגי׳ יהיה באחד׃

Ei obtinget magnitudo. יל׳ה in Gematria idem est ac יהיה באחד

סא׳ל

סוד יי׳ ליראיו · ובגי׳ אמן · ובגי׳ ידוד אדני בסוד גדול העונה אמן שהוא כנגד ב׳ שמות הללו יותר מן המברך בשם אחד · ובגי׳ סוכה׃

Arcanum Domini est apud reuerentes ipsum. סא׳ל in Gematria respondet nomini אמן ac simul nominibus ידוד אדני Quibus posterioribus (*Iehoua Adonai*) magnum inest mysterium. Quin et is, qui אמן (*in fine precum*) respondet (vide 1. Cor. XIV. 16.) cogitet respici duo ista nomina, quae si quis vsurpat, maius quid praestat, quam si vllum aliud sanctorum nominum in benedictione adhibuerit. Denique (אמן *et* ידוד ארני *et* סא׳ל) conuenit etiam cum vocabulo סוכה·

ע׳רי

עירין דבותיים ישמש · ובגי׳ ניכר כי הוא ניכר לישראל על הים · ובגי׳ סנדלפון לפי שרמו גסף סנדלפון על הים׃

Formidabili (*Deo*) myriades seruiunt (*angelorum*) עירין in numeros resolutum idem est quod ניכר Et sane innotuit ille Israelitis iuxta mare. Valet insuper hoc nomen in Gematria tantundem, quantum סנדלפון eo quod sellam Sandalponis posuerunt ad mare.

עש׳ל

עשרה שמות לו · ובגי׳ חנון ורחום ידוד · ובגי׳ בעל הרחמים׃

Decem gaudet nominibus. עש׳ל valore Gematrico conuenit cum חנון ורחום ידוד Item cum בעל הרחמים·

מ׳ות

מוח.

מכתם ידי הנביאים • ובגי' הלך להציל את ישראל:

והו

והוא הצדיק ומצדיק:

II. Folio V. a. Artes quasdam Kabbalae practicae nefandas, impias, prohibitas. Qua ratione consilia aliorum indaganda, quibus technis efficiendum, vt mensa euanescere videatur, vt futurae coniugis species in somnio compareat, quomodo praestigiis obtuam eundum, domus ab omni damno seruanda immunis, auertenda pericula in insomniis praeuisa, amor conciliandus, spatia itineris longiora breui tempore absoluenda, abortus mulieris praecauendus, feminae a doloribus partus difficilis liberandae, febris ardens pellenda, timor animo eximendus, inclinatio voluntatis vxorum erga viros alios supprimenda, epilepsia puerorum debellanda, erepta virilitas in integrum restituenda, in aliis vero testiculorum potentia eneruanda, id omne, vna cum leuioris notae remediis aliis paucioribus et innocentioribus, expositum hocce libello inuenimus. Vnum alterumue specimen artium harum vanitatem satis abundeque commonstrabit. Primum esto, quod folio VI. a. occurrit;

מי שרוצה לראות זוגו בחלום

ילך כערב שבת לבית המרחץ ויטבול עצמו ואחר כך ילבש כתונת לבן ובתי שוקיים לבנים וסדינא לרישיה שקורין וויש חייבל ואחר כך יאמר יהי רצון מלפניך ה' אלהי ואלהי אבותי שתראה לי את הזוג שלי הן בתולה הן אלמנה הן גרושה הן חלוצה ובלבד כלי שום היזק בשם אגלא אגילה מצפץ דושא זה יאמר כשעה שהוא הולך מבית המרחץ ואחר כך כשבא לביתו יאכל וישתה ולא יברך ברכת המזון וכשהוא מבקש לשכוב על מטתו יאמר עוד פעם מה שכתבתי לעיל ואז תראה זוגך בחלום:

מוח

Depositum aureum manus sunt Prophetarum. מוח est in Gematriam הלך (*falsum hac est; alias scribendum* חלך) iuit ad liberandum Israelem.

והו

Ipse iustus est, ac alios quoque iustos efficit.

Quisquis voluerit futuram coniugem suam in somnio conspicere,

Conferat se sub vesperam Sabbati in balneum, vbi immergat probe carpus in aquam, tum albam induat vestem, albas caligas, et caput lintea inuoluat, quod vulgo vveiss Haubel *vittam albam vocant. His peractis ita precetur; Placeat tibi Iehoua Deus mi, patrumque mearum Deus, offerre mihi imaginem coniugis, siue ea virgo sit, siue vidua, siue a viro expulsa, siue calcei extractionem passa; modo sine damna eueniat mihi visio ista nocturna, in namine* אגלא אגילה מצפץ דושא. *Haec dicenda sunt eo momenta, quo balneo egreditur. Domum quando venerit, edat bibatque, nulla tamen consecratione ciborum adhibita; tum si cubitum iuerit, supra scripta verba denuo recitet, atque tum coniugem futuram in insomniis conspiciet.*

Secundum esto, quod folio VII. a. consignatum est, לאשה שלא תפיל *in vsum feminae, ne abortum faciat,*

קח קלף כשר מן הבהמה טהורה ובשרת היתה ראוי לאכול ונשחט ונבדק בכשר וכתוב עליו בשם ה' אלהי ישראל הפוקד עקרות וזכר את אמותינו רבקה וגם אמותינו חנה זכרונם לברכה ושמרת הולד בקרבכם כמו שחנה העיד על זה ברמז שאמרה אין צור כאלוהינו כך תשמור הולד של פלונית בת פלוני בת פלונית שיצא מרחם בתמימות וכשלימות שלא יחסר שום אבר ממנו ונצור אותו עד שיגדל למעשים טובים ושלח לה המלאך הממונה על הלידה וישמרה הן לפני העת הן לאחר העת ושלא יאחוה רעדה בשם הדרניאל וקח זה הכתב ותשים תוך מטתה מראשותת כלתי ידיעתה ויהיה שם לילה אחת ואחר כך קח אותו הקלף ודלה בצווארת כשתבא תוך חודש הג' וכשתבא

תוך


תוך חודש הו' קח אותו הכתב מעמרת וכשהוא יבא תוך חודש הט' עשה עוד פעם תוך מטתה בלתי ידיעתה ויהיה שם שתי לילות רצופים ואחר כך תלה עוד פעם על צווארה ויהיה שם עד שתביא על המשבר וכשאתה כותב זה תשב בתענית אותו היום עד הערב:

Sume pellem legitimam animantis mundi, cuius caro esui humano apta est, quod etiam ante quam mactaretur, accurate exploratum fuit, (ex legibus Iudaicis.) *Huic pelli sequentia inscribe: In nomine Iehouae, Israelitarum Dei, qui steriles visitat, qui memor est matrum nostrarum Rebeccae atque Hannae, piae recordationis, qui embryonum curam gerit, teste ipsa Hanna* (1. Sam. II. 2.) Nulla rupes est vt Deus noster. *Ad eundem, precor, modum, custodi embryonem N N. natae parentibus N N. et N N. quo integer ac perfectus, sine vllius membri defectu, ex vtero in lucem prodeat. Serua illum, vt crescat, bonisque operibus praestare operam possit. Feminae autem huic angelum adiunge, partus praesidem, qui eam tam ante quam post partum a damno defendat, tremoresque procul abesse iubeat, in nomine* הדרניאל *Quae verba, pergameno inscripta, in lectum mulieris, (ipsa tamen inscia) sub ipsum puluinar, coniicienda, per noctemque integram illic relinquenda sunt. Quando tertium grauiditatis mensem agit medium, eandem schedam de collo eius suspende; circa medium vero sexti mensis detrahe, denique in medio noni mensis eandem ceruicali eius denuo per duas inuicem sese excipientes noctes suppone, ipsa non animaduertente; ac tum collo ipsius iterum appende, vnde remoueri non debet, vsque dum sellam parturientium occupet. Tu vero, quisquis schedulam hanc scribis a cibo per integrum diem abstinebis, vsque dum vesperascit.*

Tertium esto, quod paullo post sequitur, eodem nempe folio, columna secunda, estque קמיעה לקדחת *amuletum, ad propulsandam febrem ardentem.*

א	אברוקולוס
אב	אברוקולו
אבר	אברוקול
אברו	אברוקו
אברוק	אברוק
אברוקו	אברו
אברוקול	אבר
אברוקולו	אב
אברוקולוס	א

כתוב על קלף זה הציור



יהי רצון מלפניך ה' אלהי ואלהי אבותי שכשם שנתמעט זה השם כך יתמעט קדחת מן פלפ אנס כוזו במוכסז כוזו מלך עליון: ודווקא כתב עברית:

Membranae inscribas hanc figuram (quam supra positam habes. Cui adiicies haec verba:) *Placeat tibi Iehoua Deus meus ac patrum nostrorum, vt quemadmodum hoc nomen* (ABROKOLOS) *litteris decrescit, sic indies minorem febris ardorem sentiat N N. filius N N Amen in perpetuum Selah. Cusu Bemochsas Cusu, Schaddai, Rex supreme. Hoc pittacium nonnisi mere Ebraicis litteris exarandum est.*

Figura hic conspicienda, solennis admodum superstitiosae genti est, nempe διπλῶν τρίγωνον δι ἀλλήλων καὶ ἐξάγραμμον, quali fere Pythagorei vtebantur, teste *Luciano* pro lapsu inter salutandum tomo I. pag. 498. *Schol Aristoph.* ad Nubes p. 163. et Antiochus Soter, quod notum. Nomen אגלא est illud ipsum, quod restinguendis flammis adhibere, panibusque in ignem coniiciendis, inscribere consueuerunt Verpi. כוזו בסוכ pars est nominum כוזו במוכסז כוזו in Mesusa con-

conſpicuorum, reſpondentiumque vocibus יהוה אלהינו יהוה Reliqua שדי et יהוה et illud quidem integrum, hoc autem varie mutilatum ,י׳יהו׳יה׳יוה׳יוי cuiuis primo intuitu obiiciuntur. Denique צמרכר conflatum nomen eſt ex litteris finalibus quinque priorum verſuum Geneſeos, ac ſimul alludit ad צמרא quod *febrim* notat *ardentem*. Haec de triangulis, et quae vel intra vel ad illos leguntur nominibus. Altera figura, ad latus prioris poſita, exhibet nomen אברוקלוס cui magna virtus ineſt, ſi delineato ſcribatur modo. Fere vt ABRACADABRA apud *Q. Serenum Sammonicum*, I. 24. *et Cornelium Agrippam* occultae Philoſoph. III. 11. p. 275. ſeq. non diſſimili ratione ſcripta, colloque adpenſa Hemitritaeum morbum curare, vel, vt Iudaico exemplo vtar, nomen שברירי diminuendo ſemper litteram inter ſcribendum vnam, caecitatem profligare dicitur apud *Buxtorfium* Lex. Talm. col. 2320. cui iunge V. CL. *Georg. Eliez. Edzardi* adnotationes ad caput primum Gemarae Auoda Sarah pag. 265. ſeq.

III. Folio XI. a. Incerti Rabbini concionem, ſtilo quidem Ebraico, ſed intermixtis paſſim ſententiis Germanicis, conſignatam, ſatis vagam, ineptam, ridiculam. Praemiſſa perbreui captatione beneuolentiae, quae ſolennem formulam ברשות הקבה וגו׳ ותורתינו הקדושה וגו׳ לומדים חכמים וגו׳ ושאר כל העדה וגו׳ *Cum venia Dei O. M. et legis noſtrae ſanctae, doctorumque ſapientia celeberrimorum, totius denique coetus &c.* exhibet, ſequitur ipſa concio in verba 2. Chron. XXXVI. 22. 23. ובשנת אחת לכורש וגו׳ inſtituta. Qui ſemel huius generis declamationes legerit, noſtram vel inſpicere totam, vel ex ſpecimine cognoſcere, non admodum deſiderabit. Eodem pede incedunt omnes, nec acumine vna ſuperat alteram, ſed ſtoliditate. Duarum exempla dedit *Wagenſeilius* in confutatione carminis Lipmanniani pag. 246. ſeqq. atque nos onere leuauit. Subiiciuntur huic concioni folio XIV. b. quatuor priorum hymnorum Dauidis *παραφράσεις*. lingua Iudaeo-Germanica.

IV. Folio XIX. a. Fragmentum Talmudicum, incipiens הפניח את הכד ברשות הרבים ובא אחר ונתקל בה ושברה פטור ואם הוזק בה בעל החבית חייב בנזקו: גמ׳ פתח בכד וסיים בחביות ותנן נמי וכו׳ Quae ſunt verba initialia capitis ſecundi ex tractatu *Baba Kama*. Finem dant haec: וחכמים אומרים פטור מדיני אדם quae occurrunt in extremo folii 28. col. 2. editionis Amſtelodamenſis. Scriptum eſt hoc fragmentum charactere quadrato, nec adeo recente; reliqua vero codicis, litteris rotundis ac nouis; concio, paullo ante recenſita, nouiſſimis, ac per omnia ſimilibus illis, quibus hiſtoria de obitu Moſis, codice LXXXVIII. nec non codex CIV. exarata ſunt.

CXII.

Codex centeſimus duodecimus membraneus eſt quartae librorum formae, foliorum LXXII. initio fineque carens, ſatis vetuſtus, charactere maiuſculo quadrato ſcriptus, punctiſque vocalibus inſtructus. Iudaeorum continet preces Paſchales cum adnexo tractatu *Pirke Aboth*, atque eas quae ſub anni initia fundendae ſunt, quas inter folio vltimo columna prima legitur illa, cuius initium עלינו לשבח in eademque verba reperiuntur iniqua, שהם משתחוים להבל וריק ומתפללים לאל לא יושיע manſeruntque illaeſa, quae felicitas non omnibus contigit codicibus, prout ſuis indicauimus locis.

CXIII.

Codex centeſimus decimus tertius membranaceus eſt in duodecimo, vti loquuntur, conſtans foliis tenuiſſimis CCCCXXXIV. Quem ſi ספר תפילה *librum precationum* dixero, ſatis erit. Elegantiſſimo prorſus charactere quadrato ſcriptus, variisque coloribus, ac diuerſorum animalium figuris ornatus, maximam partem punctatus, niſi quod verſus finem in aliquibus foliis id non obſeruetur, tum et in margine paſſim, cumprimis vero priorum foliorum, vel explicatio precum adiecta eſt, vel nouae deprecationes acceſſerunt; denique inſerta hinc inde folia quaedam, alia manu exarata, quae tamen orationes ſacras pariter continent. Foliis XLI. a. XCVI. a. CCLXXII. a. et CCCLIV. a. exſtat oratio עלינו in quatuorque his locis ſemper occurrunt verba: שהם משתחוים להבל וריק ומתפללים אל אל לא יושיע: Vbi ſimul notandum, quod folio XLI. et CCLXXII. ולריק inſerto Lamed ſcribatur, contra Iudaeorum conſuetudinem et myſterium illud, quod e voce

וריק eruunt, quam in Gematria respondere salutis plenissimo vocabulo ישו volunt. Adsunt hic etiam foliis CCVII. a. CCXII. a. CCXIII. b. preces מלכותם הגוים אימם et הגוים אפס et באבדך quod indicauisse sufficiat, quum eas integras supra inter precarionum codices exhibuerimus; varietatem vero lectionum nunc non attendimus. Aetas codicis nostri ad finem saeculi XV. referenda videtur. Vt de exteriore voluminis forma aliquid adiiciam, corio rubro vestitum est, aerisque Cyprii bracteis munitum, quibus stilo artificis non continua serie insculptae, sed punctis signatae sunt sequente figura voces:

ויתן לך עליון פתח שער תחת גערה בסבכן

Siue, ויתן לך עליון פתח שער תחת גערה בסבכן *Det tibi supremum numen portam apertam loco increpationis, vt* (lecta) *intelligas.*

CXIIII.

Codex centesimus decimus quartus chartaceus est formae librorum quartae, constans foliis XIX. recenti manu et charactere minutulo currente exaratus, exhibens folio I. a. formulam Iudaicam instrumenti auctoritatis, siue emtionis. Hinc folium sequitur purum, quod excipit folio III b. liber nondum editus, cui titulus ברוך שאמר *Benedictus qui dicit*; tradens rationem conficiendorum scribendorumque phylacteriorum, Mesusoth, voluminum legis. Atque vt clariora sint omnia, litterarum figurae, pittaciorumque schemata delineata hic sunt; quin et iura in describendo obseruanda recensentur tam in textu, quam in largissimis notis ad vtramque marginem, summum item ac imum spatium singularum paginarum positis, ab ipso, vti videtur, auctore, adiectis. Etenim statim ab initio notarum ad R. Abrahami נוסחת של תפילין exemplum phylacteriorum quam accuratissime scriptum prouocatur, cuius mentionem in ipso titulo factam inuenio, quippe quo R. Simson, libelli conditor, laudat patronum suum R. Isascharem multis nominibus, sed hoc cumprimis, quod sibi beneuole concesserit נוסחא אחת מתפילין יסוד של ר׳ אברהם ראש לכל כותבי תפילין שהיה כרוהו ואחריו לא קם כמוהו: *genuinum τῶν Tphillim exemplar, scriptum manu R. Abrahami, principis in hac arte, qui nec suo tempore nec postidea parem habuerit.* Ex titulo operi praefixo, et bene longo, discimus auctori nomen esse שמשון בר אליעזר *Simson bar Eliefer*, cognomen vero ברוך שאמר ex ea caussa impositum, quod indi mane ac sub vesperam in Synagogam veniens recitauerit formulam, incipientem a verbis: *Benedictus qui dixit.* Natum se profitetur in terra שושניא Anne Susianam vult regionem, cuius metropolis שושן Susa sunt? Inde Pragam octauo aetatis anno deductum se memorat a parentibus, qui continuo abierint לעולם in alia orbis loca, atque se omni cura destitutum reliquerint; mox tamen receptum se in R. Isaschar aedes fuisse, a quo modum struendi scribendique phylacteria didicerit. Initium libri hoc est: כל הקונים תפילין אינם חששים רק שיתנו להם בזול וגו׳:

CXV.

Codex centesimus decimus quintus chartaceus est in quarto, foliorum LIII. agens de cibis vel concessis vel interdictis. Diuiditur in שערים portas, ac singulas animalium partes, cor, hepar, mammas, neruum ad acetabulum femoris, reliqua, considerat, quibus ceteri iunguntur cibi, veluti pisces, raphani, lac, oua, &c. non omissis vasibus, tam licitis quam vetitis. Auctoris nomen titulumque libri nusquam in codice inuenio. Suspicor tamen esse *R. Isaaci* מדורא *Durensis* tractatum, cuius inscriptio שערי דורא Is enim non modo eiusdem omnino materiae cum praesenti libro est, sed et diuersorum notis illustratus prodiit. Et vero in nostro etiam MSC. duplex adiicitur commentarius. Vt dispicere legentibus (mihi enim opus Rabbini typis impressum ad manus non est) liceat, quam bene vel male coniecerim,

ad

adponam portae decimae initium ex folio XI. b. vna cum gemino ſcholio, ea plane forma, qua in MS. comparet.

אם מלח בשר נבילה עם בשר שחוטה אפילו בכלי סנוקב השחוטה אסורה מן

התורה וציר של בשר איסורו הוי איסור מן התורה כדאמ׳ רבא הטמאים לרבות צירן ורוטבן והוא דמסיק בפ׳ גיד הנשה דציר זיעה בעלמ׳ הוא ואינו אסור דמשמ׳

דג טמא שכבשו
עם דג טהור
ציר הכל אסור
אלא א״כ הידה
הטמא אחד
מאתים מן
הטהור · מיימוני:

גוים שמכרו
דגים טהורים
מלוחים של
זמן שאין אנו
רואין ביניהם
דג טמא הרי
מותרים וגו׳

דמרבנן הוא התם
איירי בציר של
דגים שהוא
מדרבנן א״כ אם
נמלח דג טמא
חוי אסור דרבנן
וגו׳

Hic verba אם מלח בשר נבילה וגו׳ vſque ad אסור דרבנן וגו׳ ſunt verba textus; illa vero דג טמא &c. tota adnotatio prior; tota, inquam, vnde nec in fine addidimus וגו׳ Denique iſta גוים שמכרו וגו׳ verba ſunt initialia commentatoris ſecundi. Nihil praeterea de codice hoc notandum, quam quod integer textus charactere ſatis antiquo quadrato ſcriptus ſit, notae autem paullo rotundiore.

CXVI.

Codex centeſimus decimus ſextus membraneus eſt in quarto, foliorum XXXIV. complectens

I. Folio I. b. indicem totum ac partem praefationis ex *R. Iſaaci filii R. Ioſeph* libro Ammude golah, quem aliquoties in hac Bibliotheca oblatum recenſuimus; ipſe vero tractatus in MS. hoc obuius haud eſt, in alium que codicem, quod ab impoſtura Iudaica alienum non eſt, translatus videtur.

II. Folio XII. a. ἀποσπασμάτια ex libro precum, initio et fine carentia; quae tamen hic leguntur precationes, in nouo anno, die piaculari, in feſtis attegiarum, Paſchae ac Pentecoſtes diebus, recitantur. Ipſo folio XII. b. in מוסף של ר״ה exſtat oratio illa, quae tot clamores et olim et aetate potiſſimum noſtra concitauit, עלינו לשבח dicta, in qua heic etiam offendimus blaſphemas voces, de quibus controuerſia eſt nos inter ac Iudaeos, שהם משתחוים להבל וריק ומתפללים לאל לא יושיע Quid ergo poſthac recutiti dicent, tot propriis teſtibus conuicti, codicibus puta huius Bibliothecae, tam excellentibus, tam vetuſtis? Noſter ſane codex non infimae eſt aetatis, ac ea inprimis pars, quae תפילות continet, ex qua multae paginae temporum vitio euanuerunt. Exaratus eſt quadrato charactere, ac orationes pleraeque omnes ſine punctis ſcriptae, quod contra receptam eſt apud Iudaeos in huius generis libris conſuetudinem.

CXVII.

Codex centeſimus decimus ſeptimus membranaceus eſt in ſedecimo, vti loquuntur, conſtans foliis CII. atque preces Pentecoſtales, die IX. menſis Abh, in Sabbato, Paſcha, Simchas torah, circumciſione, item quando liber legis ex arca promitur, aut in eandem reponitur, aliiſque occaſionibus ac temporibus recitandas, exhibens. Quadratae ſunt litterae, et ſuis gaudent punctis vocalibus. Aliquot ſaeculorum aetatem codex habet, temporumque iniuriam ſuſtinuit, quam lacera oſtendunt folia.

CXVIII.

Codex centeſimus decimus octauus membranaceus eſt in quarto, foliorum XLV. eiuſdem cum antecedente commatis, ſiſtens preces 82. quarum indiculus operi eſt praefixus. Folio III. a. habes quaedam ad iura precantium facientia, deſumta potiſſimum ex *Maimonidis* Hilch. Tephillah vbirchath cohanim capite X. Folio XLII. b. adnectitur index paraſcharum in Sabbato ac ſolennioribus feſtis diebus legendarum. Admodum vetuſtus eſt codex, quadratis litteris ſcriptus, punctis, ſed non per ſingulas paginas, inſtructus, multaque folia annorum multitudo ſic attriuit, vt nulla arte, quod inſcriptum olim fuit, legi queat.

CXIX.

Codex centeſimus decimus nonus chartaceus

ceus est in quarto foliorum XXXVI. continens

I. Folio I. a. fragmentum libri Philosophici, a *Rabbi Iuda Samuele filio R. Iudae Aben Tibbon*, quod ex fine constat, compositi. Titulum libri indicare non ausim; quantum vero ex superstitibus reliquiis, quae tribus foliis cum dimidio absoluuntur et perquam vetusto charactere exarata sunt, cognoscere licet, commentarius est Philosophicus in visionem Ezechieli oblatam, et capite primo vaticiniorum eius litteris consignatam, quam Tibbonides cum microcosmo, cum facultatibus et partibus humanis, cum orbibus coelestibus, aliisque comparat. Initium quia deest, finem adscribam operis:

וכאשר שתי קצוות הקו נשלמה העגלה·
הרבדה ששם אותיותיו ונפלאותיו כאחד
מקטני בריותיו ילאה כל חכם לב לבא
עד תבונתו ולהגיע אל תכליתו · ואיש
אשר ידבר בו רק אשר תשיג ידיעתו
וחכמתו · ואחד מהם לא עמד על
אמתתו · ומרה גדול כוחן של נביאים
וגבורת הכמים חבאי לדבר על צדיק
עתק בגאוה ובגבורה ולרכות צורה
ליוצרה · והשמים שמי לה׳ והארץ
נתן לבני אדם: חיבר דבי יודא שמואל
בן דבי יודי אבן תבון ז״ל:

II. Folio VI a. commentarium breuem in Prouerbia Salomonis qui partim verbis Rabbinicis, partim, et fere plerumque Iudaeo Germanicis, veritatem Ebraicam exponit, atque ex Raschio est expressus, inspersis aliquando non paucis ab illo Rabbino omissis, quandoque et quibusdam demtis, id quod ex enarratione capitis IX. quam subiicimus, ex folio IX. b. petitam, liquido constabit: חכמות ריא תורה· בנתה
ביתה · זיא הוט גבויט איר הויש דן
עולם : חצבה · זיא הוט גיהויאן · אין
זיבן טגן פֿון דער וואוכֿן : עמודיה
שבעה · איר זולין שבעה ימי בראשית
ד״א שבעה ספרים יש בתורה ויהי
בנסוע הארון יש ספר לעצמו : ערכה
שלחנה · נאמר אל התורה סברות
וטעמים : נערותיה איר יונקורויאן משה
אוני אהרון ל״א ארם אוי חוה : על
גפי · אוף בייא הוק הר סיני · יוסר
לץ · דער דא שטרופֿט איין שפֿויטר ·
מומו · הרשע משיב לו מומו שיש
בעצמו · תן לחכם · זה נח שאמר לו
הקב״ה קח לך מן הבהמה טהורה
שבעה גם עוף השמים שבעה זכר
ונקבה ומן הטמאי שנים · אלא להביא
מן הטהורים קרבן לכן לקח מן הטהורים
שבעה ומן הטמאים שנים · לכן תן לחכם
ויחכם עוד · הודע לצדיק · נח · לבדך·
אליין רו די שנד · פתיות· זיא ריד : מה·
ווש זיא רעט : ל״א פתיות · איין טורין·
מים גנובים · בשעה השמד ואר מי
שלמד תורה ועשה מצות בסתר
ינעם לו וימתוק לו · ד״א מים גנובים
אשת איש · ולחם סתרים · שאר זנות·
רפאים אים גיהנם· קראיה· זי לט איין:

· תורה חוכמות Die
בנתה ביתה Sie hatt
gebauet ihr Hauss den
עולם · חצבה Sie hatt
gehauen in sieben Tagen von der Wochen.
עמודיה שבעה ihr Seulen. Reliqua sunt Rabbinica; vsque ad נערותיה
ihr Iungfrauen, Mose und Aaron, ל״א Adam und Eua. על גפי Auff Beyhohe יוסר לץ · הר סיני
Der da strafft einen Spötter. Quae sequuntur Rabbinica sunt, ad vsque verba: לבדך Allein thu die

Sapientia, hoc est, lex. *Aedificauit domum suam*, mundum puta. *Excidit*, septem dierum hebdomados spatio *septem suas columnas*, siue, opera creationis mundi. Aliter: Septem libris constat lex (*Pentateucho scilicet, et Geneseos commate primo, et his verbis* Num. X. 35.) Factum est quum proficisceret arca; quae sola verba, (*non minus quam initium Geneseos*) peculiares constituunt libros. *Instruxit mensam suam*, legem nempe, opiniones, sententias. *Puellas*, siue virgines *suas*, Mosen et Aaron, vel etiam Adamum cum Eua. *In alis*, seu cacuminibus montis Sinai. *Qui corripit derisorem* (recipit) *maculam sibi*, sibimetipsi attrahit vitium. *Da sapienti*. Intelligitur Noachus, cui praeceperat Deus O. M. (Gen. VII. 2.) de bestiis puris nec non de volucribus septenas, marem et feminam; de immundis vero bestiis, sumere binas. Septenas vero de mundis ideo sumsit, vt ex his sacrificium faceret; de immundis vero nonnisi

die Schand. פחיורת Sie redet. מה Was sie redet. ל״א פתיורת Eine Thorin. Reliqua omnia mere sunt Rabbinica, praeter vltima haec : קראיה· גיהינם Im רפאים Sie ladet ein.

nonnisi binas (*eo quod offerre eas Numini non liceat.*) Quamobrem *da* huic *sapienti*, *vt sapiat amplius*; *notum fac iusto*, hoc est, eidem Noacho (*qui vir iustus dicitur Genes. VI. 9.*) *Solus tu*, peccatum admittes. פתיורת Loquitur illa, מה quidquid in buccam venit. Vel vocabulum פתיורת stolidam infert mulierculam. *Aquae furtiuae*, tempore exitii et pernicici. Quisquis legem addiscit, et *in occulto* praecepris eius morem gerit, *iucunditatem* et dulcedinem inde sentiet. Vel, *aquae furtiuae*, alienam designant coniugem; prout *panis latebrarum*, reliqua Veneris opera clandestina. *Rephaim*; est gehenna. *Vocats eius*, inuitat enim illa (*ad conuiuium.*)

Horum collationem cum Raschio lectoris industriae committimus.

III. Folio XXIV. a. commentarium in Iobum, eodem, cum antecedente, passu incedentem, eadem manu, iisdemque linguis scriptum, et Raschianam expositionem eodem modo referentem, addendo nimirum subinde aliquid, vel non raro tollendo. Vterque commentarius, tam in Prouerbia, quam Iobum, exaratus est, prout ex calce voluminis constat, calamo יחיאל בר שלום הרופא שליט *Iechielis filii R. Schallum Medici, cui longam felicemque vitam concedat Deus.* Additur confestim: אני התחלתי זה הגור ר״ח סיון וסיםתי ר״ח ניסן בסול טוב: *Incepi* (scribere librum *anno qui in litteris* זה״ הגור *latet, nempe*) CCXXVI. *sub nouilunium Siuan; colophonem imposui ineunte mense Nisan, felici sidere.* Annus Iudaicus CCXXVI. respondet Christiano MCCCCLXVI. Verum haec anni notatio spuria mihi videtur, cum quod ipsi litterarum ductus non tam vetusti sint, tum quod ex statim recensendo codice CXXI. liqueat, Iechielem hunc vixisse saeculo XVI. Nullum ergo dubium, quin loco 226. scribere voluerit Iudaeus 326. hoc est, secundum aeram Christianam 1566.

CXX.

Codex centesimus vicesimus chartaceus est in quarto, initio ac fine mutilus, foliorum XL. fuse atque sufficienter pertractans ritus omnes in circumcisione obseruandos, quales sunt denudatio glandis, suctus sanguinis, ablutio pusionis; docens item, quo tempore peragendus circumcisionis actus, quomodo agendum cum pueruło, qui vel in Sabbato, vel mense septimo, vel מהול fine praeputio in lucem emittitur; quibus de caussis circumcisio differenda? quinam eius participes, quinam excludendi? Sequuntur lucernae tum adhibendae, conuiuium quod parandum, nomen quod imponendum, et vt paucis dicam, maxima minima quaeuis, ad quae tunc attendendum. His adiiciuntur versus finem, folio XXXIV. a. הלכות גרים ועבדים *iura proselytorum et peregrinorum* vtriusque sexus, et quae huc spectant omnia. Congestus liber est ex Talmudicis doctoribus, Maimonide, et eo recentioribus; inprimis R. Menachem, nescio quis, saepius citatur. Compositum a Germaniense Iudaeo fuisse ex eo colligo, quod folio XXXV. casus refertur de proselyto, qui Moguntiae fidem Iudaicam, praeuia circumcisione et baptismo, amplexus fuerat. Auctorem et tempus, quo volumen scriptum, haud nouimus; manus tamen atque characteres ad recentiora potius quam vetustiora tempora referri debent.

CXXI.

Codex centesimus vicesimus primus chartaceus est formae quartae, constans foliis sex, cuius argumentum antequam consideremus, intuenda frons libri est, et in limine ipso salutandus auctor, cuius nomen *Iechiel fil. R. Schallum*, ille nimirum, cuius paullo ante facta mentio. Scribit is folio I. a. יום ב׳ כ״ב אדר שכ״ד לפרט die hebdomados secundo, qui XXII. erat mensis Adar, anni CCCXXIV. siue A. C. MDLXIV. iureiurando deuinxisse semetipsum, quod a certis ludorum generibus, tempore stato abstinere, neque parentibus insciis vxorem ducere velit; hoc si violauerit, vltro paternae hereditati renunciaturum. Addit tertium votum, sed durae conditioni non alligatum, se nempe non cessaturum מלמודי a studiis

 prius,

prius, quam vicesimum aetatis annum attigerit. Hinc liquet, vario fuisse ingenio Iechielem, et in vitia pronum. Sequitur folio eodem columna secunda libellus, incertum num ab Iechiele confectus, vel tantum descriptus. Posterius vero videtur propius. Nam nec *Rabbini* titulo insignitur Iechiel, nec ea aetate fuit, qua vel docere alios, vel libros vulgare potuisset. Continet is mere miscellanea, et inuicem diuersa. Initium est: חמשה קרומים לבהמה *quinque pelliculas habet bestia*, quae speciatim recensentur, atque his continuo subiicitur ארבע דברים מבטלים את הגזרה *quatuor abolent decretum*, &c. ארבע דברים צוה אחיתופל את בניו *quatuor praecepit Achithophel filiis suis*, &c. ארבע דברים מאריכין ימיו של אדם *quatuor longoeuum reddunt hominem*, &c. ac magno numero alia de quaternario. Eodem modo folio II. a. percurrit auctor ternarium; atque hinc se conuertit ad dies venae sectioni aptos, simulque praesagia tempestatis annorumque fertilitatis subministrat, qualia iam vidimus codice CVI. num. 3. siue folio 23. b. Adiunt etiam in MS. nostro folio III. a. auspicati mensium dies et infausti, quos tecum, vt aliquid vanitatis huius habeas, communes faciam.

יום אי רע לכל דבר להתחיל במלאכה
למכור ולקנות ולהשכיר פועלים ולכתוב
שטרות ולהעלות בים · יום בי טוב לזרוע
ולאסוף · יום גי קשה לכל דבר לא תלך
לשום מקום תעמי בצום · יום די טוב
לכל דבר · יום ה טוב למכור ולקנות ·
יום וי טוב לכל מלאכה ליתן נער לאמנות ·
יום זי טוב למכור ולקנות · יום חי טוב לילך
בים ולחלוק אבל לא תלך למשפט
ולירש · יום טי לא טיב לילך במשפט
ולים אבל טוב לילך לפני אנשים
גדולים · יום יי רע לכל דבר · יום
יא טוב לכול דבר לזרוע ולנטוע ולקנות ·
יום יב טוב לכל דבר לקנות ולמכור או
למלאכה · יום יג רע לכל דבר לא תלך
בדרך ולא תגוז רשאתיך (leg. ראשיך)
בו · יום יד טוב לסחורה ומה שהוא מאבד
יוצא ביז ימים · יום טו לא תלך לםרחק
ולא תקיק (leg. תקיז) דם תקנה בתים
ובהמות לא טוב לקבל ולתן ולעשות
מלאכה · יום יז מי שחלה בו לא ירפה
ולא תקח ולא תתן ולא תגוז ראשיך ומי
הנשבע לשקר ימות · יום יח לא טוב
לצום ולהתפלל ולעשות חפציך · יום
יט טוב לנטוע ולקנות ולמכור ולחבר בו
ולהלוך לכל מקום · יום כי לא טוב
להתחבר · יום כא שמור נפשיך ממלאכה
ולא תלך לשום מקום ולא תקח ולא תתן
ולא תתחבר בו כי הוא קשה · יום כב
טוב הוא ומצליח בכל דבר שבעולם ·
יום כג לא תקח ולא תתן ולא תריב טוב
לזרוע ולנטוע · יום כד טוב לכל דבר
ולך בכל מקום שתרצה רק רע לסחורה ·
יום כה טוב לקבל שבועה כי כל הנשבע
בו לשקר ימות · יום כו טוב להתחבר ·
יום כז מה שאובד ימצא · יום כח לא תלוה
ולא תלוה · יום כט טוב הוא לכל מלאכה
ולילך לפני גדולים שלא תגור · יום ל טוב
להלואה והנתפש בו יוצא והחולי יכביר
בחליו וירפא בעה : סליק :

Dies I. ad omnia ineptus est, tam ad aggrediendum opus quoddam, quam ad vendendum, edendum, conducendum operarios, scribendum libellos contractus, nauigandum. Dies II. bona est ad plantandum colligendumque. Dies III. perquam infelix est; caue iter illo die instituas; immo potius ieiuna. Dies IV. felicissimo est per omnia. Dies V. venditioni fouet ac emtioni. Dies VI bonus est ad quoduis suscipiendo, nec non ad tradendos pueros nutricibus. Dies VII. bonus est ad vendendum et emendum. Dies VIII. secundam nauigationem spondet litiumque promouet compositionem; minime vero tunc vel in iudicio comparendum, vel hereditas adeundo est. Die IX. periculosum quidem est iudicio se sistere, aut nauim conscendere; non autem viros conuenire illustres. Dies X. pessima est. Dies XI auspicatissima, siue serere, siue plantare siue emere volueris. Quin et dies XII. felicem emtionem, venditionem, atque cuiusuis operis optatum successum pollicetur. Dies XIII. infelix est, vt qui maxime. Tunc ne proficiscaris, aut caput tondeas. Die XIV. mercaturam exercere, bonum. Si quis enim damnum tunc senserit, intra XVII. dies lucrum maximum percipiet. Die XV. ne peregre eas, neque sanguinem mittas; aedes vero emes et iumenta; malum insuper hoc die vel emere vel vendere, vel quidquam aliud, (praeter modo dicta) *moliri.*

Die

Die XVII. qui aegrotat, vix sanitati pristinae restituetur. Negotiationem ne exerceas, neque capitis pilos deseces hoc die. Quisquis tunc peierauerit, mortem non effugiet. Die XVIII. malum est ieiunare velle, aut totam orare diem, voti etiam compos hodie non fies. Die XIX. proderit plantare, emere, vendere, amicitiam contrahere, ac, quolibet, ire. Die XX. malis ominibus facietatis vincula iunguntur. Die XXI. nec suscipere quidquam, nec proficisci, nec emere aut vendere, nec socios sibi parare, satis tutum. Dies XXII. fausta est, et ad quaeuis tractanda maxime idonea. Die XXIII. ab emendo, vendendo, atque litigando abstine; seras vero licet ac plantes. Dies XXIV. bona est ad opera et ad itinera. Negotiari tamen hoc die proficuum non erit. Dies XXV. aptus est ad exigendum iusiurandum; etenim qui periurus fuerit, mortem sibi conciliat. Die XXVI. amicitiam bonis auspiciis inire licet. Die XXVII. quod olim perdideras, nunc inuenies. Die XXVIII. neque mutuum sumes, neque dabis. Die XXIX. fac quidquid libuerit; ad magnates si accesseris, non timebis. Die XXX. nil impedit, quominus mutuum des; qui hoc die captiuus ducitur, libertatem consequetur; qui graui morbo vexatur, auxilio numinis conualescet. Explicit.

Sunt quaedam in Rabbinicis calami vitia, quorum nonnulla ad marginem correximus, cetera nunc indicatum. Ad diem VIII. legimus טוב ללך quum Grammatici canones requirant ללכת Ad diem XV. notatur טוב לקבל ולתן pro quo dicendum ולתת Die XVII. scribitur לא ירפה loco ירפא cum Aleph. Mitto alia. Tribus tantum verbis noto, diem XVI. omissum in ipso textu.

Post haec proponitur quaestio fol. eodem col. 2. Qui fiat, vt promissio Iehouae, Abrahamo, Isaaco et Iacobo data, de occupanda ab ipsis terra Canaan, impleta nondum sit? eademque sic soluitur: in resurrectione mortuorum XII. tribus illam possessuras olim. Tum in caussam inquiritur, quamobrem a Mose Num. XIII. 5. seqq. tribus Israeliticae diuerso ordine, quam alibi factum, collocentur, nominumque propriorum in citato Mosaico loco memorarorum, mysticae redduntur expositiones, quas inter et illa est folio IV. a. de tribu Isaschar, ex qua ablegatus a Mose ad explorandam terram promissam dicitur *Igal filius Iosephi*, per quem Noster intelligit הגואל משיח בן יוסף redemtorem Messiam, filium Iosephi. De eodem loquuntur haec verba eiusdem folii col. 2. משיח בן יוסף הוא מאפרים שני הבן יקיר לי אפרים ר״ת למפרע אלינו וכשבא משיח בן דוד שומר עליו ביום ההוא יהיה ה׳ אחד ושמו אחד ס״ת דוד: *Messias Iosephi F. ex Ephraimi tribu orietur, Q. S. E.* (Ierem. XXXI. 20.) An filius charus mihi Ephraim? (vbi vocum לי אפרים) initiales litterae *denotant: vt nos vindicet. Quando autem Messias Dauidis F. aduenier, de ea dictum putabis illud* (Zachar. XIV. 9.) Eo die Iehoua erit vnus, et nomen eius vnum. (Ex verborum אחד ושמו אחד) *vltimis litteris nascitur nomen* Dauid. De liberatione Israelitarum ventura, variisque Scripturae sanctissimae oraculis praedicta, ac de Elia, ex tribu Gad originem ducente, Messiaeque praecursore (neque enim Elias נראה עד שיבוא מלך המשיח *comparebit prius, quam Messias sese conspiciendum exhibuerit*) ac de Messia ipso, folio V. a. de eius nomine factisque, disserit Rabbinus. Quae de duobus habet Messiis, horum mutuis bellis, et facie futuri temporis, aliis quidem in libris passim occurrunt, neque ignora amplius sunt; hic vero summatim repetuntur, atque huc tendunt. Messiam Dauidis filium absconditum latere carceri inclusum Romae, eius nomen esse *Menachem ben Ammiel*; alterum Messiam Ephraimi F. in Tiberiade delitescere, cuius cognomen sit *Nechemia ben Chuschiel.* Posteriorem hunc Messiam regnaturum Hierosolymis per XL. annos, sed his elapsis, trucidandum esse ab Armilao, vltimo Iudaeorum aduersario. Mense Nisan aduenturum Messiam Dauidis filium, in viramque reuocaturum Ephraimidem, Armillum vero neci traditurum, praesentibus Mose, Elia, cohorte Korachi, atque his qui in deserto loco vitam clauserant, nec terram Chanaan ingredi poterant; hi enim omnes tunc resurgent. His ita gestis, vterque Messias, et Elias insuper, mense Abh ad vrbem sanctam, Hierosolymas, peruenient, festosque dies et sacrificia instituent. Fabulae finis erit mors Messiae fil. Iosephi, vincente ac regnante perpetuum Dauidide.

Eodem folio V. col. 2. τεμάχιον ex *Tanchuma* ad Parascham האזינו siue ad

 Deuter.

Deuter. XXXII. comma 7. desumtum exstat, quod incidit in folium 86. col. 3. editionis, qua vtor, Francofurtanae ad Oderam. Legas autem hic verba ex vetusto illo commentario זכור ימות עולם בינו שנות דור ודור · לעולם יבדוק אדם בשמות לקרא לבנו הראוי et quae subsequuntur, adusque haec inclusiue : כך מצאתי בדברי ר׳ משה הדרשן sic enim in MS. scribuntur, paullo aliter quam sunt in typis impresso exemplo. Agmen paginae claudit allegorica enarratio textus Prouerb. XXXI. 29. *Multae filiae fecerunt strenue, tu vero superas omnes illas*, nescio ex quo libro descripta. Integer ille locus de Mose exponitur, qui nullum habuisse parem ostenditur.

Folium vltimum, alio et recentiore calamo exaratum, aduersus omnia mala fortissimum munimentum est et maximae efficaciae amuletum, cuius singularem figuram lectori eo gratiorem fore speramus, quo rariora sunt huius generis nugamenta.

סתריאל על שחל ופתן תדרוך אחמיאל תרמוס כפיר ותנין רחום זבודיאל כי כי חשק ואפלטהו צוריאל אשגבהו כי ידע שמי

באופל יהלוך יהלואל מקטב ישוד צהרים סוריאל יפול מצדך אלף אוריאל ורבבה ממינך צדיאל אליך לא יגש סמאל

In

In auersa parte huius amuleti sequentia leguntur

זרף זרף סד במך אלום טינטא
תסבר סברא אפים און מטטרון

יהוה יההו יוהה
היות הוית ההיו
והית ויהת והתי
הותי היהו ההוי

אליהו הנביא פבפ אל שדי יצילני ויברכני

יהיה חי חי אה אה יהוה יהוה יהוה יהוה אסותא אריסאל
תסמאל תכסאל סנדלפון אנקתם פכתם פספסים דיונסים יה והו אדירורון
הגר הסנה יי הסונה סינוי הסומא נגלא בר פופיאל סודיאל
אפואל שתואל סותיאל עזריאל אאאס

Minutissima quaeque Φυλακτηρίυ non percurram, sed summa tantum capita attingam. Duae lineae in quadrati forma ad omnes paginae partes ductae, exhibent comma vltimum Psalmi XC. ac totum praeterea Psalmum XCI. insertis quamplurimis Dei, Angelorum, Daemonumque nominibus. Trianguli duplicati, siue Iudaeorum ore, scuta Dauidica, quadratum aliud paruum, ac reliquae figurae, eadem sistunt nomina. Peregrinae litterae, Ebraicis immistae, dicuntur esse Angelicae, easque maximi faciunt Kabbalistae. Alphabetum integrum videre licet in *Corn. Agrippa* III. 30. Bellae picturae in extremo fere positae, capita sunt Angelorum *Sinui*, *Susinui*, *Semangeloph*, quae Phidias, Praxiteles, Polycletus, magis elaborata dare vix potuissent. Ipsum phylacterium circa finem Chaldaicas refert voces, et studio quidem, cum hunc sermonem malos non intelligere genios persuasum sit Iudaeis, obseruantibus viris eruditissimis *Wagenseilio* ad Sota pag. 689 seq. et *Hulsero* ad Schekalim p. 128. Inuocat Apella Angelos, atque sic eos, praeuiis ipsorum nominibus, precatur: *Praecipite principi Pniel, vt me N filium N. ab omnibus terroribus et infelici casu, spiritu infausto, quibusuis insuper morbis, potissimum vero epilepsia, ac damno quod timorem hominibus incutit, praestigiis item armisque nocuis, perpetuum custodire velit, Amen, Amen, Amen, Selah, Selah, Selah; in perpetuum, inquam, Halleluiah. Auertatis quoque ab N. filio N omnem metum nocturnum. Ad mandatum Dei proficiscuntur, et ad voluntatem eius castra figunt. Amen, Amen, Amen, Selah. Populum iudicabit* (Deus) *sed ego non sum aliquis Gammadaeorum* (qui erant Phoeniciae populus, Ezech. XXVII. 11.) *Adiuro vos per nomen eius, qui vocatur Ero quero, per nomenque Dei exercituum, inter Cherubinos residentis, vt protegat me N. filium N. ab omni malo terrefaciente, gratiam apud omnes creaturas conciliet, prosperos rerum actionumque mearum largiatur successus, atque amorem omnium mihi paret, Amen, Amen, Amen, Selah. Pax a dextra eius, pax a sinistra. Ad praeceptum Iehouae proficiscebantur et castra metabantur. Deus omnipotens splendere super te faciat vultum suum, ac tui misereatur. Agla, Agla, Agla. Te pariter adiuro Asmodaeum principem daemonum, omnemque tibi subditam turbam; te Barnasch cum cateruatua; te Kaphkephum, turmamque tuam; te Agereth filiam Machlath, atque vniuersam, quae tibi subest, cohortem. Adiuro praeterea quoslis nocentibus daemonibus, nequam spiritibus, Lilin, magis, veneficis, inuidiosisque hominibus praefectos, ne dominentur, perturbent, impediant, timorem inferant τῷ N. filio N. gestanti hoc pittacium, idque valore quatuor clauium, aperientium et claudentium, Anaktam, Pastam, Paspesin, Dionesim.* Auersae partis nomina propemodum omnia vel diuina sunt vel Angelica, quorum pleraque iam adfuere.

CXXII.

Codex centesimus vicesimus secundus chartaceus est in quarto foliorum XXXIX. quae inter pura quaedam sunt, alia vero Germanicis verbis contenta libri nostri, artiumque Kabbalisticarum in

eo expoſitarum, indicem ſubminiſtrant. Continet codex

I. ספר גורלות *librum ſortium*, diuerſum ab eo, quem ſupra codice LXXXVII. viſendum praebuimus. Hiſtoria huius arcani, ac modus, quo illo vtendum, deſcribuntur folio XXVIII. quod primum eſſe debebat ordinis ratione, et quod priore hic loco, vna cum toto tractatu, inſeremus.

זה סוד גדול יודע בלי גורל וכלא חשבון
וכלא יטעה וכלא שול (ſorte leg. שלו)
ויש תמה גדולה שאם יבא אחד וישאל
לך על שום דבר שיהיה ברצונו לשאול
אמור לו חשוב כלבך שאילתך ואחכ שים
ידך כאחד מאלה תשעים בתים מא׳ עד
צ׳ ואותה האות שיקח לך ככירת שלה
ויודעך תשובה כקשתך אם יעשה רצונו
אם לאו וזהו סוד לא גילוהו כראשונה
לבריות וגנזוהו כאכסדרה וכעת שבטלו
גזירת יון מישראל ועלו משם לארץ ישראל
העלוהו עמם וחזרו עוד יגנזוהו כטבריי
ואחר זמן גדול כימי מלכות רומי מעכו
ביום אי הדורש שהיה ובקש על זה הכתב
ולא היו יודעין אנה גנזוה אבותיהם
הראשונים וגזרו תענית ונתגלה להם
שהיה גנזוהו בשערה אחת כטבריי והלכו מיד
ולקחוהו משם ונשתנשו (leg. ונשתנו)
בו ושאלו בו מה שהיו צריכין אז לידע
ממנו וחזרו וגנזוהו במקומו כבר זמן שבא
הרעש בימי הישמעלים והוצריכו בו
הבריות ונתגלה להם כבראשונה ומסרוהו
החכמים זה לזה וצוה עליו והזהיר בו מאוד
לכל המשמש בו לשמרו ושלא להתעסק
ולשאול בו אלא בעת הצורך גדול
כי הוא סוד גדול מחכמת הראשונים
וחכמה גדולה כידיעת תשובה אמרתיה
על מחשבה שאלת בכל דבר שישאל
אדם בכל עת ובכל שעה ובכל
זמן׃ וזהו סדרו אמור לשאל חשוב כלבך
שאילתך ושים אחד מאצבעותיך על
איזה בית שתרצה מאלו צ׳ בתים וכאותו
בית הבא לידו ששם אצבע עליו ראה
ועיין איזה אות היא ולך ותפוש שם
ותראה תשובה שאילתו ותמציא ותביא
משם ותראה אם יתקיים מחשבתו אם
לא ודע כאמת כי על כל מה שאתה
שואל בו כל מה שהוא משיבך בכתב
הזה אמת היא וקיים ואינך יכול לטעות
בכל דברי הספר הזה כי כל תיבה ותיבה
שאתה תופש מא׳ עד צ׳ · · · · · · · מה
שאדבר בה ותן דעתך והשתדל בו כטוב
ברה שהוא מסור מן · · · · · · ודבריהם
ברורים ונכונים קיימים ונאמנים׃

Arcanum hoc maximum eſt, praeſcire futura ſine proiectilium ope, ſine calculo, certo tamen, et ſine errore; ac, quod vtique mirandum, cuiuis ſciſcitandi cauſſa aduenienti, ad quamcunque (tacite conceptam) *quaeſtionem, reſponſa dare. Dic quaerenti; forma intra animum tuum quaeſtionem; tum alicui horum loculamentorum, a primo aduſque nonageſimum* (ſiue vltimum) *digitum impone* (non multa deliberatione vſus) *illaque theca, quam manu iudice deprehendiſti, reſponſionem ad tuum quaeſitum ſuppeditabit, indicando, num futurum ſit,* (quod cogitas) *nec ne. Atque hoc arcanum nemini olim reuelarunt maiores noſtri, ſed in exedra quadam repoſitum occultauerunt, vſque dum, Graecorum decreto ſublata, Iſraelitis in ſuam abire terram conceſſum fuit; quo cum ſecum tuliſſent arcanum illud, rurſum Tiberiade abdiderunt. Longum poſthaec interceſſit temporis interuallum, donec ſub Imperatoribus Romanis die quadam vrſerunt inquiſitionem iſtius libelli,* (ſucceſſu primum fruſtraneo) *eo quod locum in quem retruſus ab anteceſſoribus fuerat, ignorarent; mox vero, vbi ieiunium indixerunt, ſignificatum ipſis fuit, delitеſcere ſub porta quadam Tiberiadis, vnde confeſtim extractum legerunt, ac, quidquid libitum erat, quaeſtionibus expoſuerunt, locoque priſtino mox reddiderunt. Sub Turcis illa indigebant in terrae motu, monſtratusque, vti antea, ſic tum quoque fuit. Hinc traditione ab vno ſapientum ad alium peruenit, a quibus hoc mandatum datum eſt, vt quis eo circumſpecte, non temere ac ſemper, ſed vbi neceſſitas ipſa imperauerit, vtatur. Eſt enim maximum myſterium, ſapienter ab antiquis cuſtoditum, cui ſumma ineſt prudentia, et cum quaeſitis, qualia demum cunque fuerint, accuratiſſima conuenientia, rebus, temporibus, horis omnibus ſui facultatem concedens. Methodus conſulendi haec eſt. Rem, quam inueſtigare cupis, animo value, digitumque loculamento cuidam ex XC hiſce impone, illudque quod manu tetigiſti, conſidera,* (numerumque in eo notatum) *in reſponſionibus*

sponsionibus (mox ordine adferendis) *inquire; hinc disces, num successurum sit propositum tuum, vel minus. Credas vero necesse est, ea omnia quae in responsis continentur, atque his paginis exhibentur, tam certa esse, vt in nullum errorem labi possis. Qualibet enim in theca a prima ad nonagesimam . . . . quod eloquor; attende, et studiose considera quae tibi annuntiantur bona.* (Etenim quidquid hic offendis) *traditio est a . . . . . accepta, quorum verba clara, certa, firma atque fidelia esse solent.*

Lacuna vltimorum versuum, in MS. conspicua, sic expleri potest, vt priore loco והשׂכל posteriore החכמים aut simile quid ponamus.

ואתחיל בציור

ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
יד	יג	יב	יא	י	ט	ח
כא	כ	יט	יח	יז	טז	טו
כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב
לה	לד	לג	לב	לא	ל	כט
מב	מא	מ	לט	לח	לז	לו
מט	מח	מז	מו	מה	מד	מג
נו	נה	נד	נג	נב	נא	נ
סג	סב	סא	ס	נט	נח	נז
ע	סט	סח	סז	סו	סה	סד
עז	עו	עה	עד	עג	עב	עא
פד	פג	פב	פא	פ	עט	עח
	צ	פט	פח	פז	פו	פה

Schema hoc est.

1	2	3	4	5	6	7
8	9	10	11	12	13	14
15	16	17	18	19	20	21
22	23	24	25	26	27	28
29	30	31	32	33	34	35
36	37	38	39	40	41	42
43	44	45	46	47	48	49
50	51	52	53	54	55	56
57	58	59	60	61	62	63
64	65	66	67	68	69	70
71	72	73	74	75	76	77
78	79	80	81	82	83	84
85	86	87	88	89	90	

א הדבר הזה שחשבת אתה מתירא ממנו ועתה אל תירא ממנו לפי כל מה ששאלת הוא עולה בידך לששון וגם בבירור יש לך בשאלה הזאת שמחה גדולה ודברי עולה לך ושכר טוב יש לך ושאלתך תנתן לך כרצונך:

I. Rem, de qua cogitas, metuis; at nulla caussa, cur timeas, adest. Manifesto enim omni illo, quod quaeris, potieris maxima cum voluptate tua. Succedent tibi ex voto negotia, mercedem consequeris optimam, et quidquid petieris dabitur.

ב

קץ וזמן יבא לך כדי לשמחך בשאלת וצום והתפלל לפני אלהיך שהוא יוצרך ויתן ראות לכך ועתת כבוש יצרך לפי שהוא קשה ואתה מקכל דבר רע מהבריות ועתה על תעשת לב רע לפי שהטובה גדולה תנתן לך מן השמים ובטח אל ה׳ בכל לבבך׃

II. Tempus erit, quo gaudium tibi quaestio excitabit. Interim ieiuna, Deumque creatorem tuum roga, daturum quaecunque exoptas. Prauos affectus subiuga. Damna tibi inferent creaturae. Nec tamen propterea doleas; namque bona quamplurima Deus tibi concedet, cui fidendum est toto animo.

ג

מלאכי רחמים ינהגוך וידכרו על לכך ואתה תן הודארת לאלהים שמזל טוב נתן לך אלהיך להאיר עליך וכראורת יבא לך כדי לשמח נשמתך בכל תאות לכך וראה בעיניך כל מה שתבקש וגם חפציך ושאילתך יהיה לך׃

III. Angeli misericordes te deducent, grataque annuntiabunt. Gratias Deo age, qui felix tui in gratiam oriri iussit sidus. Eueniet, prout desideras, quo gaudere summo possis opere. Videbis tuis oculis, quidquid quaeris; voluntas etenim et quaestio tua successu felici non carebunt.

ד

התרחק מן הדבר הזה שאין טוב ולא יעלה בידך ועתה התפלל לאלהיך שיתן לך את המטוות ואת הכבוד ואת העושר יתן לך ואם לא תשמע בדברי אתה סתכייש בושה גדולה וכסוף לא תועיל בשאלה הזארת׃

IV. Fuge hanc rem; mala est, non bona, neque etiam compos eius fies. Deum precare, velit vestes, gloriam, diuitias, largiri. Quod si monito huic morem non gesseris, maximo confunderis pudore, nullamque ex hac quaestione vtilitatem capies.

ה

קום מהר ורע שאלתך תצא ולשמחה ולטובה ומאסרך מצליח לפניך ותודה לאלהיך ששעה זו של שמחת יבא לך ותשיש ותשמח בשאילה הזארת ומזלך תרבה הוא נאה מן השמים ושם טוב יצא לך ושאילך (leg. ושאילתך) לפניך תאיר׃

V. Quam ocyssime surge. Malum quaestionis tuae in gaudium et voluptatem vertetur, ac secunda gaudebis fortuna. Laudabis vero supremum numen, accedente gaudii et laetitiae hora. Fauent quoque astra tibi, iubente Deo; bonam consequeris famam, exitumque eius, quod quaeris, videbis.

ו

ששון ושמחה ויקר וישועה יבא לך ושאילתך זו נעשית היא בקרוב כחבת ובאהבה יבא ועתה על תדאג עוד כי הצרה והדאגה הזאת מאלהינו היא לך קבל אותו בספר פנים יפות ואל תנסה את אלהיך ותנסה ארת נפשיך ואינך מועיל כלום עד שישקיף אלהים ברחמיו אליך וימלא תאותך׃

VI. Gaudio, laetitia, honore, felicitate, perfunderis. Fiet propediem quod quaesiuisti, et eum amore coniunctum adueniet. Ne ergo sollicitus sis amplius; ipsa enim calamitas haec et sollicitudo a Deo est, quam hilari et composito vultu excipe, neque vlterius Deum tenta, sed te ipsum potius. Nil enim proficies, nisi misericordia diuina tui curam gerat, votumque tuum impleat.

ז

שם טוב יצא לך וכל אשר תבקש מאלהיך ינתן לך לפי שבל ששכר (leg. שכר) טוב ובטחון טוב יבא לך מן השמים בשאלה הזאת שצרכך קשה ועמך אלהים ויכלת עמוד וירחם עליך׃

VII. Gloriae decus tibi obtinget, ac omnia, de quibus rogaueris Deum, nancisceris; ab hoc enim merces bona et securus animus, quoad hanc quaestionem, tibi donabitur. Est quidem dura tibi necessitas, sed auxiliante misericordia supremi rerum domini consistere poteris.

ח

אין אתה חושב מחשבה נאה שאתה אומר אעשה דבר בלבי ואינך יכול לעשותו

VIII. Animo versas, quae honesta non sunt. Ais: hoc facturus sum, quod

tamen

לעשותו ועתה שוב מן הדבר הזה שאין בך כח לעשותו והזהר בנפשך והתפלל לאלהיך ובקש רחמים על גופך׃

tamen tuae potestatis opus haud est. Omitte propositum viribus tuis maius, et supplex venerare Deum, cuiusque gratiam tibi conciliare stude.

ט התבשר ששעי טובות עומדים ובטח באלהים ששיאלתך הבא היא במזלך ותנחם ותשמח ואל תדאג ושאילתך וחפצך זה אינו מן השמים כי חליום (leg. חליים et sic etiam rescribendum paullo post) יש בהן וחסרון גדול ועתה גמול טוב מעט ותראה שכר טוב מן השמים ויחלוף חליום הזיין עליך לטובה׃

IX. Laetus esto, quod felicitas temporum ingruat. Deo fide. *Prospere* succedet votum tuum; consolatione beaberis, gaudebis, non dolebis, quamuis quaestio tua et desiderium Deo gratissima haud sint, morbis quippe aliquibus et defectibus non paruis laborantia. Pauxillum boni repende, et mercedem amplam a Deo exspecta, qui morbos nociuos in melius mutabit.

י אדם מהלך דואג על חנם וחפצך זה אינו מן השמים שהרבה קוצין וחליים רעים וחסרון גדול יש בה ועתה השכל עצמך מעט ותראה שכר טוב מן השמים ויחלוף חליים הזמן (legendum vt paullo ante הזיין) עליך לטובה׃

X. Frustra te excrucias, neque id, quod appetis, coelo placet. Subsunt enim spinae et vitia pessima, et defectus insignes. Redi ad meliorem animum, atque tum mercedem magnam diuinitus paratam, doloresque periculosos in voluptates mutatos, inuenies.

יא אחי בוש מן האלהים שאתה עומד בלבך אני (rectius forsan אוסר) אלך ואעשה הדבר הנה (leg. הזה) ובטח אל האלהים שהדבר קרוב אליך בשמחה וכל שנאים בושים ונכלמים ועתה כל תאותך עשה שאלהים מפיל בל רודפיך בכתר ובגלוי׃

XI. Deum reuerere, frater. Decreuisti tecum perficere opus; confide Deo. Propediem enim aduenict, quod desideras, maximo tui cum gaudio, omnesque osores tui pudore confundentur; tu vero destinata omnia audacter exsequere, eo quod tam occultos quam apertos hostes tuos Deus prosternaturus est.

יב אחי הנה הדבר הזה והשאלה הזאת אשר אתה מבקש היא צריבה לרחמי׳ ולתפלות חדל ממנה שהיא רעה ועתה בקש מן האלהים להקל מעליך בזו השאילה ומשמחתך ומנוחתך׃

XII. Quod tu quaeris, frater, misericordia et precibus indiget; desiste ab eo negotio, quia malum est, Deumque precare, vt onus quaestionis abs te auferre, gaudium vero ac pacem donare velit.

יג השאלה הזאת ששאלת עשתה צדקה ובקש רחמים בכל עת שהוא עושה רצונך ומצילך מדאגת לכך ודע שטוב גדול מאלהים יבא לך ושם טוב תקנה׃

XIII. Legitima est haec quaestio. Deum semper adora, annuentem petitis tuis, et ex moerore liberantem. Scias insuper, bona multa tibi danda esse a Deo, ac nomen te manere praeclarum.

יד לא תירא ולא תצר ולא תפחד מראות לבך ולא מבני אדם שרצח למפילך אל תירא מהם ואל תגלה להם סוד לבך׃

XIV. Ne timeas, horreas, metuas, vel mentis tuae spectra, vel homines tibi insidiantes. Caue alicui arcana pectoris detegas.

טו אתה אמרת אליך (leg. אלך) ואעשה דבר שבלבי וכל חפצי ועתה דע שאין אלהים חפץ הדבר שתרצה הזהר בדבר וטוב לך כל הימים׃

XV. Ita tecum faris: Destinationes meas ad opus deducam; at vero scias velim, ingratas has esse Numini. Caue ergo tem illam; bonum hoc tibi perpetuo erit.

 XVI. Tea-

טז נסיונות וצדות רעות עברו עליך
וחלאים רעים ואינך יודע כי כל
מה שפגע בך מא·· (מאלה supple)
הימים הרעים הכל היה מבני אדם
היוצאים והנכנסים עמך ועוד אל
תירא מהם ומעצתם כי אלהים עמך
ויצליח בכל דרכיך:

XVI. Tentationes, calamitates, morbosque expertus es, nec tamen animaduertisti, ea omnia a malis producta hominibus, assidue te visitantibus, quorum posthac machinas timere non debes, quandoquidem Deus tecum, qui secundas iubebit esse vias tuas omnes.

יז התבשר בטוב שאתה חכם וירא
שמים ויפה תפש בזה הדבר והאלהים
יחזיק מה שתרצה בזו השאלה:

XVII. Fruere bono tuo; prudens quippe es, ac Deum times. Rem adgredere, de auxilioque diuino securus esto.

יח אדם מהלך בוכה וצועק ומעשיך
מנעו הטוב ממך חזור ממעשיך
הרעים וצום והתפלל לפני אלהיך
ובקש רחמים ממנו:

XVIII. Ploras et clamas, quum tamen facta propria impediant, ne felix fias. Desiste ab operibus prauis, ieiuna, Deum inuoca, eiusque gratiam precibus impetra.

יט אחי כבוד נתן לך אלהים ושם טוב
בבני אדם ועתה הודה לאלהים
ושמחה תהיה לך בשאילה הזאת:

XIX. Dedit tibi Deus gloriam, nomenque inter homines illustre. Gratias Numini persolue, ac tua quaestione gaude.

כ אין אתה מחזיק ומוסיף בזו השאלה·
ועוד אין טעם זה אלא שעצמך ורוח
נפשך ישמחו בשמחתך:

XX. Compos desiderii huius minime fies, nulla alia ex ratione, quam quod nimium intra temetipsum de eo laeteris.

כא השאלה הזאת תתן לך ונמה
שאתה בוטח ביציאה ובביאה ושם
טוב תקנה וינתן לך חן וחסד וכבוד:

XXI. Dabitur quod petis; dabitur laetus exitus et ingressus; dabitur nominis gloria, fauor honosque.

כב טובה היא השאלה ועתה הפתן
בדבר הזה ואתה מצליח בו לפי
שלא תתקלקל ואתה סימנך טוב
ותנחם ותשמח:

XXII. Pulcra est petitio tua, cui immorari debes si fauentem fortunam experiri, nec inde te moueri, volucris. Bonum tibi positum est signum, cum solatio et laetitia coniunctum.

כג אדם למה אתה מקלקל עצמך
ומסיר דב חכמתך מנפשיך לפי שאינה
יכול לעמוד על השאלה אבל
לסוף הדבר יהיה לטוב:

XXIII. Quare teipsum negligis, sepo sita prudentia? nec enim aliter petitio tua in actum deduci potest. Tandem vero bona quaeuis sperato.

כד אחי כל המאריך ברוחו מצא טוב
ואתה יפית נעשית ששאלת היה
מתקן נפשיך ותתקן לפני אלהים
והוא מצליח מכל צדרה וצוקה:

XXIV. Quisquis persistit in proposito, fausta inueniet. Recte fecisti quaerendo; persecuera, et Deo te commenda, ex quouis malo et angustia te liberaturo.

כה אחי אלהים ישקוף עליך ברחמים
הרבים ויצליח דרכיך וארחותיך ישיא
כנגדך וישלח לך מלאכי רחמים
להביא אותך לטובה ועתה קום
רוץ שאילתך כי תתקיים:

XXV. Beneuole ad te, sodes, respiciet numen, felix largictur iter, angelosque bonos adiunget tibi comites, quo ad locum designatum pernenire queas. Festinanter imple quaestionem tuam; rata enim erit.

כו קום מהר ששערי רחמים באה לך
ומזל טוב שתצליח בכל דרכיך
ותמצא חפציך ושמחה טובה יהיה
לך:

XXVI. Surge, festina, tempus enim gratiae auspicatissimum, quo prospere omnia cedent, quo voluptate et laetitia diffluēs, adueniet.

XXVII. Fori

כז התחזק לבך אל תירא מהם שאין מי שיגיע בך לקלקל מסך ועתה חדל לך מהם והתפלל לפני ה׳ אלהיך ותמצא חן בעיניו ויתן שאילתך כדבר הזה:

XXVII. Forti animo esto, neque aduersarios metuas, quorum nullus deiicere te poterit. Tu vero fuge illorum consortia, ac Deum roga, vt gratiam tibi dare, ac desiderio huic annuere velit.

כח התבשר בטובך לפני אלהים לפי שאין בשאילתך זו דבר רע והתפלל לפני אלהיך ותמצא חן בעיניו מעתה כי כוכבך ומזלך טוב מאוד:

XXVIII. Gaude bono tuo statu in conspectu Iehouae. Nihil mali inest quaestioni tuae. Ad genua Dei procumbens gratiam consequeris, faustisque ominibus rem tuam adgredieris.

כט אחי הוי יודע שאוהבך אומרים לך שקר ועל חנם הם שונאים אותך והם אוכלים ושותים ואין אלהים מניחך שתפיל בידיהם:

XXIX. Indico tibi, fratercule, amicos tuos falsa tibi narrare, et gratis te odio prosequi, tametsi edant tecum bibantque. Nunquam vero potestati eorum tradet te Deus.

ל כבדה לעמוד בך ולא יכולת ועתה על תלך בדרך רע וה׳ ימלא כל משאלותך ומצליח דרכיך:

XXX. Conaris resistere, sed vires desunt. Tu vero si mala sectatus non fueris, petita quaeuis consequeris, et laetos videbis moliminum successus.

לא אל תקלקל נפשך חנם כי אינך יכול לעשות דבר שלא באה עריין השעה והמתן עד שיעברו הימים ואלהים משבתך בשאלה הזאת:

XXXI. Noli teipsum gratis vexare; neque enim efficere quidquam poteris, quia nondum aduenit statutum tempus. Quamobrem exspecta vsque dum transierint dies (*mali; namque his finitis*) voluntari tuae annuet Deus.

לב מהר מעט ששעה טובה וקץ טוב יבא לך ורביד של זהב נתן לך בשאלה הזאת:

XXXII. Festina lente; bona quippe hora et dies auspicatus illuxerunt, aureumque torquem dono accipies.

לג אדם למה אתה כחשביתיך בשני לבבות ומנסה עצמך כשאתה אומר אלך ואעשה זה הדבר אל תלך לעשותו והוא טוב לך:

XXXIII. Quare dubio es animo, ac temetipsum tentas? dicendo: Abeo facturus hoc vel illud. Caue sic facias; multo enim id melius.

לד השאלה הזאת תתן לך מן השמים בשמחה וכבוד וכן תודה לאלהים שאתה מצליח בכל דרכיך:

XXXIV. Dabitur, quod rogas, diuino munere, gaudioque et gloria frueris. Laudes Dei praedica, omnes conatus tuos fortunanris.

לה אלהים יהיה עמך ושאלה זו יצא לך לשמחה ותודה לאלקי ששמע תפילתך ויקבל שאילתך:

XXXV. Deus tecum erit; desiderio tuo satisfiet ita, vt gaudere possis. Gratias eo nomine ipsi redde, cui grata fuit quaestio tua.

לו התפלל לפני אלהיך ובטח כו וטוב לך והוא יתן לך כלבבך וכל עצתך ימלא:

XXXVI. Deum inuoca, eique confide; multum quippe hinc commodi percipies. Namque is daturus est, quidquid voto et consilio tuo conuenire viderit.

לז שאילתך תתן לך וכל מה שתחפוץ כי ה׳ עמך וטוב הרבה עתיד להיות לך ושם טוב תקנה:

XXXVII. Non modo praesentis petiti, sed omnium quae desideras, compos redderis, quoniam Deus tecum, multoque bono obrueris, ac celebre nomen fies.

לח אל תבטח באדם ובין בשאלה זו ואתה אמר אינה מן השמים ועתה על תירא כי ה׳ עמך ושאילתך תתן לך:

XXXVIII. Spem in homine nullam pones; animaduerte quid nunc quaeras; parum enim id placet Numini. Noli tamen timere, quia adest tibi Deus, e cuius manu, quod petis, accipies.

לט מלפני ה׳ אתה מפחד בכל עת ובכל שעה ומולך טוב מן השמים ועתה שמחת לבך קרוב ותביא אליך ושאילתך ימלא תמיד מטוב השי׳:

XXXIX. Deum ſemper reuereris, eoque proſpera gaudes fortuna. Prope adeſt, de quo laeteris. Quaeſitis tuis perpetuo fauebit diuina benignitas.

מ אלקים יוטב לך בכל מעשך ויצילך מכל רע ואתה אסור (leg. אומר) כי השעה שהיתה היא מצוק ועתה דע שהיא אינה אלא מן השמים והוא ית׳ ימלא תאותך:

XL. Bene tibi faciet Deus in omnibus operibus tuis, ac e malo eripiet. Quae nunc tibi imminet hora, nimis videtur dura, quum tamen conſtituta ſit a Deo O. M. qui ab implendis deſideriis tuis non ſane alienus eſt.

מא רע שבני אדם ממיתן אותך בלשונם ומלעיגים עליך בלבבם ואוכלים ושותים עמך ומדברים עליך רעה ועתה הבדל מן הדאגה הזאת ולא תירא מהם לפי שכל מעשיהם שקר והבל והאל ית׳ יגן עליך:

XLI. Quoſdam lingua te occidere, ſubſannare, ac peſſima quaeque de te dicere ſcias, tametſi edant tecum bibantque. Sepone triſtitiam, neque huiusmodi homines time, quandoquidem omnes ipſorum actiones irritae erunt, Deo te protegente.

מב דע שצרה גדולה ישנה בלבבך ואתה מלא מן הדאגה ותשמור שאויביך קומו עליך והתפלל אל ה׳ תפלות הרבה:

XLII. Magna te premit animi aegritudo, et in dolore non paruo es, hoſtesque aduerſum te inſurgentes formidas. Deum aſſiduis inuoca precibus.

מג ששון ושמחה באים עליך מן השמים והוא ית׳ מתקן דרכיך ואז תצילח ועתה חזק לבך לאל ית׳ ועל תעש לך שתי לבבות ושאילתך תהי לטובה:

XLIII. Gaudium et laetitia diuinitus tibi obtingent, ipſoque Deo vias tuas dirigente, fortuna vteris proſpera. Forti animo adhaere ſupremo Numini, neque ſollicitus eſto; felicem enim deſiderii euentum videbis.

מד דע כי ה׳ עמך והגביה אותך למעלת על כל השונאים והקמים עליך ותשבשר (leg. ותבשר) בשורות טובות מן השמים וכח יתן לך ושכר טוב:

XLIV. Ignorare non debes, Deum tibi adeſſe, qui ſupra omnes inimicos te euehet, adeo vt bonis diuina gratia conceſſis gaudere queas, inſtructus robore, praemioque ſplendido ornatus.

מה אם רואה שבני אדם יועצים עליך עצות רעים ושונאים אותך אל תירא מהם ושוב והתפלל לפני ה׳ והוא יצילך מהם:

XLV. Si mala in tui exitium conſilia ab hoſtibus excogitari intellexeris, noli timere, ſed Deum potius rogare, vt ea abs te auertere velit.

מו דע שאין בידך מן השאלה הזאת כלום שמע עצתי והלך אחרי ה׳ וברוק (leg. ופרוק) אגורת (leg. אניות) ותעשיר עושר גדול ואל תצטרך לבריות אעפי שאתה ערום:

XLVI. Quod petis, in tua poteſtate poſitum non eſt. Sequere conſilium hocce meum: Conſulto Iehoua, naues ſolue, magnaſque diuitias comparabis, nec vllius ope egebis, quamquam nudus iam compareas.

מז האלקים מקיים אותך לטובה ומשקיף עליך ברחמים וכל מה שתשאל יתן לך וגדולות וחיל וכח יתן לך וישלח מלאכיו לפניך בשאלה זו מפני שהיא בלבך דבר קשה וחזק ואל תירא:

XLVII. Ad bona ſeruauit te Deus, tui curam gerens; quaecunque petis, dabuntur, honores nimirum, potentia, robur. Mittet inſuper Deus angelos ſuos, vt ſubueniant tibi, dubitanti de quaeſtionis huius impletione. Verum fortis eſto, nec metue.

מח שאילתך היא עומדת ואינך מצליח בך ותצר עליך ויש לך רווחה ופדות ובכל

XLVIII. Firma eſt quaeſtio tua, non gaudium, ſed triſtitiam tibi allatura; dabitur

וכל מה שתאהב יבא לך אלא מציק אתה לנפשך:

מט אתה שואל אותי על דבר שאינו טוב ואתה מרשיע בו לפני אלהים ועתה שוב ממעשיך הרעים וייטב לך שאינך יודע גזרתו שהוא מאריך אפ' ונפ' הרע ועתה הזהר ממנו וממשפטיו יתש':

נ התירא מאלהיך והתקן את לבך ואל תלך בשתי לבבות ואל תשען כזו השאלה שהיא רע ולא טובה ואל תשמע לי אחריך ואם לאו ראה מה יהיה בסוף:

נא אתה אמרת אני הולך ומצליח ואתה אינך מצליח בזה השאלה אין בה טובה חדל ממנה וטוב לך מפני שהטובה צפונה לך:

נב אני רואה שאתה רוצה בתשובה ותמצא טוב ביציאה ובביאה אם תשוב בלב שלום: (leg. שלם)

נג האל יתש' יכלום אורחותיך ויתן לך שאילתך ומשמחך ושולח לפניך מלאך להדריכך בטובה ושאלתך בטובה לך ותודה לאל יתש':

נד אחי אל מה אתה מחבל נפשך חנם חמתין שהטובה רבה צפונה לך ותשמח בה מאוד:

נה דבר גדול חשבת ואתה מתירא ממנו אל תירא שאין בו כעס צום והתפלל וירחם ה' עליך ותצא שאילתך לטובה:

נו שמח בשאילתך שהיא נכונה לך וכאה לפניך בשמחה ובשלום:

נז עשה בתאותך מהרת כמו שדברת ואינך לקות ושאילתך במתין (leg. והפתח) שאבדה תקותם ועת האל תבקשנה:

נח חדל לך משאלה הזאת שאינה טובה לך ולא תחרש עליך רעת ותנקום (corrigo ותנחם) באחריתה ולא תועיל דבר תאריך מעט ותצליח:

נט תחזק השאלה בה בכל נפשך לפי שאדם

bitur tamen respiratio et liberatio (*ex his angustiis*) ac quidquid gratum tibi est, continget, tametsi nunc angaris animo.

XLIX. Interrogas me de re non bona, qua contra Deum peccas. Recede ab operibus impiis, atque tunc bene tibi erit. Ignoras enim decretum eius, qui non minus longanimis quam vindex malorum est, cuius iudicia metuenda tibi sunt.

L. Reuerentiam aduersus Deum adhibe, recte dispone cor tuum, ne sis δίψυχος, neue quaestioni huic, quae mala est, innitaris, neue consilia mea negligas, nisi malum experiri finem volueris.

LI. Dicis: prospere mihi cadet; sed non ita fiet, siquidem mali quid portendit haec quaestio, a qua si destiteris, recte tuis rebus consules; bonum nempe absconditum tibi adhuc est.

LII. Video a poenitentia alienum te non esse, egressumque tuum ac ingressum felicem futurum, si vere resipueris.

LIII. Is, cuius nomen benedictum sit, custodiet vias tuas, dabit petitum et exhilarabit te, angelumque praemittet, ad bona queuis deducturum. Quaestio tua exoptato fine non carebit. Vnde lauda Numen.

LIV. Quamobrem teipsum temere consumis? Exspecta; repostum quippe tibi est magnum bonum, de quo impense laetaberis.

LV. Magnum quid moliris, verum non sine timore; audax esto, neque sinistrum quid metue. Ora; sic tui miserebitur Iehoua, petitionemque tuam concedet.

LVI. Gaude ob quaestionem tuam; recte enim illa se habet, ac petito tuo cum laetitia et pace frueris.

LVII. Cito desideria tua, prout tecum constituisti, imple; neque enim vllam senties eclipsin (*i. e. succedent omnia*) Quaestionis tuae (*complementum*) exspecta; periit quippe illorum (*hostium nempe*) spes. Tempus prouidebit Deus.

LVIII. Desiste ab intentione tua mala neque tibi ipsi damnum fabriceris, cuius te tunc poeniteat, quando non amplius medela adhiberi potest. Breuem moram secundus sequetur successus.

LIX. Animum aduerte ad hanc quaestionem;

שאדם מחפש מאחריך להפילך ולהבדיל אותך ממנה ותשמור מאויביך הרעים ותתבשר שאין מתוקן לך אלא טובה:

ס חדות ושלום טוב מוכנים לך בזו השאלה שהיא נכונה לך ועלה בידך טובה יתן לך ואורה ושמחה וששון:

סא התיירא מאל׳ ית״ש לפי שהוא חי וקיים ממית ומחיה רואה ולא נראה ועתה שוב אליו וצום והתפלל׳ והכנע את עצמך לפניו והוא יתי׳ ירחם עליך ויעשה חפציך ושאילות וכל׳ אשר בלבביך:

סב הרחק מן הדבר הזה וראה שאינו יוצא לך בתאותך בשביל׳ שלא בא עדיין המפתחות והיא סגורה ועתה הזהר בנפשך כי השמחה והמות מן השמים הם ואל׳ תשאל׳ מן חשם בנפשך חנם צום והתפלל לפני ית״ש:

סג התפלל׳ על הרעה הזאת שאני רואה אותך מרשיע לפני האל׳ ית״ש ומחייב נפשך לדיינים הרבה לפני המתאוים אותך לפי שיש לך שכר טוב מן השמים:

סד ששון ושמחה ויקר וחדוה וגדילת יהיה לך והודה לאלהיך ושאילתך ג׳ תבא לטובה ולשמחה במה שתאהב ומזל׳ טוב יצא לך מן השמים תעשה עשה תאותך שאתה מצליח בזו השאלה:

סה אני רואה את לבך שיגור מיראה ועתה אל׳ תירא שאין אדם מסהיר לעשות לך רעים וניצואין ואריכות ויש לך ממון עם אחרים והחזק הרבה שאתה נוצח לכל׳ דבר:

סו כמה נאה אחי ושאלתך טובה ומזל טוב באת אלי לשאול׳ והוא עולה יפה ועתה קום לך שהשעה טובה עמך ואל׳ תעלים שאם תעלים היא אובדת ואינה משיג אותך:

סז הכן לבך להשמים ואל׳ יהיו לך שתי לבבות ואל׳ תנסה עצמך סתום חדבר

ſtionem; eſt enim qui te a propoſito auellere ſtudeat: caue inimicos tibi; gloriare ad extremum, quia nil niſi bona tibi ſunt praeparata.

LX. Gaudium et bona omnia promittit haec quaeſtio, quam certo implendam ſcias. Fauſtitas, ſerenitas, laetitia ac tripudium te cingent.

LXI. Time Deum immortalem, morti tradentem homines et in vita conſeruantem; Deum, qui omnia licet videat, non tamen ipſe videtur. Ad hunc te conuerte, ieiuna, ora, genua flecte, vt gratiam adipiſcaris, et quidquid votis exoptas, aut animo concipis, ab eo impetres.

LXII. Miſſam fac rem hanc, quae non ita cadet, prout ſperaueras, quandoquidem nondum praeſto ſunt claues, queis reſerandum eſt propoſitum tuum. Curam gere animae tuae, eo quod gaudium aeque ac mors ex diuino pendeat nutu. Inconſiderare aliquid a Deo in tui vſum expetere noli. Ora et inuoca ſupremum rerum omnium rectorem.

LXIII. Precibus auertere malum imminens labora; video enim male te coram Deo viuere: vnde plures tibi iudices quam fautores exſpectandi. Mercede tamen bona olim non fraudaberis.

LXIV. Laetitia, voluptate, honore, hilaritate exultabis, ſummumque aſſequeris dignitatis gradum. Gratias Deo age, quando petita et alacritatem conceſſurus eſt, et quando lucidum e coelo ſidus tibi illuceſcet. Sequere animi deſideria, quia proſpere eueniet, quod rogauiſti.

LXV. Peruideo animum tuum, omni timore vacuum. Neque etiam metuendus tibi aliquis eſt, qui mala, lites, et longas moras nectere queat. Diuitias ſociata aliorum opera acquires. Inſiſte propoſito tuo; ſuperabis enim difficultates omnes.

LXVI. Quam pulcra et bona eſt, frater, quaeſtio tua! quam felici ſidere inſtituitur! quam laetus erit euentus! Surge, bona imminet hora; noli in occulto degere, id enim vbi feceris, occaſionem tam exoptatam amittes; neque poſthac conſequeris.

LXVII. Ad coelum dirige mentem; δίψυχος ne eſto, neue teipſum tentes. Intra

הדבר עד שיעבורו הימים האלה והשאלה הזאת תנתן לך בטוב ותמצא טוב מן השמים אבל עתה חדל לך:

Intra te conclusum maneat, quidquid moliris, vsque dum transierint infausti dies; tum enim dabitur, quod petis, diuinitus. Interea cessandum ab omni conatu.

סח אדם רע ששאילתך באה לשפלותך ועתה השמר לך מעין רע וממזל רע ותהיה עומד עם מזל ואם תצית בטובתך ראה יציאתך וביאתך שלא יטלטלו אותך הרעים ומושיע לא יהיה לך ועתה הנה הזהרתיך:

LXVIII. Scito, magno cum tui detrimento aduenturum, quod desideras. Oculum caue inuidum, et sidus infelix. Fortunam experiri benignam vbi volueris, egressum aeque ac ingressum tuum bene ordina, ne a malis hominibus intercipiaris. Quam admonitionem velim sedulo obserues.

סט מהר קום לך שהיא השעה טובה וקץ טוב יבא לך ושאילתך תנתן לך מלפני האל ית׳ וקורא אדם הסכל דאגת התענית ותמצא חסד מן השמים ועתה עשה צדקה וחסד וקרובה לך השמחה יבא:

LXIX. Quanta fieri potest celeritate opus destinatum adgredere, quum bona nunc impendeat hora, bonus exitus. Petita concedet Deus O. M. homini autem inepto continget sollicitudo cum afflictione. Tu gratiam inuenies apud Deum omnipotentem; liberalis esto (*erga egenos*) et benignus; ita breui gaudebis.

ע התבשר בשאילתך ששאלת נתונה לך והיא עולה בידך ואתה באהבת נפשך בשורת יבא לך ועתה קום לך לסוף עולם והחזק בדבר הזה ואל יפלו פניך:

LXX. Laetare; potieris enim petito tuo, laetusque nuntius summa tui cum voluptate aduolabit. Ad extrema etiam orbis migrare poteris, et negotia tua exsequi, neque vllus tibi inde metuendus pudor.

עא הרחק מן השאלה הזאת שאינה עולה בידך ואתה אין בו תבונה ולא חכמה ולא טובה לפיכך הדאגה עולה בלבבך ולך הצרה ותלך בדרך טוב וקץ טוב יבא:

LXXI. Desiste a proposito, cuius exitum videbis nunquam; est enim sine consilio, sine prudentia susceptum, tibique fatale. Hinc suboritur tristitia tibi et anxietas. Quod si meliora elegeris, successum sperare licebit prosperum.

עב לך על מה אתה נושאה לך נפשך ותמלא כוחך על חנם ואתה אומר אני מצליח בדבר הזה · ועתה אין לך טובת בשאלת הזאת והזהר מן המרורות שאין לך אהבה בהם ואתה תשוב ותגע חנם ותתגאה אלא שבכף ותקח כל מה שחסרת:

LXXII. Quo te cupiditas trahit, eo sequeris, ac frustra vires insumis, laetum promittendo finem, quum contraria ratione se res habeat, in quam es intentus. Amara fuge, quae vltro non appetis. Frustra laboras, et elato es animo; nec aliud, quam ignominia, exspectanda. Tandem vero recipies quaecunque perdidisti.

עג דע שלא הכל מאדם ולא מן הדין מגיע שוה לכל ולא היושב הכל בידי שמים ועתה הדרך רוחך ואל תקלקל וטוב ינתן לך והוא יבוא עליך בשמחה:

LXXIII. Nec ab hominibus omnia pendent, nec aeque distribuuntur mortalibus, nec perpetuum durant. In potestate summi numinis posita sunt omnia. Mentem tuam intende, neque hinc inde distrahe; ita fiet, vt bonis laete fruaris.

עד אל תצר על זו שאלה שבאת לך מתקוה טוב ומזל טוב ודבר טוב יש לך והמזל והגורל יבאו בשמחה:

LXXIV. De quaestione hac sollicitus non sis; etenim bona te sperare iubeo, fausta praedico, fortunam fauentem, gaudiumque solidum.

עה אל תבטח בשאלה הזאת שאינה
טובה לך והיא באה בידי שמים
בסוף הימים וכן הגורל הזה אמת
הוא וקיים הזהר בדרכיך ובין
בהם:

LXXV. Nollem te multum quaestioni huic fidere, quae bona haud est. Olim vero, volente Deo, optata euenient. Vera et certa edico. Res tuas et strenue et prudenter age.

עו ··· עות (שמועות Forsan) טובות
מתוקנים לך בכאן והגורל והמזל
יצאו לקראתך ולשמחתך הוא הכתב
ומזל הרי הוא עומד בנגדך ושאילתך
ודברך כבר נעשו והם קורין אליך:

LXXVI. Bona tibi parata est fama, fors, fortuna, laetitia; haec omnia tibi sunt dicata quam certissime, ac desiderium insuper tuum pridem impletum, cuius fructus senties.

עז צרות רבות עברו אליך ואתה הבקש
על זו השאלה ואינה עולה בדרך
לפי שאין טובה אבל האריך
רוחך והמתן:

LXXVII. Vexant te calamitates quamplurimae, a quibus num liberandus sis, quaeris. At responsio non cadit pro voto tuo; nihilominus patienter meliora exspecta.

עח התרחק מן תנוורות (הנוראות leg.)
שבאת לשאול עליהם וטוב לך ואף
מן הדבר הזה שיש בלבך אינו טוב
ואינך מצליח בו:

LXXVIII. Secede quam longissime poteris ab horrendis consiliis, quorum exitum nunc inquiris; id salutare tibi erit. Namque cogitationes tuae prauae sunt, quibus proinde fortuna non respondebit.

עט הזהר בנפשך שלא תפול ותבוש
ושאלה אחרת יכונת לך והיא
טובה ומתוקנת לך מן השמים וקים
סתר בה והיא באה לך:

LXXIX. Caue, ne spe excidas, aut contumeliam tibi adferas. Aliud quid roga, cuius te compotem faciet, mihi crede, diuina benignitas. Huc te velocissime confer, et in occursum boni tui rue.

פ המקום יאשר דרכיך ויתן שאלתך
והתבשר שנעשית שאלתך בא ממנה
כי אין בה פרי ואם תשמע לי הניחה
וקח אחרת והיא טובה מזו מזון
וכלכלה באה לך:

LXXX. Diriget Deus vias tuas, petitionem implebit tuam; vnde laetus esto. Relinque illam (*vxorem*) sterilem, ac meum secutus consilium, aliam tibi iunge, illa meliorem, atque tum affatim suppetent alimenta.

פא אני רואה טובה רבה יש לך
בשאילה זו ותצא לפניך הטוב וחוקר
רב ושם טוב יהיה לך בזו השאלה:

LXXXI. Multo bono perfunderis, et tali quidem, quod se vltro offerat. Magnae praeterea prudentiae laudem, nomenque consequeris praeclarum.

פב אתה מנסה את נפשך ואל תעשה
המתין מעט עד שיעבורו אלו הימים
ובא אלי ואני אגיד לך שאלתך
ותמצא כל חפצך:

LXXXII. Temetipsum tentare noli; exspecta vsque dum praesentes transiuerint dies, atque his alii successerint. Tunc me conueni, quaestionis tuae solutionem non modo, sed optata insuper quaeuis, pro lubitu tuo, indicaturum.

פג בקש מהשי׳ וייטיב לך ואל תבקש
מן האדם כי אדם חנם עושה עצמו
רעתו ואתה אמור (אומר leg.)
יש לי דעת וחכמה ואינו כן ועתה
חבן בדברי האלהים וטוב לך:

LXXXIII. Deum O. M. inuoca, bene tibi facturum; auxilium vero ab homine non quaere, nisi caussa mali temere propria esse velis. Ais: est mihi scientia et sapientia, cum tamen aliter se habeat. Deum audiendo, bene tibi erit.

פד LXXXIV.

פד אם תבקש לקחת אשה קח ואם לבנות בנין בנה לשכור שכור לפי ששאלה טובה עולה לקראתך ותצליח בכל דרכיך:

LXXXIV. Si vxorem ducere cupis, ducito; si domum exstruere, aedificato; si mercede aliquos conducere, conducito: abunde enim desiderio tuo satis fiet, ac felicissimus semper eris.

פה אחי קום עשה תאות לבך ואזור כגבר חלציך ואל תירא כי תשמח בזו השאלה כי נשמעת תפילתך:

LXXXV. Quidquid animo libitum fuerit, exsequere, frater; cinge viri instar lumbos tuos, quoniam et oratio tua exaudita est, et petitum tuum exitu comprobatum laetabundus videbis.

פו שלש שאלות יש בלבך ואתה אומר אין לך מזל טוב ואינו כן אלא יש לך מזל טוב ועד עתה לא בא קצו לבא עליך ואני רואה טובת הרבת עד מה שעתידה לבא עליך:

LXXXVI. Tria ex me quaeris. De aduersa quereris fortuna; immerito. Est enim tibi secunda. Quae etsi nondum aduenerit, accedet tamen propediem, magno felicitatis numero comitata.

פז אל תירא מאלו הרודפים אותך כי נשכרו והם אוכלים ושותים עמך ומראים לך אהבה במראה פנים ואין לך דעת שאתה מאמין בהם ומגלה להם סוד לבך ודע שמזל גדול יש לך ויבאו לך בששון ובשמחה:

LXXXVII. Ne persecutores tuos, mercede conductos, timeas. Edunt illi tecum bibuntque, et amorem prae se ferunt; at tu illis ne fidas, neue arcanum reueles. Exorietur tibi faustum sidus, quod multum gaudii ac hilaritatis secum trahet.

פח אחי שב בביתך ואל תלך שפרנסך יכבלה לך מן השמים ואל תלך בהרים ובדרכים ואם תשאל על בנים הרי נפקדת אשתך מן שם ית׳ ואם אשתך הרה התבשר שהוא בן זכור:

LXXXVIII. Domi conside, nec iter ingredere; supremus gubernator tuus, coelestis ille, prohibuit; neue montem conscendas, aut aliorsum ex aedibus te conferas. Si liberos desideras, diuino beneficio consequeris: grauidam quando senties coniugem, tripudia; habebis enim filiolum.

פט בן אדם אל תרבה נדרים והנדר שנדרת שלם ותמצא ריות ורפואת טובה ובנים נעימים וחסד גדול:

LXXXIX. Vota ne multiplicato, sed ea, quae vouisti, solue; ita laeto eris et tranquillo animo, valetudine vtetis commoda, amoenos videbis posteros, omniumque tibi beneuolentiam conciliabis.

צ אין בזה הדבר ריות שתה ואתה רחוק ממנו וגם לנפשך אין כל ברדה יכולה לעמוד למולך והחויר שונאך כי סופך לקבל אורה ושמחה וששון ויקר מן השמים יסכים עמנו למען שמו ית׳:


XC. Nullam haec res tranquillitatem adfert; desiste ab ea. Neque etiam anima tua, etsi cum maxime pura, auertere inimicorum insidias poterit. Olim tamen lux, gaudium, exsultatio, decus, obtingent. Adsit nobis perpetuo Deus, nomenque eius aeterna laude celebrandum.

ספר הגורלות תהלה לאל
שוכן שחקים סליק

Explicit liber sortium; laus Deo supremo.

העיגול לדעת החיים והמות הן למהר הן לאחר ראה בתחילה קח אותיות שם החולה וספר לכמה עולות ותוסיף על כל אות הכתב בעיגול נגדו על א׳ ג׳ ועל ב׳ ו׳ ועל ג׳ כ״ב וכן כולם אח״כ תעיין באיזה יום נפל לערס דוי אם יום א׳ הוסיף מ״ג ואם יום ב׳ מ״ח ואם יום ג׳ מ״ז ואם יום ד׳ קנ״א ואם ביום ה׳ ל׳ ואם ביום ו׳ פ״ח ואם ביום ז׳ כ״ז· עוד תצטרף לידע בכמה בחודש נפל למשכב· ותעדיף אלה ימי החודש וצרף יחד כל החשבון והיה אחד ותוציא□· ל״ל והעודף שלא□ יגיע למנין ועיין בעיגול א□ יותר באחד הכתובים למעלה מאמצע העיגול ירפא מהרה · ואם בצדו לא ימות אך ירפא למרחוק · ולמטה באמצע ימות מהר□ ובצדו ימו□ת לאורך ימים והצור יצילנו מכל מחלה ושנות חיי□ יוסיפו לנו לא״י אמן כן יר׳:

ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
כז	פח	ל	קנא	מז	מח	מג




Hunc circulum excipit in MS. alius, elementorum compositionem in quolibet homine indigitans, et Zodiaci signa in quibus natus quisque est, ad quae sedulo respiciendum ei, qui vxorem ducere voluerit. Equidem circulus ipse adpositus est integer, descriptionis vero et praxeos nonnulla tam sunt oculis inperuia, vt nulla arte restitui queant. Itaque ergo haec omittimus.

Circulus,

Circulus, vitam hominis siue mortem, vel instantem vel post longum tempus secuturam, indicans. Primum, chartae inscribe litteras, quae nomen aegrotantis constituunt; tum cuilibet harum litterarum adiice numerum huic litterae in circulo respondentem, (*ac in supremo circuli ambitu adscriptum.*) Nempe τῷ I. addi debent III. τῷ II. addi VI. τῷ III. addi XXII. atque sic in sequentibus. Posthaec dispice, quonam (*hebdomados*) die decumbere in lecto coeperit aeger. Si die primo, adde XLIII. si secundo, adde XLVIII. si tertio, adde XLVII. si quarto, adde CLI si quinto, adde XXX. si sexto, adde LXXXVIII. si septimo, adde XXVII. Sciendum praeterea est, quoto mensis die in morbum inciderit; hi tamen mensium dies redundant, (*nec ingrediuntur calculum.*) Denique in summam redige numeros omnes, vt vna prodeat summa, non connumerato (*vt dixi*) superfluo (*mensis die.*) Iam inspice circulum; vltra cuius medium si prodeuntis numeri summam adscriptam inueneris, valetudini pristinae quamprimum restituetur aegrotus; si in latere inueneris, sanabitur quidem, sed suo tempore; si infra mediam circuli partem, morietur; si in latere, diem vltimum, intercedente longo temporis spatio, claudet. Ceterum, petra (*salutis nostrae*) ex omni nos morbo eripiat, longosque in terra Israel (*quam occupaturi olim sumus*) annos exigere concedat. Amen; sic ipsi placeat.

VII	VI	V	IV	III	II	I
XXVII	LXXXVIII	XXX	CLI	XLVII	XLVIII	XLIII



II. Sequitur folio VIII. a. tractatus, remedia sistens variis in morbis, calamitatibus, et improuisis casibus adhibenda, partim licita, partim ex superstitione et Kabbala minus pura et honesta, immo plane impia, depromta. Remedia exhibentur XLVII. numero, quorum primum sanguinis fluxum sistere docet, secundum oculis medetur grumiosis, tertium procurat somnum, quartum, tabidum sonat corpus, quintum, quomodo lepra corpus alicuius, nec scientis, inficien-

dum fit, edifferit, fextum ac feptimum, quomodo conciliandus amor. Reliqua taceo, contentus vnum alterumue huc transferre. Decimum octauum ita fe habet: קמיעה לנער הבוכה בלילה כתוב אילו חתימות ואילו הן

3XC ⚲ החתימות ד׳

Pittacium aduerfus infantis fletum nocturnum. Infcribe (chartae) *abftrufas quatuor figuras* (modo adpictas.) Vicefimum tertium eft: שמירה לדרך שים אצבעך קטנה ימין לכף שמאל ואמור יוהך ישמרני וילווני אזבונה הושיעני אגלא בא עמי נעורירון ישמרני וילווני יאמר ז׳ פעמים אַסְתִּיפָּא אַסְתַּפָּא אַסָא אַסֵא אַנְבָא מַצְמַצִירת: *Prophylacticum in itinere: Digitum minimum dextrae manus in volam immittito finiftram, atque fic orato; Johaeh cuftodiat me et comitetur, Asbona fofpitem me praeftet, Agla ad me accedat, Neuriron tueatur ac perpetuo adfit. Mox fepties haec recitato: Asthipa, Asthapa, Afa, Afe, Anba, Mazmazith.* Octauum fupra trigefimum ita fonat: להביא אדם מרחוק קח חלוק אחד מבגדיו והוקיעו וסב חרש חדש והדליק לבונה בתוכו תחת הבגד וסב שבט לבן והך בחרש ואמור הינני משביע עליך שמשיאל קרביאל עזריאל שתביאו לי פב״ם או פלונית בת פלונית בתוך כך וכך: *Ad reducendum hominem peregre profectum, fume particulam veftimenti eius, ac de fublimi fufpende; tum accepta tefta recente, accenfo thure, fub eo loco, ex quo veftis pendet, fumtoque baculo albo, ollam percute, his adhibitis verbis: Ecce ego adiuro te Schamfchiel, Karbiel, Afariel, vt adducatis* τὸν *N. filium N. aut* τὴν *N. filiam N. ad hunc locum, fiue hoc fiue illo modo* (prout vobis placuerit.) Pleraque horum remediorum Rabbinice confcripta funt, fex vero pofteriora Germanice.

III. Folio X. a. leguntur eiufdem omnino commatis remedia XLIV. alia tamen manu fcripta, e queis nonnulla feligemus. Vndecimum ita fonat: קמיעה דלית בר נש שליט בך אוריאל מיכאל צוריאל האל קומיאל אהיה אוריאל: *Amuletum efficiens, ne in poteftatem alicuius venias: Vriel, Michael, Zuriel, Hael, Kumiel, Ehieh, Vriel.* Duodecimum eft phylacterium לפני קדחת contra febrem ardentem, cuius amuleti fequens eft Schema:

✡ צא ✡ מן ✡ הגוף ✡

פלונית בן (בת leg.) פלונית ולך אל גיחון פישון

חידקל פרת:

✡ *Egredere* ✡ *ex* ✡ *corpore* ✡

τῆς *N filiae N. et ad Gichonem, Pifchonem, Chideckel aut Euphratem migra.*

Sextum fupra decimum eft לשריפה contra incendium. Eius figura quadrata, quia diuerfa eft ab orbiculari quae vulgo profertur a Chriftianis etiam fcriptoribus, locum hic meretur.



Trigefi-

Trigesimum sextum est: סגולה שלא יכול האויב להוציא כלי זין כנרתיקו יאמר ג׳ פעמים אלו השמות סנדיק אנוילדא הימז סינאטי אומו מליניין אז אינו יכול להוציא בוודאי: *Arcanum remedium, ne hostis arma ex vagina educere, aut tela explodere queat. Ter pronuntiatis hisce vocibus, Sandik, Anuilda, Himas, Sinatai, Vmu, Melinio, certus esto, aduersarium arma educere minime posse.*

Omnium maximum non remedium modo, sed miraculum est, mortuum ad vitam reuocare priorem, quod numero XL. ad hunc modum praescribit auctor huius collectionis: שם של ע״ב כתוב על חרש חדש חרוק על המת וחיה כבראשונה וידבר עמך כל מה שתרצה ויקחוהו מעליו ויחזור מת כבראשונה וזה שם של ע״ב

כתת	אכא	ללה	מהש	עלם	סיט	ילי	והו
הקם	הרי	מבה	יזל	ההע	לאו	אלד	הזי
ההו	מלה	ייי	נלך	פהל	לוו	כלי	לאו
ושר	לכב	אום	ריי	שאה	ירת	האא	נתה
ייז	רהע	חעם	אני	מנד	כוק	להח	יחו
מיה	עשל	ערי	סאל	ילה	וול	מיכ	ההה
פוי	מבה	נית	ננא	עמם	החש	דני	והו
מחי	ענו	יהה	ומב	מצר	הרח	ייל	נמם
מום	היי	יבם	ראה	חבו	איע	מנק	דמב

להזהר האדם שלא יכתוב את השמות הזה פן יקצר ימיו ושנותיו ולהיזהר באזהרה גדולה:

Nomen diuinum LXXII. voces alias complectens inscribatur testae recenti, mortuoque adponatur, qui vitam nanciscetur pristinam, et ad quaestiones omnes respondebit; ablato autem hoc pittacio, rursum morietur. Nomen ipsum hoc est. Vide schema propositum. Nota ad marginem posita hoc vult: Cauendum sedulo, ne imprudenter nomen tam sacrum exaretur; inde enim mortem esse metuendam. Quare omnem animi curam et singularem attentionem in scribendo adferendam. Scripta sunt haec remedia lingua Rabbinica, exceptis prioribus sex, et duobus posterioribus, quae sunt Germaniensia.

IV. Folio XIV. a. longum prophylacticum, cuius in nauigatione est vsus, sistitur Kabbalisticum, ex nominibus diuinis et angelicis conflatum. Scriptum est alia a praecedentibus manu.

V. Folio XVI. b. Quomodo Horoscopus cuiusuis hominis sit indagandus, docetur, cui annectitur כתב עבר הנהר כפי שמצאתי בספר ישן נושן *alphabetum* Kabbalisticum *trans Euphratense, in veteri quodam codice repertum*; quod vel ideo adpingendum, quia nonnihil recedit ab eo, quod *Henr. Cornel. Agrippa* libro III. occultae Philosophiae cap. 30. pag. 317. seq. produxit.

VI. Folio XVII. b. Psalmus occurrit XCI. Kabbalae adaptatus, hoc est, cuilibet membro adnexa habens nomina quaedam siue Dei, siue Angelorum. Tria

priora

priora commara, iam iam adferenda, speciminis loco satis erunt: יושב בכתר עליון בצל שדי יתלונן צבאות אומר לה׳ מחסי ומצודתי מיכאל אלהי אבטח בו גבריאל כי הוא יצילך מפח יקוש מלטיאל מדבר הוות ידוד:

VII. Folio XIX. b. (nam folium XVIII. purum est) offendimus תשובות הגאונים *responsiones excellentium doctorum*, ad quaestiones varias e Iure Iudaico et ritibus solennibus petitas, ab Anonymo collectas, nec vltra XXVIII. quaestiones, totidemque solutiones, adscendentes, e queis ab initio nonnullae desiderantur, reliquae in MS. bis exaratae conspiciuntur. Ceterum, notae sunt huius generis *responsiones*, ac passim tales editae, vt nil necesse sit, huic codicis particulae inhaerere.

VIII. Folio XXVII. a. remedium contra ignem doloresque oculorum legitur, nec non regulae quaedam bonae valetudinis, per integrum annum obseruandae. His subiecta est cum tabula in sortilegio adhibenda, quam sub initium huius codicis dedimus, tum vnum alterumque folium purum.

IX. Folio XXXI. a. Denuo consignantur remedia alia arcana, contra quoslibet casus, partim Rabbinicis, partim Germanicis verbis concepta. Horum quia valde fertilis est codex noster, messemque iam praebuit largam, tenue nunc spicilegium sufficiet. Aduersus tumores quosuis conducere scribitur folio 32. b. scutum Salomonis, cuius haec est figura ✡ Notabile est, quod folio 36. b. legitur: להמית שונאיו ידליק נר ויאמר מזמור אל תחריש עד כופו ט׳ פעמים ואח״כ יכבה את הנר ואומר כשם שאני מכבה הנר הזה כך יכבה נירו של פלוני ובן יעשה ג׳ ימים וימות: *Vt aduersarius tuus moriatur, ad accensum lumen recita integrum Psalmum incipientem:* Ne sileas. (Est hymnus CIX.) *idque nouies; tum extingues candelam, atque sic precaberis: Prout ego hanc extinguo candelam, sic extinguatur lumen τȣ̃ N. Hoc si per triduum continuaueris, morietur.* Etiam hoc memorabile, quod folio 38. a. inuenitur: סגולה אבן עזרא אם לבשה אשה יולדת זכר בגדים ואח״כ ילבוש בעל קדחת רביעי׳ בגדים שלא ירחצו ויתרפא: *Arcanum ab Aben Esra communicatum. Si maritus vestimenta vxoris, vbi masculum enixa est, induerit, febri quartana liberabitur. Intelligendae autem vestes sunt nondum lotae.* Cumprimis vero notatu dignum, quod folio 39. b. exstat, optatum saepius, nunquam effectum: לעשות בעולה בתולה והוא סיר גדול קח אגוז מושקט שטוס זיא גר קליין צו פולבר טוא עז דורך מקום אז יחזרו בתולים: *Ex vxore virginem facere. Arcanum hoc est omnium longe maximum. Recipe nucem myristicam,* stoss sie gar klein zu Puluer, thue es durch מקום *eamque in minutissimas partes ac puluerem vsque contunde. quem in locum sparges pudendum; atque sic e marita fiet virgo.* Sed iam nugarum satis. Tot tractatuum, hoc codice complexorum, auctores incerti sunt omnes, vti et aetas: nisi quod ipsi characteres nouitatem magis quam vetustatem arguant.

CXXIII.

Codex centesimus vicesimus tertius chartaceus est formae, quam vocant, duodecimae, foliorum XCV. minutissimo characterum genere rotundo, manuque recente sed elegante satis, exaratus, continens duos tractatus Talmudicos scilicet מכות ac שבועות vna cum integra Gemara. Sub finem prioris tractatus, *Maccoth*, legitur ea oratio, quam supra ex codice CIV. iam adduximus.

CXXIIII.

Codex centesimus vicesimus quartus chartaceus est in folio, constans foliis LXXV. exhibens

I. Lexicon Ebraicum incerti auctoris. De titulo libri dispicientibus ac sollicitis, in calce Lexici haec occurrunt: תם הילקוט ונשלם שבח ותהילה לאל העולם Ergo inscriptio libri est ילקוט siue *Pera*, vocabulorum nempe linguae Ebraicae. Subiiciuntur recitatis verbis, sequentia, ברוך נותן ליעף כח ולאין אונים עצמה ירבה אמן אמן: Item haec: יה כי בוה י׳י חצי השם שבבתו שבו נבראו שני עולמים פרחון:

Ex vltima voce coniicere liceret, titulum quoque פרחון fuisse, totumque opus in duas partes distributum. Et sane R. Salomonis

Salomonis b:n Abraham Happarchon commemoratur Lexicon, sub nomine מחברות vel etiam הפרחון cuius nonnisi vnicum in orbe exemplum exstare in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris, notarunt *Lambecius* ac *Nesselius*, et ex posteriore *Tenzelius*, colloq. menstr. an. 1690. p. 943. Verum ab isto R. Salomonis Lexico plane diuersum est nostrum: illud enim ex quamplurimis antiquis auctoribus congestum dicitur; hoc ne vnicum quidem nominat. Illud copiose voces singulas expendit; hoc breuitate docta acceptum nobis esse debet. Ego sane in ea sum opinione, nostrum Lexicon ex *Kimchii* ספר השרשים libro radicum esse contractum, quod vt lectoribus etiam meis persuadeam, quaedam ex MSC. nostro erunt proferenda. Sic itaque ad radicem לול in MS. legimus:

לול יש בו שני פנים האחד ובלולים יעלו והם כמו חלונות ויש שפירשו שהם מעלות ובלשון לעז ויטץ · והשני לולות תבלות האלף נוספת ופירושו בתי אחיזה לשיטץ בלעז : Quae omnia apud Kimchium pariter leguntur, nisi quod peregrina duo vocabula apud eum per וירץ et לציש in editione, qua vtor, Bombergiana anni הדשו exprimantur. Ad radicem חנט in MS. haec notantur:

חנט יש בו שני פנים האחד התאנה חנטה סלשון רבותינו אילן שחנטו פירותיו · והשני ויחנטו הרופאים · והחניטה הוא סמים שמערבים ועושן למת כשמא בלעז והשימוש קל :

Et haec in Kimchiano sunt Lexico, praeter vocabulum Latinum *balsamum*, (quod tamen Rabbinis generatim aromata quaeuis designat) id enim de suo addidit Noster; quale quid non in hoc saltem loco, sed aliis etiam quam multis factum, et vel in radice non longe post sequente חפר vbi haec offendimus:

חפר יש בו שלשה פנים האחד כי חפרתי את הבאר וחפרת לבטח תשכב כלומר כאילו תפרת סביבותיך חפירות שלא יוכלו להזיקך · והשני לשון חיפוש ודרישה כמו ויחפרוהו סמטמונים ושמוש שניהם קל · והשלישי לשון בושת כמו וחפרה הלבנה החפיר לבנון לחפור פירות ולעטלפים טלפא והשמוש קל ונכבד דל הפעיל: Quae ex Kimchio sumta, sed inserto *talpae* nomine. Aliquando Noster loco vocis ex lingua peregrina petitae, et a Kimchio adhibitae, substituit aliam ex alia lingua, seruatis ceteris omnibus, quae in Kimchio inuenerat. Quo referre possumus obseruata ad vocem תרן vbi sequentia in MS.

תרן כתורן על ראש ההר · לעשות תורן עליך · כן תורנם כל פרשו נס · הוא העץ הקשור בראש הספינה וקורין לו אנטנא:

Antennae vocem hic adhibitam videmus, etsi Kimchius Hispanicam אלברו vsurpet. In eo tamen non leuiter peccatum a Nostro, quod תורן *antennam* exposuerit, cum debuisset *malum*. Nec raro e vernacula sibi lingua interpretationem adiicit, vbi in Kimchio nulla. Exemplum dabit radix לבב ad quam ita Noster:

לבב יש בו שני פנים האחד לשון צפיחית שקורין קרשפיל כמו ותלבב לעיני שתי לביבות · והשמוש פיעל · והשני לבי לחוקקי · מה אמולה לבתך · ואיש נבוב ילבב · לבבתיני אחתי כלה · והשמוש נפעל ופיעל · והפילו לשון לב על הרבה פנים כמו לב השמים לב הים · אך מלת בלבת אש נלקח מלשון רבותינו שאמרו אחד המבעיר ואחד המלבב כלומר שמעלה להב :

Quae ipsa respondent Kimchianis, nisi quod Noster explicaturus quid לבבות sint in 2. Sam. XIII. 6. addat ignotam mihi vocem קרשפיל· Aliud exemplum prostat in notatis ad radicem תקע quam sic enucleat:

תקע יש בו שלשה פנים האחד לשון תקיעת שופר כמו תקע בשופר · והשופר עצמו נקרא תקוע כמו תקעו בתקוע והשמוש קל · והשני לשון נעיצה פיקר בלעז כמו ויעקב תקע את אהלו · ואת גויתו תקעו בחומת בית שאן · ויתקעיה בבטנו · ויתקעהו ימה סוף · ותתקע את היתד ברקתו · והתקועה במקום נאמן · והשמוש קל · והשלישי לשון כפוק כל אל כף בערבות כמו אל תהי בתוקעי כף · ושונא הוקעים בוטח · מי הוא לידי יתקע · והשמוש קל ונפעל :

Obseruanda hic peregrina vox פיקר in MS. occurrens, non item in Kimchio.

Ex quibus barbaris vocabulis de patria auctoris nostri coniecturam facere possunt, quibus multarum data linguarum possessio. Quin et ex adpositis patet speciminibus, distinctiorem longe et perspicaciorem esse Nostrum ipso Kimchio. Etenim Noster ad initium cuiusuis radicis, quot diuersos sustineat quaelibet significatus, sollicite indicat, non omissis coniugationibus, in queis vnus alterue sensus potissimum obtinet. Vnde haud quaquam diffitendum, multum conferre posse hoc Lexicon ad penitius discernendas varias verborum significationes, atque commodius illustrandos non paucos sacri codicis locos. Quam ei laudem libentes deferimus. Hactenus de Lexicographo ipsoque Lexici textu; nunc ad reliqua eius ornamenta. Textus punctis est instructus a capite adusque calcem, versione interlineari Latina, et notis ad marginem passim adscriptis exornatus; indicata et Latine reddita Bibliorum loca, ex quibus petita exempla, notata diuersitas lectionis inter textum Biblicum, et MS. hoc Lexicon intercedens. Neque enim Codici Ebraico V. T. semper conuenit cum MS. nostro, id quod de aliis codicibus cum Grammaticae tum Lexici Kimchiani pridem animaduerterunt accuratiores Philologi. Cuius ego versionis notarumque auctorem existimo *Sebastianum* esse *Munsterum*, haud vana opinione ductus. Non hic labores Grammaticos, pro cultura linguae sanctae ab eo susceptos, commemorabo, notos quippe omnibus, sed certioribus insistam vestigiis, praeeunte codice nostro. Saepe in notis, quas margines occupare dixi, remittitur lector ad *Rudimenta*, veluti folio I. col. a. in fine, folio XVII. b. bis, folio XXII. b. et alibi, nullo expresso auctoris nomine. Et tamen *Reuchlini rudimenta* esse intelligenda tam est certum, quam quod certissimum. Nec enim Munsteri aeuo alius e Christianorum numero, praeter vnum exstitit Capnionem, popularem meum, qui in adornando Lexico Ebr. et Grammatica posuisset operam, quae ille iunctim *Rudimentorum* titulo vulgauit. Confirmat suspicionem, quod, vti saepe ad marginem scriptum fuerat: *vide Rudimenta*, ita aliis in locis, nempe folio XVIII. a. fol. XXVIII. b. XXXII. b. XXXIII. a. &c. ad *Reuchlinum* diserte ablegetur lector, tanquam vnicum temporum istorum in Ebr. lingua Apollinem. Sed plura de Lexici nostri praestantia, ac interpretis fama dicere velle, inepti foret hominis. Prout enim aeterna laude Munsterus dignus est; ita Lexicon nostrum, quantumuis optimam partem e Kimchiano formatum, dignum, quod ad posterorum conspectum transeat integrum.

II. Sequitur folio XLIX. a. *R. Dauidis Kimchii* Grammatica, in qua folio LXVI. a. vsque ad folium LXXIII. ingens lacuna conspicitur, relictis foliis puris. Incipit ea lacuna a tractatione coniugationis Niphal, excurrens vsque ad שער המלים caput de particulis et aduerbiis, hoc est, a folio 18. col. 2. ad fol. 66. col. 2. edit. Bombergianae anni שׂח. Ceterum quidquid hic ex illa Grammatica legitur, punctatum fere omne est, eademque manu elegantissima exaratum, qua antecedens Lexicon. Vtrumque librum MS. diligentiae *Munsteri* deberi ex eo coniicio, quod characteres exacte conueniant cum illis vocum Ebraicarum ductibus, qui Munsteriana manu ad oram Lexici, modo recensiti, sunt adscripti. Versus tam in fronte quam fine editionum Grammaticae obuii, desiderantur in MSC. nostro.

CXXV.

Codex centesimus vicesimus quintus chartaceus est, formae octauae, constans foliis LXXXVIII. cui titulus praefigitur חלק חמשי במסרה *quinta pars Masorae*, certissimo argumento, praecessisse quatuor partes, ac subsecutam forsit vnam adhuc alteramue. Quae ad nos peruenit *quinta pars*, bene multas complectitur obseruationes, plerasque tamen imperfectas, vt videtur, eo quod ad supplendum non minus quam expoliendum illas spatium quibusuis in paginis vacuum sit relictum. Occupatae sunt illae obseruationes in consideratione vocabulorum aeque ac vocalium; maxime autem in hoc, vt manifesto demonstretur, non sine caussa vocem aliquam vel bis, vel ter, vel quater, vel pluries aut in S. Codice vniuersim, aut in certo quodam loco occurrere, vti nec absque ratione hoc vel illo puncto vocali gaudere. Ex his quippe omnibus singulare quid eruit Noster, quod vel ad doctrinam fidei Iudaicae, vel mores honestos, vel con-

consuetudines, vel Kabbalam spectet. Prima statim obseruatio est de particulis את ואת quae XIII. in Scriptura sacra vicibus coniungi ac mutuo sese excipere dicuntur, vnde nata anonymo nostro ansa excurrendi in XIII. fundamenta legis, quae illis locis indicata opinatur, ac operose probare contendit. Ne reliquarum obseruationum argumenta, ipsi etiam MSC. nostro praefixa, exponere, aut in declaranda auctoris methodo loquaciores iusto esse cogamur, seligemus ex breuioribus meditationibus hisce Masorethicis vnam duntaxat, sumtam ex folio L. col. 1. atque sic, vt in codice cernitur, adscribendam.

אשרי הגבר ד׳ נמסרו בתילים צ״ד

אשרי הגבר יחסה בו: אשרי הגבר שם יי׳ מבטחו: אשרי הגבר תיסרנו יה ומתורתך תלמדנו: אשרי הגבר מילא אשפתו מהם:

כנגד ד׳ שלימות ואישור · שלימות ביתו· כנגד בני הנעורי׳ אשרי הגבר מילא וגו׳: שלימות מדינתו · אשרי הגבר יחסה בו· שר״ל יתיחסו ויתכבדו בו אנשי עירו ומדינתו:

שלימות עצמו · אשר שם ה׳ מבטחו · שאז הוא בלי ספק שלם עת (את lege) עצמו:

שלימות אלהיו · אשר תיסרנו יה ומתורתך תלמדינו · ור״ל שאפילו היסורין המה לטובתו ולהצלחתו ולהשלמתו:

כנגדן ארז״ל ד׳ דברים צריכין חיזוק ואישור תורה מצוה דרך ארץ יסורין וכו׳ תורה אשר מתורתך תלמדנו · אי יסורין · אשר שם ה׳ מבטחו · מצוה אשר יחסה בו ולא יתחכם לדעת סודות המצוה ולמה נאסר כך והותיר כך ועד שרז״ל חוקות חקקתי לכם · ד״א בני הנעורים:

ובנגד ד׳ חושין · חוש הטעם · טעמו וראו וגו׳ אשרי הגבר יחסה בו:

חוש המשוש · אשרי גבר מלא אשפתו מהם:

חוש הראות · אשרי אשר שם ה׳ מבטחו שידמה האדם לעומד באדר זכוכיות לבנח שבכל מעשה שיעשה יראהו ה׳ והאדם:

חוש השמע · מתורתך תלמדנו · וכאו״ל שהאזן נותנת חיים לכל הגוף וכו׳: ואז״ל במדרש אהקב״ה לדוד חיים אתה בעי צפה ליסורין: וז״ש אשר מתורתך תלמדנו וכו׳:

(*Phrasis*) אשרי הגבר quater occurrit in Hymno XCIV. *a*)

(Psal. XXXIV. 9.) *Beatus vir, qui confidit ipsi.* (Ps. XL. 5.) *Beatus vir, cuius fiducia est in Iehoua.* (Ps. XCIV. 12.) *Beatus vir, quem castigas Domine, et quem ex lege tua doces.* (Ps. CXXVII. 5.) *Beatus vir, qui impleuerit pharetram suam illis.*

Quatuor indicantur felicitates (*potiores.*) Nempe felicitas domestica, seu, larga proles, quo faciunt illa: *Beatus vir, qui impleuerit.*

Felicitas prouinciae. *Beatus, qui confidit* eiusmodi homini, cum quo scilicet affinitatem contrahunt populares, et cui summi deferuntur honores.

Felicitas propria. *Beatus vir, cuius fiducia est in Deo*; is enim sine dubio bona quaeuis consequetur, in summo felicitatis apice positus.

Felicitas in Deum ipsum redundans. Dicitur enim; *quem castigas, Iah, et quem ex lege tua erudis.* Quae nil aliud volunt quam, castigationes ipsas bonum felicitatemque hominis summam promouere.

Atque hoc est quod Magistri nostri b. m. aiunt: quatuor res egere confirmatione et adiumento; legem (*Dei*,) praecepta, coitum, castigationes.

Et *lex* quidem designatur verbis: *quem ex lege tua erudis.* Vbinam vero *castigationes* indicantur? Hisce: *cuius fiducia est Iehoua.* Vbi *praeceptum?* Hisce: *qui confidit ipsi*; etsi non scrutatus fuerit mysteria praeceptorum, immo et ignoret, quare aliud vetitum sit, aliud licitum. Dicunt Rabbini statuta tradidi vobis (*seruanda quidem omnibus, sed non accurate nimium inuestiganda cuinis.*) Denique *coitus* innuitur vocibus (Psal. CXXVII. 4.) *filii pueritiae.*

Praeterea quatuor sensus (*in quatuor allatis locis*) denotantur. Ad gustum spectat illud: *Gustate et videte*, &c. *Beatus ille, qui ipsi confisit.*

a) Hoc falsum. Semel enim ibi exstat; ter alibi.

De tactu haec loquuntur: *Beatus, qui pharetram suam illis impleuerit.*

De visu haec agunt: *Beatus, quisquis fiduciam suam posuerit in Iehoua.* Similis enim talis erit stanti in area purissima lunae; omnia etiam quae acturus est, et Deus et homo ille conspicient.

De auditu haec loquuntur: *Ex lege tua doces eum.* Namque ex Magistrorum nostrorum sententia, vitam vniuerso corpori impertit auris.

Aiunt Doctores nostri in Medrasch, dixisse Deum O. M. ad Dauidem: tu quidem longaeuam petis vitam, sed vt eam adipiscaris, tolerandae abs re sunt castigationes. Atque huc alludunt verba: *Ex lege sua erudies illum.*

Hactenus Autor, cuius nomen nos latet, aeque vt aetas codicis; quae tamen, si quid ex litterarum ductu colligere fas est, ad saecula recentiora quam antiquiora est referenda.

CXXVI.

Codex centesimus vicesimus sextus membraneus est in folio, initio et fine carens, flammarumque ac temporis iniuriam expertus, constans foliis LXXVIII. sequentia complectens.

I. Fragmentum libri ritualis, tractans de *Krischma*, (קרית שמע) de precatione *Schmone esre* dicta, octodecim gratiarum actiones continente, item de precibus aeque ac ritibus in nouilunio, in diebus festis Paschae, Pentecostes, tabernaculorum, in nono mensis Abh, initio noui anni, die piaculari, atque Encaeniorum solennitate, obseruandis. Fragmentum hoc in fine mutilum est.

II. Folio XVIII. a. *R. Ionae* Gerundensis librum היראה *de timore Dei.* Sic enim suspicor, destitutus exemplo impresso. Initium libri hoc est: יראת יי׳ ראשית דעת ראשית חכמה יראת ה׳ ותכלית חכמה יראת יי Quam coniecturam firmat, quod additum sit huic libro סוד התשובה *mysterium poenitentiae*, cuius, ceu notum, auctor est indicatus R. Ionas. Neque me hinc dimonet subscriptio libri, folio XXXVI. a. occurrens: נשלם ספר חיי עולם quum vnius libri geminus apud Rabbinos haud raro sit titulus, ac praesens *vitae aeternae* nomen ideo sibi vindicare possit, quod vitae regulas exponat, quas qui obseruat, de vita beata, quam exspectamus omnes, certus esse queat.

III. Folio XXXVIII. a. Incerti scriptoris librum de punctis et de vocalibus, ac genuina punctationis ratione. Titulus ex calce eruendus, folio scilicet XLVI. a. נשלם ס׳ ניקוד Diuisus est in varias שערים *portas.* Initium eius ita sonat: כלל אמרו בהורה בי כל אות הבא בראש תיבה דינה להדגש לבד אותיות אחהע שאינן מקבלות דגש:

IV. Folio XLVI. a. ס׳ העיבור Libellum agentem de computo Astrologico, et recto Kalendarii conficiendi modo. Initium hoc est: תנו רבנן פעם אחרת נתקשרו השמים בעבים ונראית חמה בלבנה סבורים העם לומ׳ מקודש החדש:
Coelum aliquando nubibus ita tectum fuit, vt solis splendor non maior fuerit quam lunae, atque hinc nonnulli existimauerint, consecrandum esse nouilunium.

V. Folio L. a. scriptum contra Christianos, cuius titulus, prout ex folio LXVI. b. et LXXI. a. patet, est תשובות siue *Responsiones* ad Christianorum argumenta. Ita enim in citatis locis legimus: סליקו התשובות Et: סליקו מן החומש ומן הנביאים התשובות מתהלים Re tamen vera aliud nil praestat, quam quod libri nomine נצחון *Victoriae* inscripti, quorum vnum *Hackspanius*, alterum *Wagenseilius* edidit, sed a quibus plane diuersus est noster, quamuis idem tractans argumentum, atque in eo etiam cum antea dictis conueniens, quod ordine libros percurrat Biblicos, multoque cum scommate Christianorum obiectiones diluere allaboret. Hoc nostro peculiare est, quod tam oppositiones Christianae, quam solutiones Iudaicae singulares sint, in neutro memoratorum Nizchanim obuiae, quod historiolas varias de Christianis, cumprimis bene multos discursus cum quodam episcopo משנין *Masnin* et R. Nathan habitos, referat, quod dubia, a Christianis, et גלחים sacrificulis potissimum eidem R. Nathan mota, proferat ac expediat. Hic enim *R. Nathan* in omnibus paene paginis conspicitur, eiusque etiam filius *R. Asai*

R. Asai folio LXIII. a. commemoratur. Incipit codex his verbis:

בראשית ברא אלהים · עד הנה דברנו על הנחמות ועל גמול המרעים לנו ומעתה נדבר על משענת קנה הרצוץ בני עשו אשר חרבו רשוות להשען בהבליהם על דברי הנביאים ובכל מקום שפקרו המינים תשובתן בצדן וכאשר תשיג ידי אכתוב ובכל מלמדי השכלתי: *In principio creauit Deus. Hactenus consolationes* (quae nos Iudaeos manent) *et ius talionis, quod hostibus nostris imminet, edisseruimus; tempus est, vt in* (2. Reg. XVIII. 21.) scipionem arundinis quassatae *stilum vertam, posteros scilicet Esaui, qui omnes vires adhibent, vt nugas suas verbis Prophetarum fulciant. Semper vero, vbi haeretici isti errent, indicatum e regione est. Ego, prout potero, contra eas disputabo, quippe qui* (Ps. CXIX. 99.) omnibus doctoribus meis sum intelligentior. Colligere hinc liceat, praecessisse quaedam, exordii vice, quae hic desiderantur; quod etiam video in mentem venisse illi, qui notas (de quibus statim) ad hunc librum adiecit. Sic enim commentator: בספר נצחון נמצא מקודם התחילה גדולה מנחמות ומגמול המרעים כאשר הביא בכאן ותסר מכאן בספר זה: *In libro Nizzachon praeloquii vice praemissa est longa de consolatione* (Israelitarum) *et poena malorum dissertatio, prout innuit hoc loco Noster; ea vero heic deficit.* Vnde et hoc fluit, sine discrimine librum nostrum tam ס׳ תשובות quam נצחון adpellari; posterius sane auctoritate nititur scholiastae. Vt ad notas, quae septem priora huius Nizzachon folia potissimum onerant (nam in sequentibus aut nullas videas, aut rarissime) redeam, nec eodem tempore, nec vna manu marginibus adiectae sunt, quae responsiones alias ad proposita dubia Christianorum continent; vna etiam, fol. L. b. lacunam auctoris explet. Finis libri confutationem obiectionis ex Hiobo petitae sistens, ita sonat:

איש היה מארץ עוץ איוב שמו גלח אחד מפריש אמר לתלמדיו באו וראו מצורת אלו היהודים שאמרו כי לויתן הוא רכ גדול ועתידים הם לאוכלו לעתיד לבא אל׳ הר״ר יוסף ואתה מה אתה אומר מהו לויתן אל׳ זהו שד אל׳ וכי איזה חסר בכאן *Vir e terra Vz erat, cui nomen Iobus. Monachus quidam Parisinus dixerat ad discipulos suos; venite, videte, quam suauiter nugentur Iudaei, qui Leuiathanem, magnam bestiam, olim se comesturas opinantur. Respondet ei R. Ioseph: Tu vero quid Leuiathanem esse censes? Daemonem inquit. Tum ille: Numquid iste. Reliqua desunt.* Auctor huius libri in Galliis vixisse videtur, quod Lutetiae meminerit aliquoties. Annon etiam vetusta sint vocabula Gallicana, quae nunc ex Nostro adscripturus sum, diiudicent peritiores. Folio LI. a. scribit: ופי׳ הקרא ויכל ביום השביעי כלה הכל · והלעז א׳ אוט אופ׳ליואי · וכן משמי ביום הראשון תשביתו אאייץ דיטורבי: Rursum folio LII. b. עושין מסנו השקרמונט מלחם ויין Clarius folio LXX. b. ad Psalmum LXXXVII. 6. ita commentatur: פי׳ ילד שם בנון לא תדע מה ילד יום כלומר בונָא אַכְּנְטוּדָא לִיאִיט אֲוֹנִיאָה Punctationem retinui codicis, etsi ineptam. Auctores, quos Noster, citat, sunt Rabbenu Nissim, Aben Gabirol, Aben Esra, Saadias, Raschi. Plura de hoc Nizzachon in praesens haud dicemus; dicturi tamen, vbi integrum cum versione Latina prodierit cura nostra olim in lucem.

VI. Subiungitur folio LXXI. b. Disputatio R. Iechielis cum Nicolao, illa scilicet ipsa, quam veteri Nizzachon, a se edito, in codice Argentoratensi adsutam reperit illustris *Wagenseilius*, et ex eo in Telis Igneis Satanae vulgauit. Quae tamen editio passim recedit a MSC. nostro. Ita non longe post initium Wagenseilius pag. 5. versu 5. excudi iussit מראשית נקרא שמו דונין · לא היה לו בין: pro quibus est in Nostro ומראשית היה שמו מכין · לא יהיה לו בין perquam insigni differentia; nisi forsan haud satis accurate inspexerit Wagenseilius codicem proprium. Ibidem versu 9. loco היקופיש MS. noster habet הקפינשא

quod est nomen *Iacobi* regis. Vlterius non progredior. Quum exemplar, a Wagenseilio publicatum in fine deficiat, noster codex supplere hunc defectum poterit, quippe cuius quatuor posteriora folia continuationem disputationis subministrant, in Wagenseiliana editione non exstantem. Quamuis ne sic quidem integra dari potest ea disputatio, cum quia codex noster, prout supra indicauimus, in fine mutilus est, tum quia tria posteriora folia tam misere habita sunt, vt vix fugientes litterae conspici queant. Omnia, quae hocce continentur codice, vna manu scripta sunt (si notas τῶ Nizzachon additas, exceperis) et charactere quadrato ac vetusto, qui a saeculo XIV. vel certe XV. alienus non est.

CXXVII.

Codex centesimus vicesimus septimus chattaceus est in quarto, foliorum scriptorum CCCIII. sistens libri שפתי ישנים siue catalogi librorum Rabbinicorum, a *R. Sabtai* confecti, versionem Germanicam, quam in vsus *Io. Friderici Meyeri*, Theologi nuper Gryphisvvaldensium et libris et factis notissimi, adornauit *Christophorus Wallich*, Iudaeus conuersus, qui *Synagogam Meyerianam*, hoc est, enarrationem adparatus Iudaici, quo in Synagoga non minus quam omni vita vti solent Verpi, et quem magno sumtu comparatum possidebat insignis ille Theologus, vernaculo nobis sermone edidit Helmstadii 1712. 8. Translatio praesentis catalogi Rabbinici ad verbum facta textum accurate exprimit, ac proinde, quod Rabbinismum presse sequatur, minus haberi potest Germanica. In nominibus propriis, locorum cumprimis artiumque liberalium, ac tota parte vltima, quae שער החיצון *porta exterior* inscripta est, varie peccatum ab interprete, quos lapsus facile condonamus homini litteris elegantioribus non exculto, qualem tamen requirit *porta* illa, vtpote recensionem continens scriptorum Rabbinicorum a Christianis in Latialem sermonem missorum. Erit nihilominus haec interpretatio magno adiumento illis, qui Latine nobis dare vellent catalogum Sabraeanum, quem saepius promissum, adhuc exspectamus. Absoluta fuit versio Gryphisvvaldae anno 1708. die secundo Augusti, vt Wallichii docet manus, quae sequentes insuper in calce addidit rhythmos, quorum initiales litterae interpretis nomen referunt.

התנצלות המעתיק

כדי שלא יבאו הקוראים לשקרים ואומרים עלי כדרך לצים המדברים
ראינו העתק-זה בעינים ישרים ומצינו הרבה טעות ברשימת ספרים
ידך למה שלחת בלשונות זרים אשר בפיך איננו המה משוגרים
שיש לך חרפה סדור דורים להראות טעותך בשערים
טוב לך אשר נתת לאחרים להעתיק ספר זה עם שמות ברורים
אמרתי בלבי נקי אנכי נגדכי ומהיוצר הרים יען לכבוד המאיר ולפקוח עיני עורים
פה אין סומא ישפוט על צבע ואורים כן החרש אין נותן טעם לשירים:

APOLOGIA INTERPRETIS.

Ne tales mihi obtingant lectores, qui mendaciis dediti More irrisorum de me pronuntient, Contemplatos se fuisse hanc meam interpretationem oculis rectis, Multosque in hac librorum designatione inuenisse errores, (ac proinde sic me adloquantur) *Manum tuam quare admouisti* (libro, cui insunt) *voces peregrinae, Quas non promte eloquitur os tuum? Erit sane perpetuum hoc tibi dedecus; quando errata tua conspicientur in portis* (siue locis publicis.) *Bene tibi consuluisses, si aliis laborem transferendi hunc librum vna cum claris in eo propositis nominibus reliquisses. Quibus ego sic apud animum meum respondi: nulla hic mea culpa est, vos ipsos testor, ac eum qui montes formauit* (Deum. Nec aliam ob caussam suscepi versionem, quam) *vt honori cederet Meyero, oculosque coecorum aperiret,* (id est, plane imperitis Rabbinicae litteraturae, qualis erat Meyerus, inseruiret.) *Hic coeco facultas de colore et luce iudicandi nulla datur, Prout surdo nulla de canticis.*

CXXVIII.

CXXVIII.

Codex centeſimus viceſimus octauus chartaceus eſt formae librorum quartae, foliorum ſcriptorum CCLXXIX. continens interpretationem Germanicam τῶν מנהגים ſiue caerimoniarum Iudaicarum, cuius generis libri exſtant admodum multi, diuerſis locis impreſſi, prout ad codicem XCV. notauimus. Is cuius verſionem codex praeſens exhibet, typis excuſus eſt Venetiis anno Iudaico CCCLX. Chriſtiano MDC. Vertendi moleſtiam ſupra nominatus *Wallich* in ſe ſuſcepit, quippe cuius manum totus liber prodit. Conuertit autem in ſui quondam Maecenatis, doctoris *Meyeri*, vſum, ex cuius Bibliotheca tranſiit in VFFENBACHIANAM. In vſum Meyeri dixi; quod ne quis imprudenter ac temere dictum iudicet, ſciat velim, in ea me opinione eſſe, ne extremos quidem digitulos tantum Theologum intinxiſſe in Oceanum Rabbinicum, etſi magno vbiuis ſtrepitu, vti πολυιστορίαν, ſic et peritiam Rabbinicam oſtentauerit. Quin aluit potius ſemper aliquos, qui Rabbinorum opera vel in Latinam transfuderent linguam, vel Germanicam, quos inter temporis ratione vltimus forſan fuit, notitia vero Rabbinica primus fere, ſaepius memoratus Wallich, homo nobis etiam bene notus.

CXXIX.

Codex centeſimus viceſimus nonus membraneus eſt formae duodecimae, initio mutilus, conſtans foliis CXXXVIII. atque hymnos Dauidicos omnes continens, exceptis quatuor prioribus Pſalmi primi commatibus. Habet puncta vocalia, habet accentus; accuratus eſt, elegans, neque nimium recens. Finem Pſalmi CXLIX. integrumque hymnum vltimum, iunior adiecit ſtilus, omiſſis etiam accentibus.

CXXX.

Codex centeſimus trigeſimus chartaceus eſt in octauo, foliorum ſcriptorum CLXIX. comprehendens duos libros Arithmeticos, ab vno auctore conſcriptos, ad mentemque Arithmetices, qua totus orbis vtitur compoſitos, quinque, vt vocant, ſpecies, doctrinam de fractionibus, regulas proportionum, et reliqua, complexos; quae quoniam omnes norunt, inanis foret labor, longam inſtituere recenſionem. Poſterior incipit fol. CXVI. a. eſtque imperfectus ab auctore relictus. Scriptus eſt vterque recentiſſimo calamo, anno 471. h. e. A. C. 1711. pertinuitque ad מנלה בן הר״ר הירש ניין גרעשיל מפראג Mänle, (qui Iudaeis alias Mundel) filium R. Hirſch Neungreſchel Pragenſem. Addita ſunt poſt finem vltimi libri quinque folia, quae et nonnulla continent exempla Arithmetica, et ſchema multiplicationum diuiſionumque, quod Pythagorae vocant tabulam.

CXXXI.

Codex centeſimus trigeſimus primus membraceus eſt in folio, mutilus in fine, conſtans foliis CLXXIII. charactere quadrato auguſto et mirifice pulcro ſcriptus, volumen τῶν *Selichoth* ſiſtens, digeſtarum ſecundum ordinem in Synagoga Francofurtana ad Moenum obſeruari ſolitum. Exhibet preces CLVII. quarum index operi praefixus. Dixi in fine mutilum eſſe, qui defectus vt expleretur, ad calcem adeſt ſupplementum decem orationum eiuſdem generis, non in membranis, ſed in charta, foliis quatuor, et alia manu exaratum; vt nunc omnes in praemiſſo indice conſignatae ſupplices preces hic legantur. Punctis vocalibus a fronte ad pedes ornatus eſt, neque ad elegantiam addi quidquam poteſt.

CXXXII.

Codex centeſimus trigeſimus ſecundus membranaceus eſt in folio, conſtans foliis CCXIX. charactere quadrato, litteris magnis, calamoque elegantiſſimo ſcriptus, continet eiuſdem argumenti, cum praecedente codice, preces, niſi quod plures oſtendat *Selichoth*, vltra CC. nimirum, ſi in margine adſcriptum ſequamur numerum, quibus recentior manus ad calcem duas adiecit alias, in charta ſcriptas. Ordo dierum, in quibus recitandae hae preces eadem iuniore manu additus eſt. Puncta vocalia vbiuis comparent, ſi duas poſtremas excipias Selichoth, quas liberalitate manus alienae acceſſiſſe monuimus. Inſertus eſt, ſed diuerſo iterum calamo, folio CCXIII. ſeqq. ordo, quem in hiſce precibus ſeruant Iudaei in Sueuia. Tam in hoc quam antecedente codice multa reperias contra religionem Chriſtianam;

pauca ex vtroque dabimus, quia plenio-re manu alibi id factum, nec ſemel. In Selicha, cuius initium אזון תחן in cod. CXXXI. folio XLV. a. et in hoc noſtro codice, folio XXXVI. a. leguntur verba, quae in editis vulgo omiſſa, haec ſcilicet:

ליבטום קמים וכרו שוחה · מערימים כוד מסך להדיחם · מכבידים עול להכשיל כוחם · נואקים אליך בהתעטף רוחם · נחת מצוא מכובד טורחם · שיח צקים במעמד צפוף סליחה מבקשים בקדקד כפוף · עושקיהם יקניאום בנצר נאפוף:

Vt cadant (Iudaei) *foueam illis fodiunt inimici; clandeſtine operam impendunt omnem, quo a te illos abducant; imponunt graue iugum, quo vires ipſorum imminu-ant. Tamen ad te* (Iſraelitae) *clamant, quando ipſe adeo deficit ſpiritus, vt re-quiem inueniant, et onera nimium moleſta ceſſent. Preces ad te fundunt in ſtatione anguſta* (Synagogam innuunt) *veniam-que delictorum ſuorum demiſſo vertice pe-tunt. Oppreſſores eorum irritant ipſos cum ſurculo adulterino*, Meſſia nimirum. Sic in MS. vtroque, niſi quod cod. antece-dens pro מצוא habeat למצוא In Seli-cha quae incipit ישראל עמך תחינה in codice CXXXI. fol. LIII. a. haec exſtant:

טמאים האוסרים נחלתך לחבל כבודך להסיר ואחר הבלם להתהבל נצר נאלח ונתעב לאלוה לקבל ויראתך הטהורה לנטוש ולנבל: Eadem in noſtro codice, folio XXVII. b. ſeq. niſi quod legat כי כבודך quod deſit נאלח quod ſcribat ויראתך הקדושה והטהורה Senſus eſt: *Impuri illi, qui hereditatem tuam perditu ros ſe minantur, gloriam tuam commutare, vanitatibus ſuis nos inquinare, ſurculum foetidum ac abominabilem pro Deo recipere, timorem vero tui ſanctum euellere atque reiicere.* Quae duo loca, ex MS. Biblio-thecae Norimbergenſis, quamuis ali-quando a noſtrorum codicum lectione diſcrepantia, animaduerſionibus ad Theriac. Iud. produxit venerandus *Wul-ferus* pag. 40. et priorem locum ex eo re-petiit *Eiſenmengerus* Iudaiſm. detect. part. I. cap. 2. p. 137.

CXXXIII.

Codex centeſimus trigeſimus tertius chartaceus eſt in quarto, foliorum ſcri-ptorum (inſerta quippe ſunt quamplu-rima pura, quae in computum noſtrum haud veniunt) CII. complectens

I. Librum מעין חתום *Fons clauſus*, qui XXVI. problemata Geometrica et Algebraica pertractat. Initium eſt: איך יהיה החלק גדול מהכל שהוא נגד החוש והשכל והיריעה הכוללת התשיעית שעליה בנה איקלידס (Euclides) יסודותיו שהכל גדול מכל אחד מחלקיו: Auctor nomen ſu-um tacuit; videamus num indagare certis indiciis liceat. Ad problema primum, nec non folio XXI. a. citat librum ſuum חקות שמים *ſtatuta coeli*, citat et alium folio V. a. שבר יוסף *fracturam Ioſephi*, שבו ביארתי אלגיברה ולמודיה *in quo Algebram expoſui, et quidquid ad illam doctrinam pertinet*; rurſus eundem folio XII. b. nominat, הבאתי בספר שבר יוסף כל למודי חכמת המספר *in libro* Fractura Ioſephi *omne, quod ad profundam nu-merorum ſcientiam facit, tradidi.* Iam vero conſtat, tam tractatum *Statuta coeli*, quam *Fracturam Ioſephi* ſcripſiſ-ſe *R. Ioſephum Salomonem del Medico*, qui proinde verus auctor habendus. Et *fractura* quidem *Ioſephi* peculiare conſtituit opuſculum; *ſtatuta* autem *coeli*, ac *Fons obſignatus* noſter, ſecun-dam faciunt quartamque partem כי אילים *operis Elim*, a Noſtro publi-cati. Calligraphus imperfectum de-dit tractatum noſtrum, in quo vlti-mum problema non eſt integrum, ac deſunt forſit plura. Scriptus eſt ma-nuadmodum recente.

II. Folio XXV. a. Excerpta e diuerſis tractatibus Talmudicis et ex Medra-ſchim, cum perbreui commentario anonymi.

III. Fol. XL. a. Excerpta alia מפרק הפרה *ex capite de Vacca*; et fol. XLI. a. ite-rum alia ex libro quodam rituali; fo-lio XLII. a. rurſum aliud alterius ma-teriae fragmentum: atque ſic in ſe-quentibus, vt quot folia, tot fere di-uerſa fragmenta, quae nec legere pla-cuit (fatebor enim ingenue) omnia, nec prodeſſe lecturis iudicaui. Immo quidquid in hoc volumine reſtat, ex meris conſarcinatum eſt variarum ae-tatum et ſcripturarum fruſtis, quo-rum potiora duntaxat indicabimus. Fol. LII. a. occurrit expoſitionis in quinque integras *Selichoth* fragmen-tum,

tum, non sane contemnendum, ac vetusto insuper charactere exaratum; illud si totum adesset, reliquorum in hocce codice iacturam patienter toleraremus. Quaedam hic impia in Christum Deum; veluti in oratione quae incipit אלהים אל דומי verba ידון הרשע ברשעו חלף sic exponuntur folio LIII. a. ישו הנוצרי הנידון כצואה רותחת אוסרה הרשע בחרוהו חלף הק׳ *Intelligitur Iesus Nazarenus, stercore feruente indicandus; hunc gens impia loco Dei sancti eligit.* Mox Christiani adpellantur אימה הרשעה שפשטה מלכותה על כל העולם *populus pessimus, qui imperium suum per totum orbem extendit.* Fol. LVI. a. fragmentum exstat יורה דעה הלכות שחיטה *libri Iore Deah, tractans iura mactationis.* Desumta sunt ex *Rabbenu Iacob* Arba Turim, ita vt hinc inde non paucae adiectae sint notae atque obseruationes contrariae, quantum ad vsum et praxin hodiernam. Desinunt haec iura in fine sectionis 39. nondum absolutae. Folio LXIV. a. breues legimus de animalium mactatione quaestiones ac solutiones, numero 133. Folio LXXIV. a. habentur ad nonnulla Gemarae et Bereschith rabba loca adnotationes, vbi non collectoris modo, quisquis fuerit, sed et aliorum Rabbinorum expositiones insertae sunt, cumprimis ad Paraſcham תולדות Genes. XXV. 19. quae commentationibus vberioribus Rabbi Gerson סווין et R. Rubenis, et R. Salman קראטשינד illustratur. Hi duo postremi tractatus soli ad nos, ex tot fragmentis, peruenerunt integri. Quae restant a folio LXXXIX. a. vsque ad finem codicis, manca sunt omnia, misere habita, traiecta, ex variis libris petita, et, quod caput rei, leuissimi momenti, partusque deplorandi. Quare nec in scrutandis friuolis istis operam locare, nec lectoribus nauseam incondito adparatu creare voluimus. Summae confusioni ne quid deesset, post folium XXXIV. adparent quinque folia formae octauae, quae continent paraſcham וארא sed non integram, nempe ab Exodi VI. 2. adusque IX. 28. scriptam litteris quadratis ac antiquis, sine puncto vocali, sine accentu, sine ornatu omni.

CXXXIIII.

Codex centesimus trigesimus quartus chartaceus est in quarto, foliorum XXVIII. Titulus est: תקון סופרים והוא תקון שטרות אשר העתקתי מהעתקת האשל הגדול כמוהר״ר דוד בלומא זלה״ה כקק זולצבורג במדינות ברייזגויא: *Constitutio scribarum, siue accurata et correcta exempla cuiusuis generis litterarum, transscripta ex copia seu exemplari proceraе arboris, doctoris ac domini nostri R. Dauid Bluma, p. m. Sulzburgensis e Brisgouia.* In fronte folii secundi memoratur, petitas esse has formulas ex R. Bruna, R. Elia, R. Menasse, R. Pinchas Pragense, &c. Vnde paret, esse eundem omnino codicem nostrum cum eo quem cod. LXXIII. recensuimus, quo te, lector, remittimus. Quamuis enim illic simpliciter titulus libri שטרות ponatur, reliqua tamen inscriptionis, et res adeo ipsae, conueniunt. Et quum codex LXXIII. fine truncatus sit, ex nostro, quod desideratur, restitui potest. Incipit codex ab instrumento dotalitio: באחד בשבת בתשעה ועשרים יום לחודש אדר הראשון שנת חמשת אלפים ומאתים ושבעים ושבע לבריאת עולם למנין שאנו מונין כאן בעיר אינשטט איך ר׳ משה בר בנימין הכהן וגו׳: Quae intellectu facilia. Vrbs quam nominat, *Insladium* est. Primo folio adiectae sunt notae marginales. reliquis nullae. Scriptus est codex charactere rotundo et maiore, manuque non admodum vetusta.

CXXXV.

Codex centesimus trigesimus quintus chartaceus est in quarto, constans foliis LXX. rationem exhibens conficiendi Kalendarii Iudaici. Initium est: צורת הקבה תקופות ומולדות ומזלות כדדרשינן במסכת שבת בפרק כלל גדול: Huius notae libros aliquoties habuimus, ac in vno potissimum cod. CVI. multum posuimus operae; itaque ergo nunc breuiores erimus. Posteaquam vniuersa quae ad annos, menses ac dies Iudaicos rite constituendos spectant; enarrauit auctor, figurisque non minus necessariis quam elegantibus exornauit ac illustrauit, atque huic materiae maximam voluminis partem consecrauit, folio LIV. b. ad Kalendarium Christianorum

transit hisce verbis : עד הנה כתבתי לך ופרשתי לחשוב הסולר ולבחונו ולשקולו במאזני צרק וגם כתבתי לך לקבוע ר״ה ביומו וקביעות וגם לחשוב התקופות בבסת פנים והנה אכתוב לך גם כן לידע לוח של נצרים ולידע יום קביעות של תולדות ישו שהוא ר״ה שלהם הנקרא בלא״יארש טג וחתוגות (*) הקדשים שבכל שנה ושנה ככל לפי חודשי השנה שלנו : *Hactenus scripta exposui, quomodo supputandum sit nouilunium, quomodo accurate probandum calculo, expendendumque trutina iustitiae ; docui et anni initium, ac reliqua tempora figere, et aequinoctia diuersis modis calculare : nunc Nazarenorum* (siue Christianorum) *vt intelligas Kalendarium dabo operam, ac vt scias definire diem natiuitatis Iesu, a quo pendent Kalendae Ianuariae ipsorum, quas* (Neu) *Iahrs Tag vocare solent, nec non dies festos illorum cinaedorum* (audisne quo nomine Christianos vocet ?) *per vniuersum annum, quam facillime fieri poterit, collatum cum mensibus nostris.* Hinc quaedam de anno pleno vel deficiente memorat ; dein folio LV. de aera apud Romanos (nos Christianos innuit) Graecos, Turcos, Persas, agit ac nomina mensium Latine et Germanice adponit : tum folio LVI. de Baechanalibus loquitur, de Pascha, de Pentecoste, de ascensionis Saluatoris in coelum festo die, atque illo qui purificationi B. Mariae virginis dicatus est, in quodnam tempus singuli isti dies incidant, notans. Obseruandum est, quod ואזנכט *Fastnacht* Bacchanalia auctor perpetuo vocet עינוי הכומרים *sacrificulorum adflictionem*, caussamque addat : לפי שמסנו התחיל העינוי *quia ex eo tempore incipit afflictio* ; ieiunium intelligit quadragesimale. Differit etiam de quatuor Tekuphoth, שלהם נקראים קוטעבר *quae illi Quatember nuncupant.* Folio LVII. quot hebdomades inter praecipuos dies festos intercurrant, peculiari tabula explicatum dedit. Folio LVIII. et sequentibus integrum annum cum mensibus ac diebus, in suos ordines bene digestis, adponit, potioribus diebus sacris ad latus indicatis. Fol LXVI. a. videre licet tabulam pro figendis quinque diebus solennibus, iam nominatis, Bacchanalibus, Pascha, Pentecoste, ascensionis Iesu Christi, et purificationis B. Mariae virginis die. Ibidem col. 2. tabula adfertur ad inuestiganda nouilunia הגוים gentium, seu Christianorum ; cui similes subiiciuntur aliae. Quod in hoc etiam volumine Pascha non פסח sed קסח quod dies B. Mariae virgini Mariae consecrati אישה quod inuentae crucis dies צלם, quod dies festus omnium sanctorum כל הקדישים quod natalis Sospitatoris nostri ניטל &c. adpellentur, nouum haud est, et ad codices LXXXIV. et CVI. adnotatum. Ceterum exaratus est codex eleganti penna et charactere currente. Aetarem eius ex folio LV. a. cognoscimus, vbi quum de aera agit Christiana, ita scribit : ובשנת של״ה של׳נו הם מונין אלף וח׳ סאורת וע״ר עד יום ז טבת ומן ז והלאה הן מונין אלף וה׳ מאות וע״ה : *Anna CCCXXXV. quem nunc agimus, illi* (Christiani) *numerant MDLXXIV. vsque ad septimum mensis Tebeth diem ; a septimo vera ac deinceps numerant MDLXXV.* quo scriptum putamus codicem.

(*) Sic punctata vox est in MS.

CXXXVI.

I. Epitomen legum Leonis et Constantini Impp. ex Institutis, Pandectis, Codice et Nouellis Iustiniani; opera ac emendatione Ruffi, (*) Pinalii, et Rhodionis. Hoc enim vult titulus, in fronte legendus: Ἐκλογαὶ νόμων ἐν συντόμῳ γινόμεναι παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν βασιλέων, ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν, διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Ῥούφου, καὶ Πιναλίου, καὶ Ῥοδίωνος ἐπιδιορθώσεως τῶν φίλων. Praemittitur operi alia quam codex exaratus est, et recentiore manu consignata praefatio, cuius initium: Τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ θεὸν, καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διαπαντὸς ἐπικαλούμενοι. Antiquam hanc esse et genuinam praefationem, ex chartisque αὐτογράφοις descriptam, inde coniicio, quod variis laboret lacunis, quas vel prae antiquitate fugientes in prisco exemplo pepererunt litterae, vel calligraphi certe inscitia, quaedam vocabula haud adsequentis. Quoquo modo se hoc habeat, id agit praelo-quii auctor, vt iustitiam Deo gratam, ab eodemque praeceptam, locis ex Salomone ac Iesaia sumtis, ostendat. Et quum diuinae iustitiae consentaneas inuenerit Impp. constitutiones, impulsum se scribit, ad praesentem subeundum laborem, τὸ πλάτος εἰς περιμετρίαν περισταλῆναι, *ad includendum iustis terminis*, quae latius dicta sunt, ad Latina in Graecam linguam transfundenda, et ad reuocandum leges abolitas; quae omnia XL. titulis praestiturum sese promittit. Si vero hic nonnulla desiderentur, χρεὼν τοῖς φιλοπόνοις ἐγκύπτουσι ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει, τὴν τοῦ ζητουμένου γνῶσιν ἀρύσασθαι, *inspiciendum* ait *a studiosis nuper a nobis repurgatum ac diffusum opus legum, ex qua haurire possunt, quod quaerunt.* Vnde fluit, praeter hanc legum collectionem, aliam ab auctore, et quidem copiosiorem, fuisse congestam. Loquitur deinceps de simili aliorum collectione, sub nomine ἐγχειρίδιος (ita semper in MSC. vocatur) nota, sed quam vitandam iubet, continentem quippe varias constitutiones iniquas, et plane contrarias illis, quas pii legislatores tulerint; immo ἐγχειρίδιος iste prorsus est ἀποτρόπαιος

Uuu abomi-

ee) De hac voce et oratione simul, videndi *du Fresne* et *Meursius* in Glossariis Graeco-barbaris; ille in ἄμβων, hic in eadem voce, et in ὀπισθάμβωνος. Legitur haec oratio etiam in vulgari Graeca Basiliana liturgia.

(*) Illius absque dubio Ruffi, cuius νόμους στρατιωτικοὺς edidit *Leunclauius* tomo 2. iuris Graeco-Romani p. 249. sqq.

abominandus. Ad extremum, leges abrogatas in vnum se volumen cocgisse profitetur ; eas vero quae in vsu adhuc sunt, ἐν ἑτέροις ἑξήκοντα βίβλοις, *aliis LX. libris exhibuisse.* Haec ex praefatione. Eam excipit fol. IIII. a. index titulorum et paratitlorum , sed mutilus , incipiens nimirum a titulo huius codicis 32. verum folio CCVIII. integer conspicitur index , quem mox adscribemus. Eodem folio, col. 2. legitur sanctio περὶ τῶν ὑπηρετουμένων ἐργαλείων εἰς ἀνακαίνισιν ἱερῶν σκευῶν, *De instrumentis ad reparationem vasorum sacrorum seruientibus* , incipiens : Τὰ εἰς ἀνακαίνισιν θραυσθέντων ἱερῶν σκευῶν ὑπηρετούμενα ἐργαλεῖα &c. Folium quintum miscellanea continet , et ab argumento voluminis aliena , litteras scilicet debiti , dies emortuales quorundam in Graecia hominum , nonnulla ad artem scribendi facientia , pauca denique de SS. Trinitate. Quae folio IIII. b. et folio V. exstare diximus non eam referunt manum , qua codex scriptus est , sed diuersam. Nunc ipsum intueamur librum MS. titulorumque indicem ex folio antepenultimo huc transferamus.

ά. Περὶ συναινέσεως μνηστείας.	1. De consensu sponsalitio.
β'. Περὶ ἀρραβώνων μνηστείας.	2. De arrhis sponsalitiis.
γ'. Περὶ δωρεῶν μνηστείας.	3. De sponsalitiis donationibus.
δ'. Περὶ ὅρου καὶ διαθέσεως γάμου.	4. De definitione et conditione matrimonii.
έ. Περὶ ἀθεμίτου γάμου.	5. De iniustis matrimoniis et prohibitis.
ς'. Περὶ ἀκριβείας γάμου.	6. De iure matrimonii.
ζ'. Περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς· περὶ τῆς ἐννόμου ἀπογραφῆς τῶν συνήθως δωρεῶν τῇ γυναικί· περὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ παρανομίας, καὶ συγκαταβάσεως βασιλικῶν διαταγμάτων ἀπὸ τῆς ὀγδόης διατάξεως.	7. De donationibus ante nuptias ; de legali inuentario donorum , quae mulieri pro consuetudine locorum offeruntur ; de peruersa in Aegypto consuetudine , et de imperatorum hanc in rem legibus , ex constitutione octaua.
ή. Περὶ κεκωλυμένων γάμων , καὶ συγγενείας , καὶ βαθμῶν.	8. De nuptiis prohibitis , de cognatione eiusque gradibus.
θ'. Περὶ δικαίας προικός.	9. De legitima dote.
ί. Περὶ ἐκδικήσεως προικὸς , καὶ τῶν βαρῶν αὐτῆς.	10. De petitione , vel vendicatione dotis.
ιά. Περὶ δωρεᾶς μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός.	11. De donationibus inter virum et vxorem.
ιβ'. Περὶ λύσεως γάμου , καὶ τῶν αἰτίων αὐτοῦ.	12. De solutione matrimonii , eiusque caussis.
ιγ'. Περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν.	13. De donationibus inter viuos.
ιδ'. Περὶ ἀνατροπῆς δωρεῶν.	14. De reuocandis donationibus.
ιέ. Περὶ πράσεως καὶ ἀγοράσεως.	15. De venditione et emtione.
ις'. Περὶ ἐμφυτεύσεως.	16. De Emphyteusi.
ιζ'. Περὶ χρέους· περὶ δανείου , τόκου καὶ ἐνεχύρων· καὶ περὶ ἐγγυητοῦ , καὶ περὶ συμβολαίων.	17. De aere alieno , foenore , vsura , pignore ; de fideiussore , et de contractibus.
ιή. Περὶ μισθώσεως καὶ ἐκμισθώσεως.	18. De locatione , conductione.
ιθ'. Περὶ παρακαταθήκης , καὶ πραγμάτων ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται.	19. De deposito , et de rebus litigiosis.
κ'. Περὶ συστάσεως κοινωνίας.	20. De modo contrahendi societatem.
κά. Περὶ λύσεως κοινωνίας , περὶ πάκτου ἤτοι συμφώνου , καὶ διαλύσεως· καὶ περὶ τῶν ἐν προσηκούσῃ διδομένων.	21. Quomodo soluatur societas ; de pacto et conuento , et transactione , et de iis quae patrocinii nomine dantur.
κβ'. Περὶ διαθήκης αὐτεξουσίων.	22. De testamento emancipatorum.

κγ'. Περὶ

23. De

κγʹ. Περὶ διαθήκης ὑπεξουσίων, καὶ στρατιωτικῶν διαθηκῶν· καὶ τίνες αὐτῶν μαρτυροῦσι· καὶ περὶ κανστρεσίων· καὶ περὶ διαθήκης ῥηγνυμένης ὑπὸ ἀμνημονεύτων παίδων.

κδʹ. Περὶ διαθήκης ἀπελευθέρων· καὶ περὶ προνομιῶν πατρώνων, καὶ περὶ δικαιοδοτικῶν, καὶ περὶ καθηκούσης διαθήκης· καὶ παρὰ τίνι ὀφείλει ἡ διαθήκη παρατίθεσθαι, καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς.

κεʹ. Περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης, καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς.

κςʹ. Περὶ νόθων εὐγενῶν, καὶ περὶ ὑπεξουσιότητος καὶ λύσεως αὐτῆς· περὶ αὐτεξουσιότητος· καὶ περὶ υἱοθεσιῶν· καὶ περὶ εὐνούχων.

κζʹ. Περὶ μαρτύρων εὐπροσδέκτων καὶ κεκωλυμένων· καὶ περὶ τῶν ἀρνουμένων τοὺς ἰδίους συγγενεῖς· ἔτι γε μὴν περὶ ὅρκου· περὶ ἀναψηλαφήσεως ὅρκου, καὶ περὶ ἐπιόρκου.

κηʹ. Περὶ τῆς ἀναιτίου τριάδος· καὶ περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων· καὶ περὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν.

κθʹ. Περὶ κωδικέλλου.

λʹ. Περὶ κληρονόμων· καὶ περὶ συστάσεως κληρονομίας καὶ ὑποκαταστάσεως· καὶ περὶ συνεισφορᾶς προικός, καὶ διασκέψεως αὐτῆς.

λαʹ. Περὶ ἀποκαταστάσεως ἐλάττονος τῶν κε ἐνιαυτῶν· καὶ περὶ πληθυντικῆς ὑποκαταστάσεως· καὶ περὶ πεκουλίων αὐτῶν· καὶ περὶ τῆς ἀφηλίκων ἀποκαταστάσεως.

λβʹ. Περὶ Φαλκιδίου, καὶ ἀμέτρων δωρεῶν.

λγʹ. Περὶ ἀποκλήρων.

λδʹ. Περὶ ἐλευθεριῶν καὶ ἀναδουλώσεων.

λεʹ. Περὶ λεγάτων προσκαίρων καὶ διηνεκῶν.

λςʹ. Περὶ ἐπιτρόπων καὶ κουρατόρων.

λζʹ. Περὶ τοῦ μὴ ἐνυβρίζεσθαι τὰ λείψανα τῶν τεθνεώτων παρὰ τῶν δανειστῶν· καὶ περὶ τοῦ, πότε δεῖ ἐνάγειν τοὺς δανειστὰς κατὰ τῶν κληρονόμων τῶν τελευτησάντων.

ληʹ. Περὶ καινοτομιῶν καὶ νομῆς· ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀνακοινώσεως, καὶ περὶ παραγγελίας.

λθʹ. Περὶ ποινῶν. ἐν ᾧ καὶ παρὰ περὶ φόνου· περὶ πορνοβοσκῶν· περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἰδιωτικὴν φυλακήν· περὶ ἐνοχλούντων· περὶ ἀρνήσεως· περὶ δωροδοκηθέντος δικαστοῦ· περὶ τῶν προσφευγόντων τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ· καὶ περὶ δαιμονιζομένων.

μʹ. Περὶ σκύλων, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐκκλήτου, ἱερωμένων, μοναχῶν κοσμικῶν, καὶ περὶ τῶν πιπονθέτων ἀποφανσιν καὶ ἀποκαθισταμένων.

23. De testamento filiifamilias; de testamento militari, de testibus, peculio castrensi, denique de inofficioso testamento.

24. De testamento manumissorum, et de patroni in illo praerogatiua; de bonis libertorum; de legitimo testamento, apud quem deponi debeat; de querela inofficiosi testamenti.

25. De rupto et irrito facto testamento.

26. De spuriis nobili genere satis; de patria potestate, et quomodo soluatur; de emancipatione; de adoptione et de eunuchis.

27. De testibus idoneis et reprobis; de his, quibus de statu familiae lis mouetur; de iureiurando et eius recusatione, item de periuro.

28. De suprema Trinitate; de ordinatione episcoporum; de clericis et monachis.

29. De codicillo.

30. De heredibus instituendis vel substituendis; de illatione dotis, et de litigiosa dote.

31. De restitutione minorum XXV. annis; de substitutione plurium; de peculiis; iterum de restitutione minorennium.

32. De Falcidia, et immodicis donationibus.

33. De Exheredatis.

34. De manumissione et addictione ad seruitutem.

35. De legatis temporariis et perpetuis.

36. De tutoribus et curatoribus.

37. De corporibus defunctorum a creditoribus non inuadendis, et quo casu creditoribus contra heredes defunctorum actio detur?

38. De noui operis nuntiatione, possessione, et de communione.

39. De poenis, vbi Nouellae de homicidio; de lenonibus; de priuatis carceribus tollendis; de his qui alios cuirant; de eo qui subscriptionem a se factam infitiatur; de muneribus corrupto iudice; de iis qui ad S. Dei ecclesiam confugiunt; de maniacis.

40. De spoliis bellicis diuidundis, de adpellationibus, rebus sacris, et monachis saecularibus; de his, quibus post

στρωμένων· καὶ περὶ αἱρετῶν δικαστῶν· ἔτι τε περὶ δικαιοσύνης νόμου, καὶ μακρᾶς συνηθείας· καὶ περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, καὶ τίνες βοηθοῦνται ἐξ αὐτῶν; περὶ τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν· περὶ δικαιοσύνης νόμων, καὶ περὶ ῥημάτων σημασίας· καὶ περὶ διαφόρων κανόνων· περὶ συνηγόρων, καὶ περὶ ἐντολῆς.

latam ſententiam actio datur reſtitutoria; de arbitris; de iure, et diuturna conſuetudine; de ignorantia legis aut facti, et quibus haec exceptio proſit? de feriatis diebus; de iure et iuſtitia; de verborum ſignificatione; de diuerſis regulis iuris; de cauſſarum patronis, et de mandatis.

Abſolutis hiſce titulis, ſequuntur Nouellae quaedam vel integrae, vel earum ἀποσπασμάτα. Ex his *prima* eſt Romani Imp. ſenioris περὶ προτιμήσεως, *De protimiſi*, fol. CLXVII. a. incipiens: Ὁ δὲ κύριος Ῥωμανὸς ἐκεῖνος ὁ πρεσβύτης ἐνομοθέτησε. *Secunda* eſt Conſtantini de eodem argumento, cuius initium: Παλαιὸς νόμος ἐστὶ μηδένα κωλύεσθαι μήτε παρὰ συγγενῶν &c. *Tertia* eſt Alexii, χάριν τοῦ μὴ ἁρπάζεσθαι τὰ τῶν τελευτώντων ἐπισκόπων ἀνήκοντα παρὰ τῶν πρακτόρων. *Quod bona defunctorum epiſcoporum ab exactoribus non ſint diſtrahenda.* Incipit: Πρᾶγμα καὶ εἰς Θεοῦ πλημμέλειαν περιφρόνησιν &c. (*) *Quarta* eſt Manuelis Comneni, περὶ τῶν νομίμων ἐπιφωνημάτων, *de legalibus citationibus*, incipiens: Ἅπας ἐναγόμενος καὶ μετακαλούμενος εἰς τὸ δικαστήριον. Subiunguntur folio CLXX. a. αἱ ἀγωγαὶ καὶ αἱ ῥοπαὶ, *variarum actionum nomina, et diuerſi temporis praeſcriptiones.* Horum initium eſt: Τί ἐστιν ἀγωγή; *Quinta* nouella Romani Imp. ſenioris nomen praeſert, et compoſita eſt a Coſmo magiſtro, tempore magnae famis, agens de eo quod non εἰσέρχεσθαι δυνατὰ πρόσωπα εἰς ἀγροὺς ἢ καθόλου ἢ μερικῶς, *liceat praedia acquirere noua, vel ex toto vel ex parte.* Incipit: Ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτὴν καὶ περισπούδαστον. *Sexta* Leonis eſt, περὶ τοῦ μονάζειν δεκαετῆ παῖδα, *Quod decimo aetatis anno vitam eligere monaſticam ſit conceſſum.* Incipit: Τοιγαροῦν σὺν τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ. Nouellas has excipiunt fol. CLXXXIX. a. paratitla quaedam, hoc ordine: I. Περὶ προτιμήσεως ἐπιτρόπων, *De curatorum protimiſi.* II. Περὶ ἐπιτρόπων, καὶ τίνες δύνανται ἐπιτροπεύειν, καὶ τίνες οὐ δύνανται· καὶ πότε καὶ ἐν τίσι εὐθύνονται· καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν αὐτοὺς ἀπογραφήν· καὶ τίνες δύνανται παραιτεῖσθαι τὴν ἐπιτροπὴν, καὶ πότε, καὶ τίνες οὐ δύνανται· καὶ πότε εὐθύνονται εἰς τόκον, καὶ πότε οὐκ εὐθύνονται; *De curatoribus, et quinam poſſint curatelam gerere, vel non poſſint; quando et de quibus rationem reddant; de inuentarii confectione; de excuſatione curatorum, quando valeat et non valeat. item quando vſurae exigendae a curatore?* III. Περὶ τῶν μὴ ποιούντων ἐπιτροπήν. *De iis qui curatelam non gerunt.* IIII. Περὶ παραιτήσεως ἐπιτρόπων. *De excuſationibus curatorum.* V. Πότε ἀπαιτεῖται τόκος τόκου; *Quando exigantur vſurae vſurarum?* VI. Περὶ διαθηκῶν στρατιωτικῶν, *De teſtamento militis.* Superant bene multa adhuc paratitla, ſed quae enotare pretium operae viſum haud eſt, nimium quippe ſpatii requiſitura, vt vel ex adductis, ac vix vnicum in MS. folium conficientibus, colligere pronum. Nihil itaque addo, niſi hoc vnicum; praeſentem legum collectionem eandem prorſus eſſe cum Vaticano cod. 856. cuius ſequentem deſcriptionem dedit *Ioſephus Maria Suareſius* in notitia Baſilicorum, poſt initium: *Praeterea*, inquit, *in Vaticanae codice notato numero 856. videre eſt* ἐκλογὴν *cum eadem epigraphe* (nominum ſcilicet Leonis et Conſtantini) *niſi quod Baſilii quoque nomen inſcriptum eſt, ſed titulos quadraginta complectitur, et alia eſt praefatio, cuius exordium:* Τὸν μέγαν - - *In Vaticano notato num. 856.* ἐκλογῆς *prior titulus eſt* περὶ συναινέσεως μνηστείας. Quae omnia, ſi Baſilii nomen in epigraphe poſitum exceperis, ita conueniunt cum noſtro codice, vt magis cum alio nequeant. Contra vero variat ab illa ἐκλογῇ legum Leonis et Conſtantini, quam tomo 2. p. 79. ſeqq. Iuris Graeco-Romani vulgauit *Io Leunclauius.* Viciſſim conueniunt multi tituli cum illis, quae ex ſimili legum collectione propoſuit idem l. c. p. 131. ſ. Sed ibi ſoli proferuntur tituli, non opus ipſum; vt de differentia vel conuenientia nil adfirmari poſſit. Hoc patet, alium eſſe titulorum ordinem in codice noſtro, alium in Leunclauii indice.

Sufficiant

(*) Manueli Comneno haec adſcribitur Nouella in Io. Leunclauii Iure Graeco-Rom. tom. I. pag. 154.

Sufficiant haec de legum praesenti collectione. Qui iurisprudentiae amant delicias, exspectabunt mecum; vsque dum muneribus ac eruditione illustrissimus *Io. Guil. Steinheilius*, integrum harum legum corpus vna cum versione Latina, scriptorumque Iuris Graeci omnium collatione, ediderit. Quod vt quamprimum fiat; ardenter optamus: fiet autem, si prosperam viro maximo concesserit florentemque valetudinem Deo O.M. idque vt faciat, publicae vtilitatis caussa supplices eum rogamus. Pergendum ad reliqua huius MSC. pauca quidem illa, sed non minus; quam priora fuerunt, notatu et inspectione digna. Habemus quippe

II. Folio CCII. a. Notitiam metropoleon, archiepiscopatuum ac episcopatuum; qui Patriarchae CPolitano subsunt, hac inscriptione notatam: ὁ πᾶς ἀριθμὸς τῶν Θεοῦ θυηπόλων: *Vniuersus numerus Dei sacerdotum.* Specialior titulus adiicitur continuo: Τάξις τῶν μητροπολιτῶν, καὶ τῶν ἀρχιεπισκόπων, καὶ τῶν ὑπὸ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπων. A *Leunclauio*, viro insigni et diligentissimo, inserta est tomo primo operis aliquoties iam laudati; neque vnquam laudandi satis; pag. 88. adusque pag. 102. Ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ὑποκειμένων τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, *Dispositio facta per imperatorem Leonem sapientem, quem ordinem habeant throni ecclesiarum, patriarchae CPolitano subiectarum.* Eam nos Nouellam, collatione instituta, a nostra τάξει parum discrepare deprehendimus; quod vt liquido pateat; in quonam inuicem differant duo illa exemplaria; sollicite indicabimus. Leunclauianus codex LXXXI. metropoles numerat; noster vero XC. qui has adiicit: Ἡ Σηλυβρία, ἡ Ἀρκαδιούπολις, ἡ Μεσημβρία, ἡ Μίλητος, τὰ Γερδικιά, τὰ Ὕπαιπα, ἡ Φιλαδέλφεια, τὸ Ἄργος, ἡ Ῥιζαιά; τὸ Πύργινον, *Selymbria, Arcadiopolis, Mesembria, Miletus, Gerdicia, Hypaepa, Philadelphia, Argos, Rhyzaea; Pyrginum*; vt adeo in vniuersum sint XCI. si connumeraueris τὴν Σελεύκειαν, quam num. 31. statim post Cretam locauit catalogus Leunclauii, noster vero omisit. Praeterea apud eundem Leunclauium num. 65. 68. et 70. memorantur ἡ Ἀχαΐα, ἡ Γερμανία, ἡ Ἀπάμεια, pro quibus Noster ἡ Ἀχάνεια, τὰ Γέρμια, ἡ Ἄπρω habet. Archiepiscopatuum paullo maius est discrimen in vtroque catalogo; vt ex hac tabula patebit:

Leunclau.	Codex MS.	
α. ἡ Βιζύη.	α'. ἡ Βιζύη.	1. Bizya.
β. ἡ Λεοντόπολις.	β'. ἡ Λεοντόπολις.	2. Leontopolis.
γ. ἡ Μαρώνεια.	γ'. ἡ Μαρώνεια.	3. Maronea.
δ. τὰ Γέρμια.	δ'. ἡ Ἀπάμεια.	4. Apamea.
ε. ἡ Ἀρκαδιούπολις.	ε'. τὸ Πάριον.	5. Parium.
ς. τὸ Πάριον.	ς'. ἡ Προκόνησος.	6. Proconesus.
ζ. ἡ Μίλητος.	ζ'. ἡ Κίος.	7. Cius.
η. ἡ Προκόνησος.	η'. τὰ Κύψελλα.	8. Cypsella.
θ. ἡ Σηλυβρία.	θ'. ἡ Νίκη.	9. Nice.
ι. ἡ Κίος.	ι'. ἡ Ἰδρῦς.	10. Hidrys.
ια. ἡ Ἄπρως.	ια'. ἡ Νεάπολις.	11. Neapolis.
ιβ. τὰ Κύψελλα.	ιβ'. ἡ Σέργη.	12. Serga.
ιγ. ἡ Νίκη.	ιγ'. ἡ Χερσών.	13. Cherson.
ιδ. ἡ Νεάπολις.	ιδ'. ἡ Μεσήνη.	14. Mesene.
ιε. ἡ Σίλγη.	ιε'. ἡ Γαρέλλα.	15. Garella.
ις. ἡ Χερσών.	ις'. ἡ Βρύσις.	16. Brysis.
ιζ. ἡ Μεσήνη.	ιζ'. ἡ Δέρκος.	17. Dercus.
ιη. ἡ Γαρέλλα.	ιη'. ἡ Καραβιζύη καὶ ἡ Ἄμαστρις.	18. Carabizya et Amastris.
ιθ. ἡ Βρύσις.	ιθ'. αἱ Σέρραι μετὰ τὴν Δέρκον.	19. Serrae post Dercum.
κ. ἡ Δέρκος.	κ'. ἡ Λῆμνος.	20. Lemnus.

Leunclau.	Codex MS.	
κα. ἡ Καρραβιζύη.	κα'. ἡ Λευκάς.	21. Leucas.
κβ. ἡ Λῆμνος.	κβ'. ἡ Μίσθεια καὶ ἡ Κολώνεια.	22. Misthia et Colonia.
κγ. ἡ Λευκάς.	κγ'. ἡ Σωτηρόπολις.	23. Soteropolis.
κδ. ἡ Μίσθεια.	κδ'. ἡ Πηδαχθών.	24. Pedachton.
κε. αἱ Κάδραι.	κε'. ἡ Γέρμη.	25. Germa.
κς. ἡ Σωτηρόπολις.	κς'. ἡ Βόσπορος.	26. Bosporus.
κζ. ἡ Πηδαχθόη.	κζ'. ἡ Κο . . ηδία.	27. Co . . edia.
κη. ἡ Γέρμη.	κη'. αἱ Ῥοῖνοι.	28. Rhoeni.
κθ. ὁ Βόσπορος.	κθ'. ἡ Κάρπαθος.	29. Carpathus.
λ. ἡ Κότραδις.	λ'. ἡ Γο . θία ἡ Κόδρις.	30. Gotthia Codris.
λα. ἡ Ἐρωΐνή.	λα'. ἡ Συγδία.	31. Sugdia.
λβ. ἡ Κάρπαθος.	λβ'. τὰ Ἡρακλέος.	32. Herculis.
λγ. ἡ Μεσημβρία.	λγ'. αἱ Φύλλαι.	33. Phyllae.
λδ. ἡ Γοτθία.	λδ'. ἡ Αἴγινα.	34. Aegina.
λε. ἡ Σουγδαία.	λε'. ἡ Ἀγχίαλος.	35. Anchialus.
λς. αἱ Φύλλαι.	λς'. τὰ Φάρσαλα.	36. Pharsala.
λζ. ἡ Αἴγινα.	λζ'. ἡ Ζικχία.	37. Zicchia.
λη. τὰ Φάρσαλα.	λη'. αἱ Κόδραι.	38. Codrae.
λθ. τὰ Μάτραχα.	λθ'. αἱ Θῆβαι.	39. Thebae.
	μ'. τὸ Διδυμότειχον.	40. Geminus murus.

r In episcopatuum enarratione melius conspirant. Differunt tamen sequentia. Ephesino metropolitano XXXIIII. subiecti sunt episcopatus, secundum MS. sed apud Leunclauium additur vnus, nempe ὁ Θυραίων. Heracleensi parent XV. episcopatus in MS. enumerati, sed plures in Leuncl. Sebasteae in Armenia subsunt IIII. episcopatus, fide MS. cui quintum addit Leo imperator apud Leunclauium, nempe τὴν Κολωνείας. Myrensi in Lycia metropolitano XXXIII. episcopatus tribuit MS. verum Nouella XXXVI. Synadensi in Phrygia Salutari, praeter memoratos a Leunclauio, adiicit codex scriptus manu: ὁ Αὐγρων· ὁ Βασιύδων· ὁ Καιαάρκν. Antiocheno in Pisidia metropolitano iungendus est et ex MS. addendus episcopatus, ὁ τῆς σιδηρᾶς, ἤτοι ἀγρῶν. Larisseno decem adsignat vrbes episcopales Leunclauii catalogus, queis sex aliae annectuntur in MS. nempe ὁ Βεσσίνης· ὁ Καπυλιάνων· ὁ Γορδικίυ· ὁ Λεςίνυ· ὁ Χορμένων, ὁ Περιστερᾶς. Etiam in Naupactii metropolitani ditione omissus est a Leunclauio ὁ Βελᾶς. Finita enumeratione episcoporum Traianopolitano subiectorum, hoc in MS. scholion legimus: ἡ Πόρος καὶ ἡ Μαξία ἡνώθησαν, καὶ γέγονε μητρόπολις . . . ἐν ἔτει ςΦGζ. ἀφῃρέθη δὲ καὶ ὑπετάγη τῇ μητροπόλει Τραϊανουπόλεως, ἐκ συμφωνίας ἀμφοτέρων καὶ συνοδικῆς διασκέψεως· καθὼς καὶ ἡ γενομένη πατριαρχικὴ ἐπὶ κύρῳ . . διαγορεύει. *Poros et Maxia coniungebantur, factaque est metropolis anno* ꟾↃↃ CIↃ IↃ XCVII. *unde translata subiectaque fuit metropolitano Traianopoleos, ex consensu vtriusque, et conclusa Synodi; id quod etiam habitus sub domino . . . patriarcharum conuentus diserte edixit.* Rhodiensi metropolitano decem tantum parent episcopi, si Notitiae MS. fidendum, sed plures, si Nouellae Leonis, ex qua suppleri possunt, quae hic desunt; quamquam vicissim in Nostro ὁ Λέγυ hic nominetur, qui a Leone tacetur; vt adeo mutuas sibi et auxiliatrices manus praestare debeat codex vterque. Sic Neopatrensis ditio ecclesiastica plenius recensetur in Leunclauii exemplo, quam in nostro, quod nonnisi vnicum τῶν Μαρμαριτζάνων episcopum nominat; e contraria parte apud Leunclauium Euchaitensi nullus dicitur subiectus esse, quum tamen in MSC. ὁ Γαζάλων· ὁ Κυτζιάρυ· ὁ Σεβίκτυ· ὁ Βαρλάνης. ad eum referantur. Scribit Leo in Nouella:

uella: Τῷ Κολωνείας, θρόνος ὑποκείμενος οὐκ ἔστι; at vero, si Nostrum audiamus, ὁ Ῥωσίου ab eo dependet. Excipit hanc episcopatuum notitiam

III. Folio CCV. a. Λέξεων Ῥωμαϊκῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖα, *Romanarum vocum*, in Graecis Ictorum libris occurrentium, *collectio secundum ordinem alphabeticum* Eius quoniam pleraque omnia in Glossis Basilicorum exstant, nihil heic adferemus praeter initium ac finem. Illud est: Ἀνναλίων, λιγάτων ἐτησίων. Finis autem: Ὡς μάλα φίδε, ἀπὸ κακῆς πίστως. Codex regius tertius, ex quo Glossas verborum Iuris edidit *Carolus Labbaeus*, et de quo ille pauca principio notarum ad dictas glossas, alius a nostro haudquaquam videtur. Denique

IIII. Folio CCIX. b. recentiore manu additur fragmentum ex incerto libro, agens de excommunicatione tympanitica apud Graecos hodieque recepta, ac non paucis scriptis disputationibusque a viris doctis examinata. Titulus est: Ὅρα περὶ ἀφορισμοῦ, ὅπως καὶ τίνι τρόπῳ γνωρίζεται ὁ ἀφωρισμένος μετὰ τὸν θάνατον. *Vide, quae de excommunicatione eiusque modo* (hic dicuntur) *ac qua ratione etiam post obitum excommunicatus dignosci queat.* Incipit: Τῷ ἁπλῶν ἢ κατήγορον ἔχοντες κρατοῦσι μόνον τὰ ἔμπροσθεν. Interpositis tribus duntaxat versibus proponitur quaestio: Ἀνωθεν μὲν λέγει καὶ δεικνύει τὸν ἀφωρισμένον πρὸς τίνος ἀφορίσθη, περὶ δὲ ἱερέων ὅλως οὐ μέμνηται. τί ἐστιν τοῦτο; *Supra dixit ostenditque a quonam homo nequam sit excommunicandus sacerdotum vero non meminit. Quare id factum?* Finita responsione, folio CX. a. reperitur ἕτερον περὶ ἀφωρισμένων, οὓς ἀφορίζουσιν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ μετὰ θάνατον εὑρίσκονται λελυμένα τὰ σώματα αὐτῶν, *aliud de excommunicatis a summo sacerdote, quorum post mortem inueniuntur corpora soluta*, nullo osse cum alio cohaerente. Initium est: Τινὲς μὲν ἄνθρωποι ἀφορίσθησαν δικαίως καὶ εὐλόγως παρὰ τοῦ ἰδίου ἀρχιερέως, ὡς παραβάται τῶν θείων νόμων.

Nunc et πάρεργα huius codicis in medium adferamus, quae ad explenda foliorum vacua passim diuersis manibus adiecta sunt. Tale est, quod folio CX. a. de anima legitur hominis, quam tria constituere dicuntur πρόσωπα, nempe ψυχὴ, λόγος, πνεῦμα, vna tamen manente anima, et τῇ ψυχῇ denotante Deum patrem, τῷ λόγῳ Iesum Christum, τῷ πνεύματι Spiritum sacrum. Tale est, quod fol. CXXXIIII. a. exstat de SS. Trinitate, ignis similitudine illustrata, quippe cui haec tria adsunt, πυρικαυστικὸν, φωτιστικόν. Tale etiam, quod fol. CLXXXVIII. habetur de officiis aulae CPolitanae in sex diuisis classes: ex prima primus est ὁ μέγας οἰκονόμος, *magnus oeconomus*, ex vltima vltimus, ὁ πριμικήριος τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων, *primicerius patriarchalium notariorum*. Tale est, quod folio eodem col. 2. occurrit exemplum epistolae, qua quis ab episcopo promouetur ad ἀναγνώστην ὑποδιάκονον καὶ τέλειον ἱερέα, *lectorem subdiaconum et legitimum sacerdotem*; cui statim adiungitur similis formula alia. Pertinet quoque ad hunc censum τῶν παρέργων folium CCI. b. vbi preces aegrotantis legas, atque folium CCVII. b. vbi nonnulla de constitutione corporis humani.

XV.

Codex decimus quintus bombycinus est in forma octaua maiore, constans foliis CCLXXXVIII. scriptus saeculo X. et sequentia continens:

I. Folio I. a. Aetii Amideni (sic enim in MSC. vocatur, Ἀμηδινοῦ et quidem cum η, non vero Antiocheni, vt alii volunt) libros quatuor priores rei Medicae, ex Oribasio, Galeno, Rufo, aliisque celebrioribus Medicis congestos. Diuisit Aetius syntagma suum in quatuor partes, quarum quaelibet quatuor complectitur libros, hodieque legendos. Noster codex τετραβίβλου istius partem priorem sistit, in quatuor libros distributam, queis capita praefixa, si librum exceperis primum, illa capitum notatione tam in MS. quam impressis carentem, ordine quippe plantarum alphabetico dispositum. Duo priora folia sunt lacera, ac litterae prae vetustate partim disparuerunt, partim legi nequeunt; adeo sunt obscurae.

II. Folio CLXXXIIII. a. Hippocratis aphorismos, cum commentario, ex Stephano, Atheniense vt arbitror, et Philotheo, qui et Theophilus aliis salutatur, constructo, prout auctor versuum, in calce voluminis occurrentium, mox afferendorum, palam indicat. Est autem commentarius initio mutilus, incipiens ab enarratione in penultimum

 aphori-

aphorismum sectionis primae, et ad aphorismum vsque LIX. inclusiue excurrens, ita tamen vt folia aliquot ante vltimum desint, commentarius nempe in aphor. XLVI. vsque ad LVIII. memoratae sectionis septimae. Textus Hippocraticus, minio exaratus, semper praemittitur, quem commentarius excipit, atramento scriptus. Vt specimen huius in Hippocratem commentarii habeamus, et ab iis qui Stephanum aut Philotheum possident, quam bene MSC. nostro cum illis conueniat, iudicari queat; visum fuit, vltimum sectionis secundae aphorismum, vna cum commentario, prout in MSC. folio CC. legitur, subiicere.

Μεγέθη δὲ σώματος ἐννεάσαι μὲν, ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές· ἐγγηρᾶσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Procero corpore praeditum esse, in iuuentute quidem liberale est, nec deforme; in senecta vero, incommodum et paruo deterius.

Τὸ μέγεθος τριχῶς εἴρηται. ἔστι γὰρ μέγεθος σώματος κυρίως, τὸ κατὰ μῆκος καὶ βάθος καὶ πλάτος, ὑπὲρ τὸ σύμμετρον ηὐξημένον· καὶ τὸ κατὰ μῆκος μόνον ηὐξημένον ἐπὶ πλεῖον. καὶ τὸ κατὰ πλάτος καὶ βάθος κατά τινας, ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν ηὐξημένον. Περὶ τοῦ δευτέρου οὖν σημαινομένου ἐνταῦθα ὁ λόγος τῷ Ἱπποκράτει. ὅπερ ἐν νεότητι μὲν οὐκ ἀηδὲς, ἐν τῷ γήρᾳ δὲ δύσχρηστον, καὶ τῶν ἐλασσόνων χεῖρον. Ἐν μὲν γὰρ τῇ νεότητι, ἀκμαζούσης τῆς δυνάμεως τῆς κινητικῆς, οἱ μύες, οἱ ῥαχῖται, συνέχουσι τὴν ῥάχιν ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν, καὶ στηρίζουσιν· ἐν δὲ τῷ γήρᾳ ἀποκάμνουσιν οἱ μύες, καὶ ποιοῦσι τὴν καμψιν ἐπὶ τὰ πρόσω μόνον· οὐ γὰρ ἐπὶ τὰ ὄπισθεν, διὰ τὴν ἄκανθαν· ὥστε ἐν μὲν τῇ νεότητι οὐκ ἀηδὲς διὰ τὸ ὄρθιον, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ δύσχρηστον, διὰ τὸ κυρτοῦσθαι.

Vox μέγεθος magnitudo triplici ratione dicitur. Est enim magnitudo corporis alia proprie dicta, tam in longitudinem quam profunditatem et latitudinem, longe ultra consuetam mensuram excurrens; alia, quae in solam longitudinem extenditur, et vsitata magis est; alia denique in nimia latitudine et profunditate, certis in subiectis, consistit. De secundo magnitudinis genere sermo heic est Hippocrati, quae quidem in iuuentute non est inuenusta; in senectute autem incommoda, et breuitate peior. Etenim in iuuenta, florente facultate motrice, musculi constringunt spinam dorsi tam intus quam extus et corroborant. In senectute autem musculi in anticam partem inflectunt corpus, non in posticam, obstante spina dorsi. Quamobrem in iuuentute quidem procerum corpus, propter erectam staturam, non indecorum est; at in senecta, incuruescente corpore, molestum.

Folio vltimo sequentes adscripsit Calligraphus senarios.

Τοὺς ἀφορισμοὺς ἀγαπῶν Ἱπποκράτους
Οὐς ὠφελείας οὐ βραχείας γραφέντας,
Θέλων δὲ τούτους ἐντρύφημα κατέχειν,
Πάντων ἐνύλων κρατεῖ ἐντρυφημάτων.

Quisquis aphorismos amat Hippocratis,
Non paruo emolumento conscriptos,
Eosdemque profusi deliciis habet,
Facile aliis materialibus caret oblectamentis.

Item hos:

Πρὸ μὲν χρόνων σφας ἠρξάμην πολλῶν γράφειν,
Τέλος δ' εὕρηκα τῇ γραφῇ ταύτῃ μόλις.
Ὀψιτέλεστος ἡ γραφή μοι συνέβη
Οὐκ ἐξ ὀλίγων ἀλλὰ πολλῶν αἰτίων,
Νοσημάτων τε καὶ χαλεπῶν καὶ ποικίλων,
Καὶ παντοδαπῶν ἐν βίῳ μελημάτων
Καὶ συνεχόντων ἀναδυστυχημάτων.

Ἔπω τἀληθές· οὐ γὰρ ἄλλως δεῖ λέγειν.
Τούτοις συνῆν ἄπασι καὶ ῥαθυμία
Ἥτις με καὶ νῦν καὶ πρὶν σφοδρῶς ἔχει.

Ante multos quidem annos scribere hos libros coepi,
Ad finem vero aegre peruenire licuit.
Sero tandem absoluta fuit haec scriptura,
Non vna alteraue sed multis de caussis.
Nam et morbi difficiles ac diuersi,
Et omnis generis per totam vitam curae,
Et continuae mutuoque se excipientes calamitates me impediuerunt.
Vera dico; nec enim aliter fas est.
His omnibus accessit torpor,
Qui et olim fuit et nunc est valde molestus

Ἔτους

Ἔοικε δ' αὕτη μὲν συνεῖναί μοι φύσει,	Is natura inesse mihi videtur,
Ἀλλ' ἐντήκεσθαι πρός γε τῆς ἀθυμίας.	Et arctissime ex animi aegritudine inhaerere.
Δυοῖν δὲ τούτων ἐκ βίβλων ἐγγράφειν,	Duobus porro e libris haec scripsi,
Τῆς τε Στεφάνου τοῦ λίαν σοφωτάτου,	Stephani, sapientia maxime clari,
Καὶ Θεοφίλου τοῦ βραχυλογωτάτου,	Ac Theophili, breuitatem in dicendo amantis.
Πηγῶν ὕδωρ ἀντλήσας ἐξ ἀλλοτρίων	Aquam ergo ex alienis fontibus hausi,
Ὅπερ συνηθές ἐστι τοῖς παναπόροις.	Quod facere solent admodum inopes.
Πλὴν ἀλλὰ τέλος τῇ γραφῇ θεὶς, ὡς ἔφην,	Finem describendi, quod antea dixi, faciens,
Τῷ παντελείῳ τοῦ θεοῦ πατρὸς λόγῳ	Perfectissimo Dei patris Verbo,
Χριστῷ προσάγω πάλιν εὐχαριστίαν.	Christo, iteratas ago gratias.

Haec calligraphus; qui, si nomen et annum, quo ista scripsit, indicauisset, maiorem apud nos gratiam consecutus fuisset. Patet ex eius carmine, non Theophilum modo, sed Stephanum quoque ab eo descriptum fuisse. Vterque num vno volumine comprehensus fuerit, incertum. Noster sane codex βραχυλογωτάτου Stephanum vnice exhibere videtur. Taedium sibi inter scribendum fuisse haud raro subortum, pariter indicat calligraphus; idque verum. Colligas vel ex solis posterioribus quinque foliis, adeo negligenter exaratis, vt ad reliquorum pulcritudinem, quae sane inuidenda est, minime accedant.

XVI.

Codex decimus sextus chartaceus est in octauo, foliorum LXXXII. scriptorum; nam pura non numeramus. Continet

I. Polemonis *Φυσιογνωμονικῶν ἐγχειρίδιον, physiognomonicorum manuale.*

II. Folio XXX. a. Adamantii physiognomonicῶν libros tres.

III. Fol. LXVIII. a. Melampodis *μαντικὴ περὶ παλμῶν, diuinationem de falsitationibus membrorum*, ad Ptolemaeum Philadelphum regem.

IV. Fol. LXXIX. b. Eiusdem Melampodis fragmentum *περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος, De maculis oleaceis in corpore* humano. Scripta haec omnia sunt per quendam Hermannum Venium, Anno Christ. MDCLVI. longe diu postquam typis exscripti fuerunt memorati auctores.

XVII.

Codex decimus septimus membraneus est in folio, constans foliis CCLXIV. saeculo XII. elegantissimo charactere exaratus, et, quantum constat, in orbe vnicus, neque vnquam editus, immo nulli, praeter solum Gesnerum, vel cognitus vel memoratus. Sistit cerimonias in aula et ecclesia CPolitana obseruandas, nec non in expeditionibus bellicis, et ludis publicis ac solennibus. Opus vere Augustum, et quod ad posteritatis memoriam seruetur non modo, sed et publicae vtilitatis caussa diuulgetur, cum maxime dignum, auctorem agnoscens ipsum imperii CPolitani summum quondam rectorem, Constantinum scilicet porphyrogenitum, Leonis sapientis filium. Antea vero quam ipsum nostrum recenseamus codicem, pauca de habitu eius externo, quam alioquin omittere consueuimus, praemittenda sunt; est enim vbique singulari maiestati venerabilis. Non hoc satis, quod inuolucrum auro fulgeat; habet enim id commune cum multis: insignia regum Hungariae, in vtraque exteriore parte conspicua, illo ornamento pluris facienda sunt, quippe quae certissimum praebent indicium, fuisse hunc codicem Budensis bibliothecae partem non infimam. In priore latere, Hungariae regum insignibus ad extremam inuolucri oram haec verba aureis impressa litteris subiecta leguntur:... EGALIBVS INSTITVTIONIBVS, hoc est, *De regalibus institutionibus.* Quae materiam, de qua tractat codex, indicare videntur, quamuis nimium vage; pressius, quid singula tradant capita, qui mox sequetur catalogus, docebit. Huic vni volumini insunt omnia, quae ad ritus in processionibus, diebus festis, templis, in natiuitate Porphyrogeniti, coronatione imperatorum, nuptiis, funeribus, conuiuiis solennioribus, collationibus officiorum aulicorum, in legatorum admissionibus, decursione equestri in Hippodromo, in bello, et vt paucis, dicam, tam domi quam foris, obseruandos ab

ipso Imperatore ac subditis, pertinent, longe copiosius, quam a Codino factum, exposita, quin et multo certius. Quis enim Curopalatam praeferret Constantino? quis summi Imperatoris manum vocare ausit in dubium? qui filio suo Romano inscripsit hunc codicem, ex quo quid sibi, vel iam Nobilissimo Caesari, vel futuro olim Imperatori, observandum, addiscere posset. Quam ego caussam opinor, cur *De regalibus institutionibus* titulum in bibliotheca regum Hungariae gesserit. Diuisum est integrum opus in duos libros, quorum argumenta statim adscripturi sumus. Textui passim ad marginem adposita sunt scholia, quae ab eadem prouenerunt manu, qua textus ipse. Genus scribendi diuersum quidem ab eo haud est, quo augustissimus Imperator in reliquis scriptis vsus, sed tamen multum difficilius, cuius rei rationem Serenissimus auctor aperit fol. XXII. a. his verbis: ὡς ἂν δὲ σαφῆ καὶ εὐδιάγνωστα εἶεν τὰ γεγραμμένα, καὶ καθωμιλημένῃ καὶ ἁπλουστέρᾳ φράσει κεχρήμεθα, καὶ λέξεσιν ταῖς αὐταῖς καὶ ὀνόμασι τοῖς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι πάλαι προσηρμοσθεῖσιν καὶ λεγομένοις. *Vt vero clara et cognitu facilia sint, quae hic scribimus, vulgari vsi sumus et simpliciore dicendi ratione, tum et vocabulis propriis, vocibusque cuiuis rei apposite olim innectis, et de illa vsurpatis.* Sed haec ipsa natiua simplicitas, nobis qui ab illo saeculo multum absumus, non aliter quam multis in locis obscura esse potest, in historia Byzantina, veluti in tenebris obducto loco, adhuc versantibus. Quanti ergo putamus hunc faciendum codicem, prae quo reliqui omnes, in eadem materia occupati nugae sunt? Quod vt manifesto pateat, interiora eius nunc inspiciamus. Equidem V. Cl. *Io. Alb. Fabricius* volum. VI. Biblioth. Graecae p. 623. adusque p. 637. capita codicis, ab Vffenbachio nostro transmissa inseruit, horumque partem aliquam Latina versione instruxit, ab initio nempe libri prioris vsque ad caput LXXI. Nos vero non modo quae sequentur capita Latine vertemus omnia, sed et ea quae doctissimus vir cum sua interpretatione publicare voluit, noua translatione hic sistemus, cum in illa ab auctoris (quem viro insigni coram intueri per locorum distantiam non licuit) mente passim secesserit interpres, et Graeca quoque ipsa accuratius exhibebimus, in queis non pauca omissa, alia contra fidem codicis exscripta deprehendimus. Priori libro capitum index in codice praemissus non est, sed tantum secundo; itaque prioris lemmata sic adscribemus, vt in fronte cuiusuis capitis adparent, posterioris autem argumenta tam ex indice capitum generali, quam titulo cuiusuis capitis adponemus.

Ὑπόθεσις τῶν βασιλικῶν ταξειδίων, καὶ ὑπόμνησις τῶν ἀπληκτων. Fol. 1. a.

Designatio expeditionum Imperatoris bellicarum, et memoriale pro castris.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, βασιλέως μέλλοντος ταξειδεύειν. ibid.

Quaenam obseruanda, quando Imperator expeditionem parat.

Κωνσταντίνου ἐν Χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ, βασιλέως Ῥωμαίων, υἱοῦ Λέοντος τοῦ ἀοιδίμου καὶ σοφωτάτου βασιλέως, ἀπογόνου δὲ Βασιλείου τοῦ ἀνδρικωτάτου καὶ γενναιοτάτου βασιλέως, πρὸς Ῥωμανὸν τὸν θεοστεφῆ βασιλέα, καὶ υἱὸν αὐτοῦ. Fol. 4. b.

Constantini in Christo rege aeterno imperatoris Romanorum, filii Leonis venerandi et sapientissimi imperatoris, nepotis vero Basilii fortissimi ac Nobilissimi imperatoris, ad Romanum a Deo coronatum regem ac filium suum.

I. Ὅσα δεῖ γίνεσθαι τοῦ μεγάλου καὶ ὑψηλοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων μέλλοντος φοσσατεῦσαι. ibid.

- α΄. Διὰ τῶν συνηθειῶν τῶν ἀρχόντων τῶν βασιλικῶν στάβλων τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ἔξω ἐν τοῖς στάβλοις. fol. 5. b.
- β΄. Διὰ τῶν ὀφφικιαλίων καὶ τῶν λοιπῶν. fol. 6. a.
- γ΄. Διὰ τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων. ibid.

δ΄. Διὰ

I. Quaenam fieri oportet, vbi magnus et excelsus Romanorum imperator castra metari voluerit.

1. De tributo a praefectis stabulorum imperatoriorum, tam intra vrbem quam extra illam, dando.
2. Ab officialibus et aliis.
3. A Metropolitis et Archiepiscopis.

4. A

δ'. Διὰ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων· ἱππάρια ρ'. ibid.

ε'. Διὰ τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας. fol. 6. b.

ς'. Διὰ τοῦ μινσουράτορος, ἤγουν τῆς βασιλικῆς κόρτης· σαγμάρια ι'. fol. 7. a.

ζ'. Διὰ τοῦ οἰκειακοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου· καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος διδομένων εἰς φόρτωσιν τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου, σαγμάρια λ'. fol. 7. b.

η'. Διὰ τῶν ἀρραφίων τῶν εἰς ἐθνικοὺς ἀποστελλομένων, λέγω ξενίων. fol. 8. b.

θ'. Διὰ τῶν ἐρραμμένων. ibid.

ι'. Διὰ τοῦ εἰδικοῦ, σαγμάρια μς'. fol. 9. b.

ια'. Εἰσὶν αἱ φορτωσίαι οὕτως. fol. 11. a.

ιβ'. Περὶ τῶν καρκέτων. fol. 12. a.

II. Ὅσα δεῖ γίνεσθαι, ὅταν ἀπὸ ἐξπεδίτου, ἢ μακρᾶς ὁδοιπορίας, ἐπανέρχεται ὁ βασιλεύς. fol. 17. a.

III. Ἡ ἀπὸ τοῦ φοσσάτου μετὰ νίκης ἐπάνοδος Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ἀπὸ Τεφρικῆς καὶ Γερμανικείας. fol. 18. a.

IV. Ἡ ἀπὸ τοῦ φοσσάτου ἐπάνοδος Θεοφίλου βασιλέως, ὅτε ἐνίκησεν κατὰ κράτος τοὺς ἀπὸ Κιλικίας στρατοπεδεύσαντας κατ' αὐτοῦ Ταρσίτας, Μομψουεστίτας, Ἀδανίτας, Εἰρηνουπολίτας, Ἀναζαρβήτας, καὶ λοιποὺς χιλιάδας κ'. fol. 20. a.

Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου καὶ ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ αἰωνίῳ βασιλεῖ βασιλέως, υἱοῦ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως, σύνταγμά τι καὶ βασιλείου σπουδῆς ὄντως ἄξιον πόνημα. fol. 21. b. Praefatio est ad librum primum. Incipit: Ἄλλοις μὲν πολὺ ἴσως ἔδοξεν ἂν τουτὶ τὸ ἐγχείρημα περιττόν. Praefationem excipit opus ipsum, cuius haec sunt capita.

LIBER PRIMVS.

α'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν προκένσου γινομένου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ· ἤτοι τάξις καὶ ἀκολουθία τῶν ἐπισήμων καὶ περιφανῶν προελεύσεων, ἐν αἷς οἱ βασιλεῖς εἰσπᾶσιν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. fol. 22. a.

β'. Ἄκτα τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστουγέννων. fol. 33. a.

γ'. Ἑορτὴ τῶν Φώτων· ἄκτα τῶν δύο μερῶν. fol. 35. a.

δ'. Ἄκτα τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Πάσχα. fol. 36. a.

ε'. Ἄκτα τῇ ἑορτῇ τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου. fol. 37. a.

ς'. Ἄκτα

4. A sanctis monasteriis. *Equi centum.*

5. De ministerio Imperatori (*a cellario et mensae structore praestando.*)

6. De mensuratore imperatorii tentorii. *Equi sagmarii L.*

7. De domestico imperatoris vestiario, et de his quae ex cubiculo subministrantur ad onerandos eiusdem imperatorii vestiarii sagmarios equos XXX.

8. De vestibus non consutis, quae ad gentes mittuntur lautiorum loco.

9. De vestibus consutis.

10. De praefecto aerarii priuati. *Equi sagmarii XLVI.*

11. Designatio iumentorum onerariorum haec est.

12. De excubiis.

II. Quaenam fieri oporteat, quando ab expeditione, aut longo itinere, redit Imperator.

III. Reditus e castris Basilii Imperatoris Christum amantis, post victoriam a Tephrice et Germanicia.

IV. Reditus e castris Theophili imperatoris, quum potenter vicisset bellantes aduersus ipsum e Cilicia Tarsitas, Mopsuestitas, Adanitas, Iremupolitas, Anazarbitas et reliquos, ad vicies mille.

Constantini Christum amantis, et in eodem Christo aeterno rege imperatoris, filii Leonis sapientissimi et perpetua memoria celebrandi imperatoris, Syntagma, et imperatoria industria vere dignum opus.

Index capitum libri PRIMI.

I. Obseruanda, quando processio in magnam ecclesiam instituitur; siue ordo et series solennium ac illustrium processionum, imperatoribus ad magnam ecclesiam euntibus.

II. Acta in festo die natali Christi.

III. De festo die Epiphaniae. Acta vtriusque factionis.

IV. Acta in festo die sanctae Paschae.

V. Acta feriae secundae in hebdomade renouationis; siue postridie Paschae.

ϛ'. Ἄκτα τῇ ἑορτῇ τῇ κυριακῇ τῦ ἀντίπασχα. fol. 38. b.
VI. Acta feriae Dominicae secundae post Pascha.

ζ'. Τῇ ἑορτῇ τῆς μεσοπεντηκοστῆς. fol. 39. a.
VII. Feria quarta hebdomados quartae post Pascha.

η'. Τῇ ἑορτῇ τῆς ἀναληψίμυ. fol. 93. b.
VIII. Festo die ascensionis Christi.

θ'. Τῇ ἑορτῇ τῆς πεντηκοστῆς. fol. 41. a.
IX. Festo die Pentecostes.

ι'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς διακινησίμυ. fol. 45. b.
X. Obseruanda die secunda in hebdomade renouationis; siue postridie Paschae.

ια'. (*) Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ γ'. τῆς διακινησίμυ εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον. fol. 51. a.
XI. Obseruanda die tertia hebdomados renouationis, ad S. Sergii (*templum abeunte imperatore.*)

ιβ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ δ'. τῆς διακινησίμυ, καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ τελεῖται. fol. 52. b.
XII. Obseruanda die quarto hebdomados renouationis, et quae illo die agantur.

ιγ'. Περὶ τῆς τῦ πατριάρχυ προσκλήσεως. ibid.
XIII. De patriarchae inuitatione (*ad solemnia quintae feriae, et simul ad mensam imperatoriam.*)

ιδ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ε'. τῆς διακινησίμυ, τῦ ἀσπασμῦ τελυμένυ ἐπὶ τῦ χρυσοτρικλίνυ. fol. 53. a.
XIV. Obseruanda die quinto hebdomados renouationis, quando salutatio imperatoris in aureo triclinio peragitur.

ιε'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παρασκευῇ τῆς διακινησίμυ. fol. 55. a.
XV. Obseruanda in parasceue hebdomados renouationis.

ιϛ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ κυριακῇ τῦ ἀντίπασχα, ἀπιόντος τῦ βασιλέως ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ. ibid.
XVI. Obseruanda in Dominica secunda post Pascha, abeunte imperatore ad S. Sophiae templum.

ιζ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ τετράδι τῆς Μεσοπεντηκοστῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ τῦ ἁγίυ Μωκίυ προελεύσεως. fol. 55. b.
XVII. Obseruanda feria quarta hebdomados quartae post Pascha, et in processione ad templum S. Mocii.

Δεῖ εἰδέναι καὶ τῦτο, ἀνὰ πόσων δοχῶν δέχονται τὰ μέρη ἐν ταύτῃ προελεύσει. fol. 59. a.
Scire etiam hoc oportet, quoties quaelibet factio excipere debeat in hac processione (*et comitari imperatorem.*)

ιη'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ἁγίας Χριστῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν ἀναλήψεως. fol. 59. b.
XVIII. Obseruanda in festo die et processione sanctae Christi Dei nostri adscensionis.

ιθ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τῦ ἁγίυ Ἠλιῦ, καὶ τῇ αὐτῇ τῇ ἑορτῇ. fol. 61. b.
XIX. Obseruanda in vigilia S. Eliae, ipsoque eius festo die.

κ'. Μηνὶ Μαΐῳ α'. τὰ ἐγκαίνια τῆς νέας. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῶν ἐγκαινίων τῆς νέας μεγάλης ἐκκλησίας. fol. 63. a.
XX. Calendis Maii encaenia nouae ecclesiae. Obseruanda festo die encaeniorum nouae magnae ecclesiae.

κα'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῦ ἁγίυ Δημητρίυ. fol. 64. a.
XXI. Obseruanda in processione ac festo die S. Demetrii.

κβ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ὑψώσεως τῶν τιμίων ξύλων. fol. 65. a.
XXII. Obseruanda in festo die et processione exaltationis venerandorum lignorum, siue S. Crucis.

κγ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ἁγίας Χριστῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα γεννήσεως. fol. 66. b.
XXIII. Obseruanda in festo die et processione sacrae Christi Dei nostri natiuitatis secundum carnem.

κδ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ α'. τῦ Ἰανναρίυ μηνός· τῦ ἁγίυ Βασιλείυ. fol. 69. b.
XXIV. Obseruanda Calendis Ianuariis, (*processione indicta ad templum*) S. Basilii.

κε'. Ὅσα
XXV. Ob-

(*) MS. codex hic incipit numerare ια'. et sic porro.

κέ. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ παραμονῇ τῶν ἁγίων φώτων. fol. 70. b.	XXV. Obseruanda in vigilia Epiphanias.
κϛ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν φώτων. fol. 71. b.	XXVI. Obseruanda in die festo Epiphanias et processione.
κζ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ὑπαπαντήσεως. fol. 73. a.	XXVII. Obseruanda in die festo ac processione occursus, siue purificationis B. Mariae.
Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν, εἰ τύχῃ ἡ ἑορτὴ τῆς ὑπαπαντήσεως τῇ β'. τῆς α'. ἑβδομάδος. fol. 76. a.	Obseruanda, quando festus purificationis S. Mariae dies incidat in feriam secundam primae hebdomados.
κή. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ ἑορτῇ τῆς ὀρθοδοξίας. fol. 76. b.	XXVIII. Obseruanda in Dominica Orthodoxiae, siue restitutionis cultus imaginum.
κθ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ κυριακῇ τῆς μέσης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, ἡνίκα τὸ τίμιον καὶ ζωοποιὸν ξύλον τοῦ σταυροῦ προσκυνεῖται. fol. 78. a.	XXIX. Obseruanda in Dominica mediae hebdomados ieiuniorum, quando venerandum et viuificum crucis lignum adoratur.
λ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν, εἰ τύχῃ ἡ ἑορτὴ τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῇ κυριακῇ τῆς μέσης ἑβδομάδος. fol. 78. b.	XXX. Obseruanda, ybi inciderit festus dies annunciationis S. Deiparae in dominicam mediae hebdomados (*ieiuniorum.*)
λά. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ παραμονῇ τῆς Βαϊοφόρου. fol. 81. b.	XXXI. Obseruanda in vigilia Palmarum.
λβ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν βαΐων. ibid.	XXXII. Obseruanda in die festo Palmarum ac processione.
λγ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ε'. καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως προόδου ἐν τοῖς γηροκομείοις. fol. 84. a.	XXXIII. Obseruanda in sancta et magna feria quinta, et de imperatoris circuitu in Gerocomiis.
λδ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ, καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ πλάτ‍τεται. fol. 84. b.	XXXIV. Obseruanda in magna parasceue, et quae in illa peragantur.
λέ. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Σαββάτῳ. fol. 85. a.	XXXV. Obseruanda in sancto et magno Sabbato.
λϛ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν ἐπὶ προελεύσει ἑνώσεως ἐκκλησίας. fol. 87. a.	XXXVI. Obseruanda in processione Vnionis ecclesiae, siue quando Tomus (*) vnionis praelegitur.
λζ'. Χρὴ εἰδέναι, πῶς ἀλλάσσουσιν οἱ δεσπόται ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ προελεύσεσι. fol. 87. b.	XXXVII. Nosse par est, quomodo vestes muteut Imperatores in festis diebus atque processionibus.
λή. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν ἐπὶ στεψίμῳ βασιλέως. fol. 89. a.	XXXVIII. Obseruanda in coronatione imperatoris.
Ἀπολογία τῶν δήμων ἐπὶ στεψίμῳ βασιλέως. fol. 90. a.	Fausta acclamatio factionum Circensium et populi in coronatione imperatoris.
λθ'. Ὅπως δεῖ παραφυλάτ‍τειν ἐπὶ στεφανώμασι βασιλέως. fol. 91. a.	XXXIX. Obseruanda in nuptiis Imperatoris.
μ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάτ‍τειν ἐπὶ στεψίμῳ Αὐγούστης. fol. 92. a.	XL. Obseruanda in coronatione Augustae.
Ἀπολογία τῶν δήμων ἐπὶ στεψίμῳ Αὐγούστης. fol. 93. b.	Quid factiones interea, dum Augusta coronatur, agant.

(*) Hic Tomus vnionis editus est a *Io. Leunclanio* in Iure Graeco-Romano tomo I. pag. 104. seqq.

μα΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ στέψιμῳ Αὐγούστης καὶ στεφανώμασι. fol. 94. a.

XLI. Obſeruanda in Auguſtae coronatione nuptiiſque.

μβ΄. Ἀκτολογία τῶν δήμων ὅταν τεχθῇ παιδίον πορφυρογέννητον. fol. 97. a.

XLII. Quid factiones agant, quando Porphyrogenitus naſcitur.

μγ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ χειροτονίᾳ Καίσαρος. fol. 97. b.

XLIII. Obſeruanda in Caeſaris inauguratione.

Ἀκτολογία τῶν δήμων ἐπὶ χειροτονίᾳ Καίσαρος. fol 99. a.

Quid factiones agant, quando Caeſar inauguratur.

μδ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ χειροτονίᾳ Νωβελησίμου. fol. 100. a.

XLIV. Obſeruanda in Nobiliſſimi inauguratione.

Ἀκτολογία τῶν δήμων ἐπὶ χειροτονίᾳ Νωβελησίμου. fol. 101. b.

Factionum acclamatio, quando Nobiliſſimus inauguratur.

με΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ Κουροπαλάτου. ibid.

XLV. Obſeruanda in Curopalatae inauguratione.

μς΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ Μαγίστρου, εἰ κελεύει αὐτὸν ποιῆσαι ἐν προκένσῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ὁ βασιλεύς. fol. 102. a.

XLVI. Obſeruanda in Magiſtri officiorum inauguratione, ſi tunc renunciare illum iuſſerit imperator, quando proceſſus in magnam inſtituitur eccleſiam.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ Μαγίστρου, εἰ κελεύει αὐτὸν ποιῆσαι εἰς κυριακὴν παγανήν. fol. 103. a.

Obſeruanda in Magiſtri officiorum inauguratione, ſi imperator eum creare iubet in feſto quodam die pagano, i. e. tali, quem eccleſia Chriſtiana non celebrat.

μζ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ πατρικίου συγκλητικοῦ καὶ στρατηγέτου. fol. 104. a.

XLVII. Obſeruanda in promotione Patricii Senatoris et praefecti militum.

μη΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προβολῇ πατρικίων. fol. 106. b.

XLVIII. Obſeruanda in creatione patriciorum.

Ἀκτολογία τῶν δήμων ἐπὶ προαγωγῇ πατρικίου. fol. 109. a.

Acclamationes populi et factionum in Patricii creatione.

μθ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προβολῇ ἀνθυπάτων. fol. 110. b.

XLIX. Obſeruanda in promotione Proconſulum.

ν΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ ζωστῆς πατρικίας. fol. 111. a.

L. Obſeruanda, quando inauguratur ornatrix Auguſtae patricia.

να΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ πραιποσίτου. fol. 112. b.

LI. Obſeruanda in Præpoſiti inauguratione.

νβ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ ὑπάρχου. fol. 113. a.

LII. Obſeruanda in praefecti vrbis inauguratione.

Ἀκτολογία τῶν δήμων ἐπὶ τῆς ὑπάρχου προαγωγῆς. fol. 113. b.

Factiones quid agant, quando creatur praefectus vrbi.

νγ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ κοιαίστορος. fol. 115. a.

LIII. Obſeruanda in creatione quaeſtoris.

νδ΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ δημάρχου. ibid.

LIV. Obſeruanda in creatione principis factionum Circenſium.

Ἀκτολογία τῶν δήμων ἐπὶ προαγωγῇ δημάρχου. fol. 115. b.

Factiones quid eo tempore agant, quo ipſarum primicerius inauguratur.

νε΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, εἰ κελεύει ὁ βασιλεὺς προβαλέσθαι δύο δημάρχους ἐν τῷ ἅμα. fol. 116. b.

LV. Obſeruanda, ſi imperator iuſſerit binos ſimul factionum principes conſtituere.

νς΄. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ δευτερεύοντος. ibid.

LVI. Obſeruanda in renuntiatione ſecundicerii.

νζ΄. ὅσα LVII. Ob-

νζʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ συμπόνων, καὶ λογοθετῶν. fol. 117. a.
LVII. Obseruanda in assessorum iudicii et Logothetarum inauguratione.

νηʹ. Ἐπὶ προαγωγῇ ἀντιγραφέων. ibid.
LVIII. In creatione magistri scriniorum.

νθʹ. ὅσα δεῖ φυλάττειν σπαθαροκανδιδάτου μέλλοντος γίνεσθαι πρωτοσπαθαρίου. fol. 117. b.
LIX. Obseruanda, quando Spatharocandidatus promouendus est in dignitatem Protospatharii.

ξʹ. Ἐπιτάφιος βασιλέων. ibid.
LX. Deductio funeris imperatorii.

ξαʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ αἰτήσεως τελουμένης γενεθλίων ἡμέρᾳ τοῦ βασιλέως. fol. 118. a.
LXI. Obseruanda post finitas preces et vota in natali die imperatoris.

ξβʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν παραμονῇ δεξίμου. fol. 118. b.
LXII. Obseruanda pridie eius diei, quo in vrbe excipiendus est imperator.

ξγʹ. ὅσα φυλάττειν τῇ ἐπαύριον εἰς τὸ δέξιμον. fol. 119. a.
LXIII. Obseruanda mane eius diei, quo in vrbem veniens imperator est excipiendus.

ξδʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς δέξιμον τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου, δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ ἀντίπασχα. fol. 120. a.
LXIV. Obseruanda, quando excipiendus est imperator in aureo hippodromo, postridie Antipaschae, siue Dominicae in Albis.

ξεʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς Σάξιμον ἤγουν εἰς κλητώριον. fol. 123. b.
LXV. Obseruanda in Saximodeximo conuiuio.

ξϛʹ. ὅσα δεῖ παραφυλάττειν δεξίμου γενομένου ἐν τῇ μυστικῇ φιάλῃ τοῦ τρικόγχου, χειμῶνος ὄντος καὶ βιαίων ἀνέμων, καὶ μὴ συγχωρούντων γενέσθαι ἐν ταῖς ἐξ ἔθους φιάλεσι. fol. 124. b.
LXVI. Obseruanda circa imperatoris exceptionem in sacro stagno, quod atribus conchis nomen gerit, tempestate aut ventorum vehementia non concedentibus illud in consuetis labris fieri.

ξζʹ. Περὶ τῆς τῶν ἁπάντων ἀρχόντων τάξεώς τε καὶ προστάσεως ἐν ἑκάστῳ δεξίμῳ ἐπιτελουμένων ἐν ταῖς μεγάλαις φιάλεσι. fol. 126. b.
LXVII. De procerum omnium ordine et collocatione, seruanda in qualibet imperatoris exceptione in maioribus lacubus.

ξηʹ. Περὶ τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων. fol. 127. a.
LXVIII. De aureo Hippodromio, et quae in illo aguntur.

Si quis te pingere vellet, virgo, astris ei magis esset opus quam coloribus, vt inscriberis luminaribus veluti lucis porta. Verum haec (astra) *non parent hominum verbis. Quomodo igitur natura et picturae leges concedunt, ita a nobis spectanda exhiberis et pingeris.*

Sequitur e vestigio aliud in eandem B. Mariam virginem, auctore Michaele.

Αὕτη τεκοῦσα παρθένος πάλιν μένει
Καὶ (***) μητροπαθές· ἔστι γὰρ τὸ παιδίον
Θεὸς θελήσας προσλαβέσθαι σαρκίον.

Haec quamuis pepererit, virgo tamen manet ac simul mater. Puer enim Deus est, cui carnem assumere libuit.

Incerti epigr. DCXLV. εἰς ἕνα ἰατρὸν Ἀσκληπιάδην hoc est:

Ἀσκληπιάδης ἰατρὸς ἥρπασε κόρην.
Μετὰ τὴν φθορὰν δὲ τοῦ γάμου τῆς ἁρπαγῆς
ἐκάλεσε πλῆθος εἰς τὸν αὐθέντην γάμον
ἀνδρῶν χορευτῶν καὶ γυναικῶν ἀθλίων.
Τῆς οἰκίας δὲ συμπεσούσης ἑσπέρας,
πάντες κατηνέχθησαν εἰς ᾅδου δόμους.
Νεκροὶ δ' ἔκειντο περὶ νεκροῖς πεπτωκότες.
Νυμφῶν δὲ στεφανὸς ἐκ ῥόδων πεπλεγμένος
ἐκ τῶν φόνων ἔσταζεν αἷμα φοίνιον.

Dddd 2 *Asclepiades*

(*) Leg. Πειραϊκοῖς. (**) Mallem σκελετοῖς. (***) Suspecta vox.

Asclepiades medicus rapuit puellam, et quum violasset nuptias (legitimas) *hoc raptu, inuitauerat ad nuptias, auctoritate propria celebrandas, multos saltatores ac feminas infelices. Domo autem collabente circa vesperam, omnes delati sunt ad inferos, ac mortui ruebant in mortuos. Ita sponsalis thalamus sacer ex rosis contextus, ob caedes stillauit sanguinem misere interemtorum.*

Haec etsi speciminis vices implere abundanter possint epigrammata: tamen additamenti loco quaedam ex classe *donariorum* admetiemur. Rhiani epigramma, ordine CCCXCVII. hoc est:

Τὸ ῥόπαλον τῷ Πανὶ, καὶ ἰοβόλον Πολύαινος
τόξον, καὶ κάπρου τούσδε καθῆψε πόδας,
Καὶ ταύταν γωρυτὸν, ἐπαυχένιόν τε (a) κυνάγχαν,
θῆκεν ἀρείαρχα δῶρα συαγρεσίης.
Ἀλλ' ὦ Πὰν σκοπιῆτα καὶ εἰς ὀπίσω Πολύαινον
εὔαγρον πέμποις υἱέα Σιμύλεω.

Polyaenus clauam Pani, et sagittas iaculantem arcum, et apri hosce suspendit pedes, hanc quoque sagittarum thecam, et ceruici iniecta canum lora, quae posuit praestantissima dona ex aprorum venatione. Tu vero, o Pan speculator, etiam posthac Polyaenum felici gaudentem captura dimittas, filium Simyli.

Epigramma CCCCXI. inscribitur Ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Γέλωνος κυνηγοῦ. habetque auctorem Philippum Poetam.

Ὑλοσκόπῳ με Πανὶ θηρευτὴς Γέλων
ἔθηκε λόγχην, ἧς ἀπέθρεψε χρόνος
ἀκμὴν ἐν (b) ἔργῳ καὶ λίνῳ πολυστρόφῳ,
γρηιὰ τρύχη, καὶ πάγας δὲ ῥαχίας
(c) νευρῇ πλεκεῖς τε κινδάλων ἐπιστρόφους,
ὠκεῖς ποδίστρας, καὶ τραχηλοδεσμίους
κλοιοὺς κυνάγχας· γυῖα γὰρ δαμεὶς χρόνῳ
ἀπεῖπεν ἤδη τὴν ὀρεινόμον πλάνην.

Siluarum inspectori, Pani, venator Gelon posuit hanc lanceam cuius absumsit tempus cuspidem ex lana et lino multis gyris reuinctam; vetustos item pannos laceros laqueosque disruptos, ac ex neruis animalium confecta ligamina malleolorum pedis; veloces quoque pedicas et collum constringentia vincula queis retinentur canes; pedes enim aetate confecto vetant per montes vagari.

Carmen CCCCXLIX. Φλάκκου est, atque sic sonat:

Πρίηπ' αἰγιαλῖτα φυκόγειτον,
Δαμοίτας ἁλιεὺς ὁ βυσσομέτρης
τὸ πέτρης ἁλιπλῆγος ἰκμαγεῖον,
ἢ βδέλλας σπιλάδων, ὁ πιστοθήρης
σοὶ τὰ δίκτυα τ' ἀμφίβληστρα ταῦτα
δαῖμον εἴσατο, τοῖς ἔθαλπε γῆρας.

Priape litorale, algis vicine, Damoetas piscator qui profundum maris emensus est, petrae, ad quam marini fluctus allidunt, ter forium, siue hirudinem scopulorum, tibi, maris ille inuestigator (Damoetas scilicet) *haec retia, haec verricula, o daemon, dicauit, quibus senectutem fouebat.*

Marci Argentarii versus sunt, quos nunc adferemus ex epigr. CCCCLIV.

Σάνδαλα καὶ μίτρην περικαλλέα, τόν τε μυρόπνουν
βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων,
καὶ ζώνην, καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος,
καὶ τὰ περὶ στέρνοις ἀγλαὰ μαστόδετα,
ἀμβροτὴ εὐώδινος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον
(d) εὐφρασθὴ νηῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος.

Sandalia

(a) Forte κυνάγκτειραν, ab ἀγκτὴρ, *vinculum*. (b) Num ἐρίῳ? (c) Corrig. νευρόπλ.
(d) Lego εὐφραστῆ, quae vox ab antiquis exponitur per κόσμιος.

Sandalia et mitram perpulcram, et vnguenta spirantem cincinnum crispum formosorum crinium, et Zonam, et tenue hoc indumentum tunicae intimae, et circum pectus splendida mamillarum vincula, quoniam magni, sed in partu felicis, vteri posuit onus, in pulcro templo Dianae deposuit.

Vltimum sit Rhiani epigramma CCCCXCIII.

Παῖς Ἀσκληπιάδεω καλῷ καλὸν εἵσατο Φοίβῳ
Γόργος ἀφ' ἱμερτῆς τοῦτο γέρας κεφαλῆς.
Φοῖβε σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κοῦρον ἀέξοις
Εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

Gorgus Asclepiadis filius pulcro Phoebo pulcrum dicat munus de venusto capite. Tu vero Apollo Delphinie pro tua clementia adolescentulum promoueas felicem ad canam vsque senectam.

XXIIII.

Codex vigesimus quartus chartaceus est in folio, descriptus ex apographo illustris et excellentissimi viri IO. GVIL. STEINHEILII (qui et varias apud Photium lectiones exemplo adscripsit suo, quas nos, vna alteraue auctiores, seruauimus) constans foliis LXIX. atque haec continens:

I. *Himerii* Sophistae orationes tres; nempe ἐπιθαλάμιον, πολεμαρχικὸν, et eam, quae inscribitur εἰς βασιλεία Παναθηναΐοις ἀρχομένου τοῦ ἔαρος. Nulla ad nos peruenit integra Himerii oratio, ac praeter pauca excerpta, quae nobis reliquit in Bibliotheca *Photius*, nihil adhuc habemus. Tres itaque orationes dictas mox adscribemus integras, cum versione nostra, quam in multis, immo fere in omnibus, aliam inueniet lector ab ea, quam Photio adiunxit *Andr. Schottus*, quem ne vnicam quidem periodum recte conuertisse, non audacter, sed vere dixerim. Conferentibus vtramque translationem patebit, quaenam ad auctoris mentem propius accedat. Nolui tamen virum eruditum vbiuis carpere; quin veniam potius dandam censui, eo quod partes laceras, nec bene cohaerentes, Himerianarum orationum, non corpus totum, inspicere ipsi licuerit. Duabus prioribus emendationes quasdam subiunxi, tertiae etiam notas. Primam et tertiam magis ad verba interpretatus sum, secundam magis ad sensum.

II. Fol. XXII. b. Historiam belli Troiani, scriptore incerto, recentiore, et Christiano, vti videtur. Mutila sit licet in fine, non pauca tamen exhibet, quae notatu digna, characteres inprimis personarum, quae pars magna fuerunt istius belli. Etiam hanc habebis infra Latine a nobis redditam.

III. Fol. XXXV. b. Carmen iambicum Anonymi εἰς τὸν ἅγιον Θεοδόσιον ἐπὶ τῷ θαύματι τῶν κολύβων, *in S. Theodosium de miraculo colyborum.* Iusserat nimirum Iulianus imperator, vt panes et ad victum facientia alia, quae in forum feruntur, victimarum sanguine, ad decipiendos polluendosque Christianos, huius fraudis ignaros, inquinarentur. Detecta tamen mala Apostatae mens fuit sancto coetui per visum a S. Theodosio, indeque factum, vt opsonia de foro non emerint Christiani, sed colybo, quod frumentum est decoctum, naturae desideria impleuerint. Initium carminis, quod versibus CCLXXVII. constat, hoc est:

Ἄγνωμον οἶδα καὶ πλατὺν ὄφλον ψόγον.

Historia ipsa sic enarratur in MSC. v. 25. seqq.

Σὺ καὶ πάλαι ζῶν καὶ πατῶν μάρτυς
χθόνα &c.
Τυραννικῆς ἔπαυσας ἀνοίας δόλον,
Ὑπερμαχῶν δὲ πάλιν εὐσεβῶν νόμων,
Ταῖς νυκτεριναῖς καὶ μόναις ἐπιφάνειαις
Ἰσχὺν ποιῶν καθελὼν φρυαγμάτων,
Καὶ τὸν δράκοντα τὸν σκολιὸν, τὸν μέγαν,
Ἰουλιανὸν, τὴν ὀφιώδη πλάσιν
Αἰχμαῖς κρυβέντα τῶν σκοτεινῶν σκεμμάτων
Ἔτρωσας αὖθις εἰς κεφαλὴν ἀγρίαν,
Ἐξ ἧς τὰ λοξὰ βλαστάνει βουλεύματα &c.

Tu, quum adhuc viueres, et terram pedibus calcares martyr — Tyrannicae sedauisti amentiae fraudes, atque nunc denuo pro piis legibus pugnans, nocturnis et solitariis adparitionibus vehementem istam deiecisti insolentiam, draconisque tortuosi et magni, Iuliani nempe, (qui vipereum foetum insidiis occultauit tenebricosarum machinationum,) sauciauisti ferum caput, ex quo iniqua germinant consilia.

Ecee Quibus

Quibus verbis S. Theodosium compellat, prout vel ex inscriptione carminis patuit, patebitque ex v. 151. seqq.

Θεοδόσιος δὲ ——— ——— ———
Καὶ ῥύεται πεσόντας ἐκ τοῦ κινδύνου &c.

Theodosius autem liberat ex periculo eos qui desiderant, saluatque hac ratione a gentilium superstitione plures quam triginta mille, quod docet versus 242.

——— ——— ὑπὲρ τρισμυρίους
Παραβάτου φεύγουσι δεισιδαιμονίαν.

Quod S. Theodosii factum minime confundendum est cum alio plane simili S. Theodori Tironis, de quo videndus *Carolus du Fresne* in Glossario mediae et infimae Graecitatis voce Κόλυβον. Et meminit eiusdem Theodori poeta Noster v. 161. scribens de Iuliano Imp.

Αἱμοβόρος ἀνὴρ καὶ δόλιος εὑρέθη,
Ὃς καὶ φονευτὴς ἅμα καὶ δολοπλόκος,
Θεοῦ βδελυκτὸς, πρὸς δὲ καὶ Θεοδώρῳ
Ποτὲ κρεουργῶν παγίδας ἄλλοτε πλέκων &c.

Vir sanguinis et fraudulentus deprehensus est, homicida simul et doli artifex, Deo inuisus, qui et Theodoro olim, quum carnes victimarum concidere iussisset, laqueos struxit.

IV. Fol. XLI. b. Aliud carmen, senariis LXIV. constans, cui titulus praefigitur: Τοῦ Φιλοθέου (sic enim puto legendam scribendi notam compendiariam φιλS in MSC. adhibitam) εἰς τὸν κάκιστα παθόντα μοναχὸν λωβὸν, τὸν κείμενον ἔξω τῇ πανηγύρει. *Philothei in monachum pessime tractatum et contumeliose adfectum, publico omnium conspectui expositum.* Historia est martyris, cuius nomen haud indicatur, misere a tyranno quodam, quem pariter poeta non nominat, interfecti membrisque crudelissime mutilati. Incipit:

Τὸ σῶμα τοῦτο, κλῆμα τοῦ θνητοῦ γένους.

Mors generosa monachi sic describitur v. 38.

Ἔμπνους ἐκεῖνος οὗτος ἀρετῆς τύπος
Καὶ μαρτυρικὸς ἀνδρείας, ὁ γεννάδας
Ἄχειρ παλαιστὴς, καὶ στεφανίτης ἄπους,
Ὀφθαλμὸς ὀξύτατος ὀμμάτων δίχα,
Νεκρός τε καὶ ζῶν, καὶ ῥινότμητος γίγας,
Καὶ νυμφίος κάλλιστος, οὐκ ἐν παστάδος
Ἀλλὰ χθαμαλῆς καὶ στενῆς τινὸς κλίνης
Ἰχῶρσι καὶ μώλωψι καὶ σήψει βρύων.

Viuum erat ille virtutis exemplum, statua martyrico, generosus sine manu luctator, sine pede victor, oculus acutissimus sine oculis, viuus simulque mortuus, gigas amputatus nares; sponsus formosissimus, non in thalamo sed humili angustoque lecto positus sanie, vibicibus ac putredine scatens. Nihilominus tamen, quod versu 51. additur,

— εἶχε λαλῶν τὴν θεοῦ δόξαν ἐντὸς,
σοφῶς ἐπαινῶν τοῖς παροῦσι τοὺς πόνους.

Eloquebatur gloriam Dei intra seipsum, sapienterque laudabat spectatoribus dolores.

V. Fol. XLIII. a. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτοκράτορα βασιλέα, *eiusdem in Imperatorem* carmen, constans versibus centum; quorum primus est:

Ἀσύγκριτος σοι, βασιλεῦ, σιγάτωσαν οἱ λόγοι.

Laudes imperatoris complectitur, incertum cuius; nusquam quippe nomine illum salutat suo poeta, et quae in eius honorem dicit, adeo sunt generalia, vt fere omnes panegyricas laudationes ingredi queant. Tale est, quod v. 26. seqq. legimus:

Τὸ κάλλος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὁ λόγος ὑπὲρ λόγον,
Αἱ πράξεις ἀνυπέρβλητοι· ὢς ὁ τῆς γλώττης κτύπος.

Pulcritudine gaudet plus quam humana, eloquio, verbis non enorrando; factis, quae maiora edere nemo potest; linguae vero quantus est sonitus! Talia pleraque omnia. Christianum tamen fuisse imperatorem constat ex v. 95. Ἵνα ———

Προσμαρτυρήσῃς τῷ Χριστῷ τὸ κατὰ πάντα κράτος.

VI. Fol. XLV. b. Anonymi Medicamenta varia, quorum ecce indicem:

1. Προφυλακτικὰ πάντων τῶν ἰοβόλων. — 1. *Medicamenta ad praecauendos morsus venenatorum animalium.*

2. Κοινὴ θεραπεία πάντων τῶν ὑπό τινος ἰοβόλου πληγέντων. — 2. *Commune remedium vsurpandum ab omnibus, quos venenatae laeserunt bestiae.*

3. Περὶ — 3. Ad

3. Περὶ προφυλακῆς τῶν δηλητηρίων.

4. Κοινὴ θεραπεία τῶν ὁποιονοῦν εἰληφότων δηλητήριον.

5. Πρὸς πληγὴν φαλαγγίου.

6. Περὶ τῶν ἀπὸ γευστῶν ποιοτήτων δηλουμένων κράσεων.

7. Περὶ ἑψήσεως τῶν ἐμβαλλομένων εἰς τὰς ἐμπλάστρους φαρμάκων.

8. Περὶ κράσεως τῶν ἐμβαλλομένων τοῖς ἐμπλάστροις.

9. Περὶ δυνάμεως ἁπλῶν φαρμάκων.

10. Περὶ τύλων.

11. Περὶ σύριγγος.

12. Περὶ τοπικῶν κενώσεων.

13. Ὅσα ὀφθαλμῶν καθαρτικὰ καὶ ἀποδακρυτικά.

14. Περὶ κλυσμῶν. Ἀετίου.

15. Περὶ βαλάνων.

16. Περὶ προσθέτων ἤτοι κροκίδων.

17. Περὶ ὑποκαπνισμοῦ.

18. Ἱδρώτων κινητικά.

19. Περὶ βδελλῶν. Ἐκ τῶν Γαληνοῦ.

20. Πῶς χρὴ βοηθεῖν τοῖς πίνουσι καὶ μὴ καθαιρομένοις.

21. Τῶν ὑπερκαθαιρομένων ἐπιμέλεια. Ὀρειβασίου.

3. *Ad cauendas potiones vel cibos veneno imbutos.*

4. *Vniuersale remedium cuiusuis veneni, quod quis hausit.*

5. *Contra ictum stellionis.*

6. *De qualitatum, quae gustu percipiuntur, temperamento.*

7. *De coctione medicamentorum, quae ad emplastra adhibentur.*

8. *De mixtura eorum, quae emplastra ingrediuntur.*

9. *De virtute simplicium medicamentorum.* Recensentur illa ordine alphabetico.

10. *De callis.*

11. *De fistula.*

12. *De vacuationibus certarum corporis partium.*

13. *Quaenam medicamenta oculos purgent lacrimasque moueant.*

14. *De clysteribus. Ex Aetio.*

15. *De medicamentis aluum deiicientibus, formamque glandis referentibus.*

16. *De medicamentis quae πρόσθετα dicuntur, siue de tomentis ani.*

17. *De fumo per infundibulum excipiendo.*

18. *Sudorem cientia.*

19. *De sanguisugis. Ex Galeno.*

20. *Quomodo succurrendum illis, qui medicamen purgans sine effectu hauserunt.*

21. *Quomodo curandi, qui supra modum exonerant aluum. Ex Oribasio.*

Ex Codice XXIIII.

Ἱμερίου Σοφιστοῦ ἐπιθαλάμιος. (a)

Προθεωρία.

I. Ἴσως μὲν ἄν τῳ περίεργον δόξειεν εἶναι, τὸ (b) περὶ ἐπιθαλαμίου τεχνολογεῖν· ὅπου γὰρ Ὑμέναιος, καὶ χοροὶ, καὶ ποιητικῆς αὐτονομίας ἄδεια, τίς ἐνταῦθα τέχνης καιρός; ἐπεὶ δὲ χρὴ τὸν ἐπιστήμονα καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις μηδὲν (c) δίχα τέχνης ποιεῖν, βραχέα καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν ἄξιον. (d) ἔσται τοίνυν ἄριστος ἐπιθαλαμίων κανὼν, (e) πρὸς μὲν τὴν λέξιν τοὺς ποιητὰς ὁρᾶν, τὰ δὲ πράγματα πρὸς τὴν Χρείαν, τὸ δὲ μέτρον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. (f) οἱ πάντων ὁ λόγος ἐστόχασται, ἀκριβέστερον δείξει τὸ γράμμα.

II. Τε-

Himerii Sophistae oratio nuptialis.

Argumentum.

I. Superuacaneum videri forsitan alicui possit, arte elaboratam orationem ob sacra nuptialia recitare: vbi enim et Hymenaeus, et chori, et Poeticae licentiae summa et secura libertas, quisnam arti opportunus esset locus? Quoniam vero fas est, vt rerum peritus ne in huiusmodi quidem materia sine arte aliquid faciat, pauca de his dicere necessum. Sit ergo optima nuptialium sermonum regula: dictionis color cum Poetis, facta cum Chria, iusta denique dimensio cum argumento conueniant: quae si oratio assecuta fuerit omnia, tum demum accuratum perspicuumque opus ostendet.

Eeee 2 II. Iam

(a) *Photius* cod. CCXLIII. col. 2013. edit. Andr. Schotti ap. Paullum Stephanum 1611. fol. addit. εἰς Σεβῆρον. (b) Phot. περὶ τῶν ἐπιθαλαμίων. (c) Phot. ἄνευ. (d) Phot. ἔστω τοίνυν ὁ ἄριστος. (e) Phot. τὸ τὴν μὲν λέξιν πρὸς τοὺς ποιητὰς ὁρᾶν, quod secuti sumus in versione. (f) ὧν οἱ πάντων Phot.

II. Τετραμερῆς δὲ ὄντος αὐτοῦ, τὸ μὲν πρῶτον μέρος τὸν πρῶτον ἔχει λόγον, διὰ γλαφυρῶν ἐπιχειρημάτων τὴν γνώμην ἐμφανίζον, ἀφ' ἧς τὴν ἐπίδειξιν ὁ λέγων ἤρτηται. τὸ δὲ δεύτερον τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ θέσιν, ἣν κοινωνοῦσαν τῇ φύσει τῇ καινότητι τῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ τῇ μεθόδῳ τῶν νοημάτων (g) ἡδίαν ἀπειργασάμεθα, φιλομαθὲς καὶ ἡδὺ προσμίξαντες, ὃ τοὺς ταῦτα δεινοὺς οὐ παρελεύσεται· τὸ δὲ τρίτον ἐγκώμιον τῶν γαμούντων ἔχει, ὃ κατὰ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἐπαινουμένων προαχθὲν, εἰς τάχος ἁρμόττει τῇ Χρείᾳ. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ λόγος εἰς ἔκφρασιν τῆς νύμφης, ἔνθα καὶ ποικίλην ὥραν ὁ λόγος παρέστησεν, ἐκ τῆς ὑποθέσεως τὸν λόγον λαμβάνων.

II. Iam vero quum quatuor partibus constet haec oratio, prior pars primum iure locum tenet, venustis argumentis propositum monstrans, ex quo demonstratio oratoris pendet. Secunda sistit propositionem de nuptiis, quam et naturae conuenientem nouis argumentis, et artificiosa sententiarum pertractatione iucundam reddidimus, eum eo quod discentibus prodest dulce semper miscentes, quod praeterire versatum in hac arte neminem potest. Tertia pars nouorum nuptorum complectitur encomium, quod vbi laudatorum virtutes percensuit, repente cum Chria conuenit. Finis orationis in descriptione occupatur sponsae, cuius variis ornamentis conspicuam pulcritudinem verbis describimus, sumta ex ipso argumento dicendi occasione.

Ὁ Λόγος.

Oratio.

III. Ἀπόλλωνα φασὶ μετὰ τὰς μεγάλας νίκας ἃς πλήττων τὴν λύραν ἤρατο, καὶ κατὰ παστάδων ἠχῆσαι μέλος γαμήλιον· εἰ δὲ δὴ μὴ μῦθος ὁ ποιητῶν λόγος, ἐν νάπαις τὰ πρῶτα καὶ ἄντροις τὴν ἁρμονίαν ταύτην ἡρμόσατο, παιδικοῖς ἑαυτοῦ προσᾴδων ταῦτα τὰ κινήματα. Οὐκοῦν ὥρα καὶ ἡμῖν ὦ παῖδες, ἐπεὶ καὶ τὰς ἡμετέρας καλοῦμεν Μούσας πρὸς γαμήλιον χορὸν καὶ ἔρωτα, ἀνεῖναι τὴν ἁρμονίαν τὴν σύντονον, ἵν' ἅμα μετὰ παρθένων (h) ἐπ' Ἀφροδίτης χορεύσωμεν;

III. Apollinem aiunt post maximas ex pulsatione lyrae partas victorias, ad thalamum quoque nuptialae carmen cantauisse, ac, si fides Poetis habenda, in saltu primum ac antro hunc composuisse concentum, amasiosque suos eiusmodi modulis suauiter excepisse. Nonne igitur, iuuenes, tempus est, vt nostris Musis ad coniugalem chorum amoremque conuocatis, relicto concentu seueriore, cum virginibus in conspectu Veneris non sine cantu saltemus?

IIII. Ὅτι δὲ μέγας ὁ κίνδυνος οὕτως ἁπαλὸν μέλος εὑρεῖν, ὡς τὴν θεὸν ἀρέσαι τῷ μέλει, παρ' αὐτῶν ποιητῶν μανθάνειν ἔξεστιν· οἳ πλείους οἶμαι δεινοὶ τὰ ἐρωτικὰ γενόμενοι, κατὰ μὲν θεῶν καὶ παρθένων ἐπιτολμῶσαν τὴν Ἥραν ἔδειξαν, τὰ δὲ Ἀφροδίτης ὄργια μόνῃ παρῆκαν τῇ Λεσβίᾳ Σαπφοῖ καὶ ᾄδειν πρὸς λύραν, καὶ ποιεῖν τὸν θάλαμον· ἣ καὶ εἰσῆλθε μετὰ τὸν ἀγῶνα εἰς θάλαμον, πλέκει παστάδα, τὸ λέχος Ὁμήρου στρώννυσι, γράφει παρθένους (i) νυμφίους· ἄγει καὶ Ἀφροδίτην ἐφ' ἅρμα χαρίτων, καὶ χορὸν ἐρώτων συμπαίστορα, καὶ τῆς μὲν ὑακίνθῳ τὰς κόμας σφίγξασα, (k) ὅσαι μετώποις μερίζονται, τὰς λοιπὰς ταῖς αὔραις ἀφῆκεν ὑποκυμαίνειν εἰ πλήττοιεν· (l) τῶν δὲ ἑτέρων τοὺς βοστρύχους χρυσῷ κοσμήσασα πρὸ τοῦ δίφρου (m) ἵστησι δᾷδα κινοῦντας μετάρσιον.

IIII. Difficile vero esse, tam molle inuenire carmen, quod Venerem oblectet, ex Poetis ipsis discere licet, quorum plerique in arte amandi satis, opinor, exercitati, Deos quidem et virgines increpantem Iunonem introduxerunt, Veneris autem sacra commiserunt Sapphoni Lesbiae, vt haec sola ad lyram cantaret, thalamumque instrueret. Ac ingressa est, finito certamine, thalamum, quem rite disposuit, lectum Homeri instrauit, virgines nubentes descripsit, Venerem Gratiarum curru vectam adduxit vna cum choro Amorum colludente, virginumque hyacintho reuinxit capillos, quotquot fronte secernuntur, reliquos aurae agitandos mouendosque concessit, nonnullarum quoque cincinnos auro exornans, ante currum statuit facem quatientes sublimem.

V. Ἡμῖν V. Tale

(g) Haec enim propria laus Nostri est, quam ipsi tribuit Photius cod. 165. post initium, vbi de stilo eius indicat: Τὸ δὲ λύσεις αὐτὰς ἀνομα...αι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἶναι, ξενίζει μὲν μετὰ τοῦ ἡδέος τὴν ἀκοὴν &c. (h) Noster in orat. quam mox subiecturi sumus εἰς βασιλέα, post initium: Ταῖς Ἀφροδίτῃ χορεύειν μέλλουσι &c. (i) Corrig. νυμφίας, quomodo aliquoties apud *Eurip.* νυμφίοις παρθένοις. (k) Phot. πλὴν ὅσαι μετώπῳ. (l) Phot. τῶν δὲ τὰ πτερὰ καὶ τοὺς βοστρύχους. (m) Phot. σπεύδει πολιτεύοντας, καὶ δᾷδα.

V. Ἡμῖν δὲ καὶ ἀναγκαῖον τὸ σπούδασμα. Ὁ γὰρ τῷ γάμῳ πλήμενος ἐκ ἐθνέος τῶν λόγων, ἐδὲ τὴν γνώμην ἀλλότριος, ἀλλὰ χθὲς καὶ πρῴην ἐπὶ ταῖς Μούσαις ἀθύρων, ἄφνω τῶν ἡμετέρων ἀποσκιρτήσας σηκῶν ἐπ' Ἀφροδίτην ἐκώμασε. διὸ πρέπον ἂν καὶ ἡμῖν χορεύειν τῷ γάμῳ. Ἄπτεται καὶ βουκόλος ἐν νάπαις σύριγγος, ὅταν ἴδῃ μόσχον ὃν ἔθρεψεν, ὑπ' Ἀφροδίτῃ πλήμενον· ἄπτονται δὲ καὶ οἱ τῶν ἵππων ποιμένες ᾠδῆς, ὅταν αὐτοῖς οἱ πῶλοι κατὰ φορβάδων τὰ τῶν ἵππων πράττωσιν. Οὐδ' ἂν ὁ Χείρων ἐπ' Ἀχιλλέως ἐσίγησεν, εἰ μὴ τοὺς Ἱπποδαμείας ἔρωτας ἔκλυεν. Ἀκούω δὲ καὶ τὸν Πᾶνα Θεὸν τοῦτον τὸν νόμιον μᾶλλον ἐμπνεῦσαι τῇ σύριγγι, ὅτε τὴν Ἀριάδνην Διόνυσος ἐν Κρητικοῖς ἄντροις ἐνυμφεύεν.

V. Tale ftudio confectum opus nobis quoque neceffarium. Etenim qui nuptiis nunc initiatur nec eloquentiae expers eft, nec animo ab ea abhorret, fed heri adhuc nudiufque tertius cum Mufis ludens, fubito a noftris refiliit caftris, ad Veneris que comiffatum tranfiit. Quare opus vt et nos propter has nuptias ducamus choros. Bubulcus fiftulam in filua fumit, quando a fe educatum vitulum facris Venereis primum operari viderit; et equifo cantilenam inchoat, quando equulei in grege faciunt ea quae equi. Neque Chiron de Achille tacuiffet, nifi amores Hippodamiae ipfi innotuiffent. Audio et Pana, Deum paftoralem, tunc folito vehementius fiftula ceciniffe, quum Ariadnen Bacchus in Creticis antris vxorem duxiffet.

VI. Ἐθέλω δὲ ὑμῖν λόγον τινὰ διηγήσασθαι. Ἠρα Ποσειδῶν τοῦ (n) Πέλοπος· νέον μὲν ἔτ' ὄντα αὐτὸν ἵππους ἀναβαίνειν ἐδίδασκε, καὶ κατὰ κυμάτων ἐλαύνειν ἅρματα τῶν ἄκρων ψαύοντα τῆς θαλάττης· ἐπειδὴ δὲ κἀκεῖνον οἱ τῆς Ἱπποδαμείας πόθοι ἔρωτι καὶ Ἀφροδίτῃ λατρεύειν ἔπεισαν, τότε καὶ (o) ὁ Θεὸς τὸν τῶν Νηρηΐδων χορὸν ἀθροίσας ἵστησι μὲν αὐτῷ κατ' ἄκρας ἠϊόνος τὸν θάλαμον, κῦμα δ' ἦν, οἶμαι, ὁ θάλαμος πορφυροῦν τι καὶ μετάρσιον, ὑπὲρ τοῦ λέχους κυρτούμενον, ἵνα παστάδα μιμήσηται· ᾖσέ τι καὶ μέλος γαμήλιον. Ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα θεοῖς καὶ Ποσειδῶνι παρήσομεν, ἀφ' ὧν δὲ εἰκός τι καὶ χρὴ τὸν γάμον ᾄσομεν· κἀκεῖσε τὸν λόγον ἀναβιβάσαντες, ὅθεν θάλαμος καὶ γάμος ἦρξατο.

VI. Nunc aliam vobis narrabo fabulam. Neptunus arfit Pelopem, quem puerum adhuc docuit equum confcendere, et contra fluctus regere currum, in fuperficie maris manentem. Quum vero Pelops, defiderio potiundi Hippodamia, amori et Veneri feruire inductus fuiffet, tum Deus, congregato Nereidum choro, in extremo litoris thalamum eius vfui erexit, fluctum fcilicet purpureum ac fublimem, vltra lecti modum longe expanfum, vt thalami imaginem referret: quin et carmen cecinit nuptiale. Ac nos quidem talia Diis relinquamus et Neptuno, celebraturi nuptias prout fas et neceffum eft, ad thalami et nuptiarum vfque originem fermone procefluri.

VII. (p) Ἦν Θεὸς καὶ Φύσις· καὶ ὁ μὲν ἐδεῖτο γονῆς, ἡ δὲ τοῦ κυΐσκειν μέλλοντος· οὔπω γὰρ ἦν γάμος, οὐδὲ τῷ λοιπὸν ἔχοντι φύσιν τὸ γεννᾶν μᾶλλον ἀνέκειτο. ἵνα δὴ ταῦτα ἄνωθεν (q) ἄρξαιτο, θάλαμος τῷ παντὶ τὸ πᾶν ἐγένετο. Ἐκ δὲ δὴ τῶν γάμων τούτων οὐρανὸς γεννᾶται καὶ ἥλιος, ἔτι δὲ (r) καὶ ἄστρων χοροὶ, καὶ σελήνης φέγγος, καὶ διπλοῖ πόλοι, περὶ οὓς ἡ πρώτη γέννησις τῶν πρώτων τοῦ Θεοῦ γάμων ἑλίττεται.

VII. Erat Deus, erat et natura: is prole egebat, haec aliquo, qui grauidam fe redderet. Nondum enim erant nuptiae, nondum mifcebatur is, cui facultas indita gignendi, cum ea quae parere poffet. Vt tamen ab alto duceretur rerum initium, huic vniuerfo thalamus erat ipfum hoc vniuerfum, ex quibus nuptiis procreatus eft fol, aftrorum chori, lunae fplendor, et duplices poli, circa quos prima progenies priorum Dei nuptiarum voluitur.

VIII. Δευτέρους δὴ γάμους (s) μετ' αὐτοὺς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἡ Φύσις ἔδειξεν, ἀφ' (t) οὗ ἀνίσχουσι μὲν ποταμοὶ, καὶ λίμναι, ἔτι δὲ κρῆναι καὶ πηγαὶ καὶ φρέατα (u) μακρὰ, καὶ

VIII. Secundas ab his nuptias Oceani et Tethyos celebrauit natura. Inde orti funt fluuii, lacus, fontes, fcatebrae, putei magni, omniumque fluentorum mater,

(n) Eadem fabula narratur infra in orat. εἰς βασιλέα, vt ibi monemus. (o) Phot. ὁ Ἀπόλλων. (p) Incipit pars orationis fecunda. (q) Phot. ἄρξηται, qui et ἄνωθεν omifit. (r) καὶ deeft ap. Phot. (s) Phot. μετὰ τούτους. (t) ἀφ' ὧν Phot. (u) μακρὰ non eft in Photio.

καὶ ἡ πάντων μήτηρ ναμάτων θάλασσα· τίκτεται δὲ καὶ φυτὰ καὶ ζῶα, καὶ γῆ οἰκεῖται, καὶ τὸ νηχόμενον λαμβάνει θάλασσα, καὶ ἀὴρ ἐφάνη πτερωτῶν πρεύτιμος· ἀφῆκε δὲ ὁ γάμος καὶ φυτὰ φυτοῖς, ποταμοὺς πηγαῖς, καὶ χάλαζαν καὶ ὄμβρους τῇ γῇ, καὶ Νεῖλον Αἰγύπτῳ, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τῇ θηλείᾳ φύσει τὴν ἄρρενα. Τότε Ἴστρος μὲν τῆς κατὰ Βόσπορον θαλάττης ἐρρύη, Ῥῆνος δὲ τῆς τῶν Κελτῶν πόλεως γείτων. Τούτους τοὺς ποταμοὺς ἐκ μιᾶς (x) πηγῆς ἀνίσχοντας, σχίζων ὁ ἔρως τῷ πόθῳ, τὸν μὲν Εὐξείνῳ πόντῳ νυμφίον, τὸν δὲ Ἀτλαντίδι θαλάττῃ δίδωκε.

IX. Τὸν δὲ θεωρὸν μὲν τῶν θείων, ἐργάτην δὲ τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων ἄνθρωπον ὕστατον ὁ γάμος ἐγέννησεν. Τὸ γὰρ γῆς παῖδα γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ τὴν Ἀττικὴν ῥαγεῖσαν (y) ἀναδοῦναι τὸ βλάστημα, μῦθός ἐστιν Ἀττικῆς χάριτος παίγνιον. Τὸν δὲ ἄνθρωπον τοῦτον γεννήσας ὁ γάμος πάντα αὐτῷ συνεξεῦρε καὶ συνεπορίσατο οἷς γῆ τε οἰκεῖται καὶ θάλαττα· ἔρρηξε μὲν γῆς (z) δι' αὐτοῦ ἀρότραις αὔλακα, σκάφος δὲ ἐπαφῆκε τοῖς κύμασι, ἵπποις δὲ ψαλίους ἐπέστειλεν· ἔδωκε δὲ πολέμῳ μὲν ὅπλα, εἰρήνῃ δὲ θαλίας, καὶ γήρατι τιμὴν, καὶ (a) ἥβαις ἄνθος, καὶ παίδων γλυκείας ἐλπίδας. Διὰ τοῦτο καὶ θεοῖς γενεθλίοις ἐθύσαμεν, καὶ Ἥραν Ζυγίαν ἔγνωμεν, καὶ Διὶ τελείῳ βωμὸν ἐστήσαμεν· ὃς καὶ τὴν Ἀφροδίτην αὐτὴν (b) ἐκ τῆς θαλάττης ἀνιοῦσαν ῥήξας τὸ τόκῳ τὰ κύματα ἔδειξεν ἡλίῳ μαρμαίρουσαν.

X. Τὸ δὲ Ἡρωϊκὸν γένος τὸ μεταξὺ τῆς τε θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τίνος ἂν τις ἔργον ἢ γάμου φήσειεν; αἰσθόμενος γὰρ ὡς οὐδαμῇ θέμις τὴν ἄνω λῆξιν τῇ κάτω κιρνᾶσθαι, μέσην τινὰ φύσιν ἀμφοτέρων τούτων ἐγέννησεν, ἵνα τὴν θείαν ἀπορροὴν διαπορθμεύοι τῷ χείρονι. Ἐντεῦθεν Ἡρακλῆς ἀθλεῖ, Διόνυσος γεωργεῖ, Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, κυβερνῶσι τὰς τύχας τῶν τὰ πελάγη διαβαινόντων Διὸς κοῦροι. Ὑμνητὸ δ' ἂν καὶ παρὰ Μουσῶν ὁ γάμος, ὅτι τὰς Μούσας ἐγέννησε· καὶ παρὰ Ἀπόλλωνος ὅτι κἀκεῖνος ἐλόχευσε· καὶ παρὰ Ἑρμοῦ, ὅτι καὶ τοῦτον (c) ἔφησε.

XI. Τοὺς

mater, mare: inde plantae cum animalibus; inde referta est incolis tellus, mare continet pisces, per aerem volucres volitant. Permiserunt hae nuptiae plantis plantas, flumina fontibus, terrae grandinem ac imbres, Aegypto Nilum, ac masculum totum sexum femineo. Tunc demum Ister in Bosporum Thracium sese effundere, Rhenus autem vicinas Celtarum vrbes alluere coepit. Quos fluuios ex vno fonte oriundos, Cupido vna cum Deo qui Desiderium dicitur, in diuersa scindens, illum Ponto Euxino, hunc mari Atlantico sponsum adduxit.

IX. Vltimo omnium ex his nuptiis in lucem editus fuit diuinarum contemplator rerum, effectorque eorum quae in terra suscipiuntur operum, homo. Nam terrae filium esse hominem, Atticamque disruptam hoc emisisse germen, narratio est, Atticae venustatis lusus. In hominis, ex isto coniugio sati, vsus inuenta sunt ac suppeditata omnia, queis et terra et mare bene regitur, ita vt telluri sulcos infindat aratrum, nauis fluctibus committatur, equi frenis domentur: concesserunt quoque nuptiae illae bello arma, paci laeta conuiuia, senectuti honorem, florem pubertatis atque liberorum spes dulces. Quamobrem et Diis Genitalibus sacra facimus, et Iunonem Pronubam veneramur, et Ioui Perfecto aram erreximus. Hae denique nuptiae Venerem ipsam, e mari prodeuntem, perfractis partu fluctibus, Soli ostenderunt splendentem.

X. Sed Heroum genus, quod diuinam inter ac humanam naturam medium est, cuiusnam opus, aut ex quo coniugio ortum dicemus? Quum (*summus rerum dominus*) intelligeret, fas nequaquam esse, vt coelestis dignitas cum humana misceretur, mediam quandam inter illas duas genuit naturam, quo diuinus effluxus transueheretur ad id quod est inferius. Hinc est quod Hercules decertet, Liber Pater agricolam agat, Aesculapius medicinam exerceat, nauigantium fortunas dirigat Castor et Pollux. Celebrantur hae nuptiae a Musis, quoniam inde sunt ortae; ab Apolline, quia et ille hoc coniugio procreatus; a Mercurio, qui pariter his parentibus satus est.

XI. Quod

(x) Vterque enim ex Alpibus oritur. (y) Phot. ὠδῖνα τοσοῦτον βλαστῆσαι βλάστημα. (z) Lego, διὰ τοῦ ἀρότρου. (a) Mallem ἥβης ἄνθος, quae phrasis tota ex Hom. et Hesiodo sumta. (b) Phot. κατὰ θάλασσαν λανθάνουσαν, ῥήξας &c. (c) Emend. ἔφυσε.

XI. Τὰς δὲ ποταμῶν ἔρωτας εἰ λέγειν ἐθέλοιμι, μυρίος ἂν ἐπιῤῥέοι ποταμῶν ὄχλος τῷ λόγῳ· πάντες γάρ μοι δοκοῦσι θαλάττης ἐρᾶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτὴν (d) ἐπείγονται σὺν πολλῷ τάχει, ὥσπερ ἄλλος πρὸς (e) ἄλλην τὴν ἐρωμένην θέλων (f) ἀσπάσασθαι. Εἰ δὲ ἔδει καὶ ποταμῶν ἔργα συνάπτειν τῷ γάμῳ, ὑμνητὸς ἂν ἐκ τούτων ὁ γάμος. Ποταμῷ μὲν τῷ γείτονι προξενεῖ Θίσβην τὴν γείτονα· ἣν καὶ ἐκ κόρης εἰς ὕδωρ ἀμείβει, καὶ τηρεῖ μέχρι ναμάτων τὸν ἔρωτα, εἰς ταυτὸν ἄγων τῆς τε ἐρωμένης καὶ τοῦ νυμφίου τὰ ῥεύματα. Ἐνιπέα τὸν ποταμὸν παιδικῶν μὲν ὑπεροπτὴν οἶδεν ὁ λόγος· ἵνα δὲ εἶναι δῷ καὶ τούτῳ ὁ μῦθος ἐρωτικὸν, γάμους ἐπ' αὐτῷ τοῦ Ποσειδῶνος σοφίζεται· ὁ δὲ κυμαίνει καὶ πέπτεται, πορφύρων τι καὶ εἰς παστάδας κυρτούμενος, ὥσπερ οἶμαι φρονῶν κατὰ (g) ποταμοῦ τῶν ἄλλων, ὅτι δὴ μόνος (h) τοῖς Ποσειδῶνος πόθοις πεπίστευται. Ἀλλὰ τί μοι μύθων τῶν ἔξωθεν; ἐκμαίνει κατὰ τῆς Ἀτθίδος πάσης τὸν ποταμὸν Ἰλισσὸν ὁ γάμος· καὶ ἵνα μὴ τῷ ποταμῷ μεμψώμεθα, ὅτι οἷα τις ἐραστὴς περὶ τοῖς παιδικοῖς τάχα καὶ σφάλληται, οὐ τὴν φύσιν μόνην ἁρμόζει τῆς κρήνης ἀλλὰ καὶ (i) τὴν ἐπωνυμίαν αὐτὴν, συζεύξας τὸ κάλλος κατὰ τὴν κλῆσιν τῷ ῥεύματι.

XI. Quod si fluminum amores exponere vellem, innumera fluuiorum multitudo dicenti occurreret; omnes namque maris amore teneri videntur, eoque ad illud festinato cursu properare, quo se mutuo complectantur, velut amans amatam. Si fluminum insuper opera nuptiis illis adaptare liceret, etiam ex his laudari possent. Vicino quippe fluuio conciliauit (*dictum coniugum*) vicinam Thisben, quam ex puella conuertit in aquam, amoremque ad ipsas vsque scaturigines seruauit, in eundem locum tam amasiae quam sponsi fluenta deducens. Enipea fluuium amores despicere constat, cui vt amatoriae artis peritum quendam adiungeret fabula, nuptias eius Neptunum ambire comminiscitur. At fluuius aestuat ac seipsum oblectat, dum purpurascit in thalamique speciem sese expandit, tanquam reliquos, vtputo, contemneret magno supercilio fluuios, eo quod sibi soli Neptunus desideria sua credere et aperire voluerit. Sed quid mihi cum extraneis fabulis negotii? Ilissum amnem per vniuersam Atticam in furorem quasi agunt nuptiae istae; quem ne reprehendamus, quod instar amantis forsan ab amatis decipiatur, non modo elegantibus, naturae beneficio, aquis exornatus est, sed et cognomine ipso; sic vt pulcritudo fluminis cum nomine eius conueniat.

XII. (k) Καλὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τοῦ γάμου, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα, ὅσα ποιηταὶ ᾄδουσι, καὶ νόμος θαλάμους ἐπιψηφίζεσθαι. Ἡ δὲ παροῦσα ξυνωρὶς καὶ μάλα τὴν τοῦ γάμου χάριν ἐπισφραγίζεται. οὐ γὰρ ἐκ ἕνος τύχης ἐπὶ τήνδε τὴν ἁρμονίαν ἐπήχθησαν, ἀλλ' ὥσπερ ὅτ' ἂν συνωρὶς πώλων ὑφ' ἓν ζυγὸν ἐκ μιᾶς ἡλικίας ἐλαύνηται, σύμφωνον τὸ ταχὺ κατὰ τὸν δρόμον τῆς συνωρίδος εὑρίσκεται, οὕτω καὶ οὗτοι, (l) καὶ φύντες ἴσως καὶ ἐκτραφέντες ὁμοίως (m) ἐπ' ἴσων ἁπάντων, τῆς κοινωνίας ἠράσθησαν. Λέγεται δέ ποτε καὶ Ὀλυμπιάδα, τὴν ἐπὶ τοῖς Ἀλεξάνδρου τόκοις εὐδαίμονα, ὀργιάζουσαν τὰ Καβείρων ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστήρια, ἰδεῖν κατὰ τὴν τελετὴν τὸν Φίλιππον, ἦν δὲ ὑπηνήτης ἔτι, ἰδοῦσαν (n) δὲ ἐρασθῆναι

XII. Praeclara quidem haec de nuptiis, prout reliqua omnia quae Poetae canunt, ipsaque lex iubet vt nuptias adprobemus. Quin et praesens par coniugum, quanta sit matrimonii gratia, suo exemplo confirmat. Neque enim mero fortunae casu ad coniugium delati sunt, sed sicuti quum par pullorum equinorum eiusdem aetatis iugo eidem iungitur, quod cursus velocitate sibi aequale est, vno alterum non turbante; ita etiam hi nostri eodem modo et nati et educati per omnia, in vnum coire voluerunt. Olympias, partu Alexandri beata, dicitur aliquando Cabirorum Deorum in Samothracia celebrauisse mysteria, atque ibi in ipsis sacris solennibus conspectum Philippum (qui iuuenis adhuc erat) statim

(d) Phot. ἐκ πηγῶν πολλῷ τῷ τάχει κομίζεσθαι, ὥσπερ &c. (e) Phot. ἄλλον. (f) Phot. ἀσπάσασθαι. (g) ποταμῶν. Phot. (h) τοῦ Ποσειδῶνος πόθου. idem. (i) Adpellatur enim διαυγής. Dico ea de re, et de pellucidis Ilissi aquis, infra ad orat. εἰς Βασιλέα. (k) Pars III. orationis. (l) καὶ deest in Phot. (m) Phot. ἀπ' ἴσων. (n) Phot. pro δὲ habet τε.

ναι τῷ νεανίσκῳ, καὶ ὁμολογῆσαι τὸν γάμον, προτέλεια ποιησαμένη τοῦ γαμηλίου (o) πρὸς τὰ μυστήρια.

tim amauisse, ac de coniugio conuenisse cum illo, et sacrificiorum loco, quae nuptias praecedunt, et vice nuptialis ignis, ipsa adhibuisse mysteria.

XIII. Πόλις μὲν οὖν Θρακῶν ἡμῖν ἡ πρώτη Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἐπώνυμος, εἰς ἣν ἐκ Βοσπόρου κατὰ μὲν ἄρκτον Σκύθαι, κατὰ δὲ μεσημβρίαν Αἰγαῖος. Γένος δὲ τῇ μὲν νύμφῃ Θρακῶν τὰ πρῶτα, αὐτόχθονες εἰμέν τινες, καὶ εἰς βασιλείας τύχας τὰς ἄνω ῥίζας ἀναβιβάζοντες, τὰς δὲ ἑκατέρωθεν ἐκφύσεις τοῦ γένους Ἑρμογένους τε καὶ Μήδοι καὶ οἱ νῦν εἰς τὰ πρῶτα ἔχοντες ἐν Θρακῶν μέρει, μερίζονται.

XIII. Vrbs Thraciae princeps ea est quae a Philippo nomen gerit, in quam ex Bosporo versus septentionem Scythae, versus meridiem ex Aegeo veniunt. Sponsa est ex praecipua Thracum prosapia, quae nonnullos, vt puto, habuit in proprio solo oriundos non aliunde adiectos, interque maiores ad regiam dignitatem promotos numerat; posteri autem vtriusque stirpis in Hermogenas et Medos, ac eos qui hodie inter Thracas sunt primarii, fuerunt diuisi.

XIIII. Τοῦ νυμφίου δὲ ὁ Διὸς καλούμενος Πόντος τὸ γένος ἤνεγκε. Κορυφὴ δὲ ἅμα τοῦ γένους Ἀνδρόνικος εἴρηται (p) τὸ μέγα ὄνομα, ἀφ' οὗ καθάπερ ἐκ μιᾶς ῥίζης μυρίοι σχισθέντες ὄρπηκες ἐβλάστησάν τε κατὰ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης, καὶ πολλὰς εὐδαίμονας τῇ κοινωνίᾳ πόλεις εἰργάσαντο. Οὕτως ἀκούω μὲν τοὺς Πελοπίδας γενέσθαι, ὅτι διαβὰς ἐκεῖνος ἐξ Ἰωνίας εἰς Ἕλληνας τῷ γένει τὸ κλέος τῆς ἐπωνυμίας ἤνεγκε. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις κέρδος κἂν . . . . . μέρος τοῦ γένους τὴν Ἀνδρονίκου δόξαν ἐπιφημίζουσι, τῷ δὲ ὥσπερ ἐκ μιᾶς πηγῆς ποταμοὶ ῥυέντες, εἶτα τοῖς ῥείθροις σχιζόμενοι πάλιν εἰς ταυτὸν συμβάλλουσιν, οὕτω δὴ καὶ τούτων πολυπλάνητον ἐπὶ πολὺ τὸ ἔνδοξον γένος γενόμενον, αὖθις ἐδέθη καὶ κέκραται. Ἀχιλλέα μὲν οὖν οἱ Θεοῦ μητρὸς γενέσθαι λέγοντες, καὶ Πηλέως λέγουσι φύσει θνητοῦ· τούτῳ δὲ ἀπ' ἴσης τύχης τὰ τῶν γεννητόρων κέκραται.

XIIII. Sponsi vero genus originem ducit a Ponto Iouis filio. Praecipuus in illo genere et quasi caput, fuit aliquis, quantum arbitror, Andronicus, cuius magnum est nomen, et ex quo tanquam ex vna radice innumeri abscissi surculi, per vniuersam, quae sole illustratur, terram, progerminarunt, multasque vrbes societate sua felices reddiderunt. Audio et Pelopidas tum fuisse, quum is ex Ionia in Graeciam genti suae nominis gloriam attulisset. Et aliis quidem emolumenta . . . . . ad Andronici generis splendorem referuntur: in hoc autem et noua coniuge, veluti in fluuiis ex eadem scaturigine prodeuntibus, sed inuicem loco seiunctis, mox tamen in vnum coeuntibus, quum diu satis illustris eorum familia hinc inde oberrauisset, nunc iterum copulata mutuo est atque coniuncta. Qui Achillem habuisse aiunt Deam matrem, haud negant habuisse quoque Peleum patrem, natura mortalem: sed Nostro aequalis conditionis parentes Fortuna concessit.

XV. Τὰ μὲν δὴ τοῦ γένους τοιαῦτα· ἡ δὲ νέων χάριτος, τὰ δὲ τῶν ἠθῶν καὶ τῆς ἀκμῆς ἐπὶ πολὺ τὴν ὁμοιότητα ἐπισφραγίζεται· καὶ ἀκμάζουσι μὲν γὰρ ἐπ' ἴσης ὥσπερ (q) ἠριναὶ κάλυκες ἀφ' ἑνὸς λειμῶνος, (r) ἢ βότρυες ὥσπερ καθ' ἕνα καιρὸν βλαστάνουσιν ἄμφω καὶ σχίζονται. Ἡ δὲ τῆς τύχης ὁμοιότης θαυμαστῶς πως συμβέβηκε· σώφρονες ἄμφω, δεξιοὶ τὸν τρόπον, μόνοις τοῖς ἔργοις (s) κατὰ τὴν φύσιν σχιζόμενοι· ἡ μὲν γὰρ ταλασίαν τὴν Ἀθηνᾶς τέχνην,

XV. Ac tale quidem est genus Nostri: at venustas, qua alios antecellit, morum suauitas, flos iuuentae, multo magis memoratam coniugii paritatem obsignant. Ambo aequaliter florent instar vernarum eiusdem prati rosarum, aut vuarum, quae eodem tempore germinant et sese expandunt. Etiam fortuna similes admirandum in modum fecit: ambo sunt casti, moribus suaues, solis operibus, quae sexui propria, diuisi. Illa enim lanificium Mineruae

(o) Phot. πυρὸς. (p) Verti quasi esset τοῦ μέγα. (q) Phot. ἐαριναὶ. (r) Phot. λειμῶνος βότρυες, αἱ καθ' ἕνα καιρὸν καὶ βλαστάνουσιν ἅμα καὶ σχίζονται. (s) Phot. τοῖς ἔργοις τοῖς κατὰ φύσιν.

τέχνην, ὁ δὲ τοῖς πόνοις τὴν Ἑρμῦ (t) χάριν κεκάρπωται· καὶ τῇ μὲν κερκὶς, τῷ δὲ λόγος μέλει· ἡ μὲν δὲ ἔχει λύρας, ὁ δὲ βιβλίον ἀσπάζεται· τὴν μὲν δὲ Ἀφροδίτη φιλεῖ, τὸν δὲ Ἀπόλλων ἠγάπηκεν· ὁ μὲν ἠϊθέων πρῶτος, ἡ δὲ ἐν κόραις προκέκριται· ὁ μὲν ὑπηνήτης (u) ἐςὶ, πρωΐτερον τῆς ἡλικίας βλαςήσας ἴυλον, ἡ δὲ ἀκμάζει πρὸς γάμον.

netuae artem, hic laboribus Mercurii doctrinam sibi acquisiuit: illa telam, hic orationem curat: illa tenet lyram, hic librum: illam Venus amat, hunc Apollo: ille inter iuuenes praecipuus, illa inter puellas prima: ille adolescens adhuc est, cuius tamen lanugo ante aetatem floret, haec nuptiis matura.

XVI. Σαπφῦς ἦν ἄρα μήλῳ μὲν εἰκάσαι τὴν κόρην, τοσῦτον χαριζομένην τοῖς περὶ ὥρας δρέψασθαι σπεύδουσιν, ὅσον ἄκρῳ τῦ δακτύλυ γεύσασθαι τῷ καθ᾽ ὥραν τρυγᾶν τὸ μῆλον μέλλοντι, τηρῆσαι τὴν χάριν ἀκμάζουσαν. (x) Τὸν νυμφίον τε Ἀχιλλεῖ παρομοιῶσαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναγεῖν τῷ ἥρῳ τὸν νεανίσκον ταῖς πράξεσιν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἡ ποίησις τῦ παντὸς Ἑλληνικῦ κατὰ τὺς πολέμυς προΐςησι, ὕτω καὶ ὗτος τῆς καθ᾽ αὐτὸν ἀγέλης ἡγύμενος πολλὺς καὶ μεγάλυς ἄθλυς ἀνείλετο· εἰ μὲν γνώμης δέοι, φρονήσει νικῶν· εἰ δὲ ἀνδρείας. (y) τὸν κατ᾽ αὐτὴν χειρύμενος· εἰ δὲ (z) ἐλα τρόπυ, πάντας ἐλέγχων φιλοσοφίᾳ τὺς ἥλικας. Τῦτο αὐτῷ τὸ κλέος καὶ τὴν εὐδαίμονα νύμφην ἐμνήςευσεν. Ἴσασι γὰρ ἔρωτες καὶ ὑπὲρ πελάγη τοξεύοντες πῦρ ἐγεῖραι γαμήλιον.

XVI. Licuit Sapphoni cum pomo conferre virginem, quae tantam iucunditatem illis praebet, qui vix maturum virginitatis florem decerpunt, quantam ille, qui suo tempore pomum decerpturus est, voluptatem sentit, vbi vel extremo deguftauerit digito; (*idque fecit Sappho*) vt venustatem in flore seruatam sisteret. (*Licebit et nobis*) sponsum cum Achille componere, et nostri iuuenis facta in eundem referre censum cum istius Herois rebus gestis. Quemadmodum enim Poeta illum totius Graecanici exercitus imperatorem facit, sic et Noster sui gregis dux multis magnisque ex certaminibus victor abiit, prudentia, vbi opus erat vincens; vbi fortitudine, propria sua hostes superans; vbi morum impugnatione, omnes coaetaneos philosophia sua conuincens. Quae sane gloria beatam ipsi sponsam conciliauit. Norunt quippe Amores, longe vltra maria sagittam emittentes, ignem excitare connubialem.

XVII. Δηϊάνειραν μὲν δὴ τὴν Οἰνέως Ἡρακλεῖ συνάπτων ὁ λόγος περιμάχητον τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ἀχελώῳ ποιεῖ· ὥσπερ δὲ θέλων αἰνίξασθαι ὅτι τὴν ἀξίαν τῶν νυμφίων ποιεῖ, ὐκ ἠγνόησεν Ἡρακλεῖ μὲν τὴν νύμφην, τῷ δὲ ποταμῷ τὸ δρᾶμα (aa) χαρίζεσθαι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ θεῶν ἐπίγνωσιν ἅπαν γεγονῆσθαι τὸ σόφισμα· ἵν᾽ ἐπειδὴ ξένυς καὶ ὐκ Ἀττικὺς γάμυς ἐμνήςευσεν, ἐν γῦν ἀπλοῖς ὅροις τὴν παςάδα πήξηται· ὅπως τὴν πρώτην τῶν γάμων σποράν ἤδη ἡ χώρα δεξαμένη καὶ θρέψασα, Ἀττικῷ διὰ σῦ τοκέσῃ γένει Θρᾴκην εὐδαίμονα.

XVII. Deianiram Oenei filiam quum Herculi desponsare vellet fabula, tum aliis tum Acheloo potissimum certamen expetendam introduxit, hoc submonere volens, quod in sponsorum delectu dignitas attendatur; eoque non denegata quidem Herculi sponsa fuit, sed fluuio tamen negotium commissum. Diuina voluntas vniuersum hoc (*de nuptiis nouorum coniugum*) texisse consilium videtur, vt, quoniam pereginam, non Atticam, sponsam adduxit, in certis tamen nec controuersis limitibus thalamum figeret, quo primum coniugii foetum haec regio et exciperet et aleret, Atticaque progenie, tuo labore, Thracia redderetur beata.

XVIII. (bb) Ἔπεισι δέ μοι μὴ τὴν ἀγωνοθετῦσαν τὺς γάμυς σιγῆσαι τῷ λόγῳ κατ᾽ αὐτῆς

XVIII. Animus hunc est laudes exponere eius personae, quae princeps est in

 hac

(r) *Mercurii venustatem*, quod Schottus habet, quis admiserit? Ego χάριν *doctrinam* siue *peritiam* reddidi, quo de significatu vid. *Cuperus* de apoth. Homeri p. 96. seq. (u) Phot. ἐπι. (x) Deesse videntur pauca, quae in versione suppleuimus. (y) Legerem, τῦ κατ᾽ αὐτὸν. (z) ἐλα suspectum. Forsan ἐλᾷ (ab ἐλάω pro ἐλαύνω) τρόπυ, ea constructione, qua ap. *Herodianum* ἐλάσας τῆς βασιλείας. (aa) Vel χαρίζεται legendum, vel ἐχάρισεν. (bb) Pars vltima orationis.

αὐτῆς ἐγκώμια· οἱ γὰρ αὐτοὶ τῆς γε ἡμετέρας τέχνης καὶ ταύτης δήπου προστάτορες· ἐλέγχει δὲ (cc) ὐδὲ αὐτῇ τῇ φύσει τὸ γένος· παρέσησι γὰρ τὴν Ἀσπασίαν τοῖς λόγοις. τοσοῦτον δὲ σοφίᾳ τὴν Μαντινικὴν ξένην νικᾷ, ὅσον Ἀθηναίων Ἀρκάδες λείπονται· προσάγει δὲ καὶ γαμικὸν τῇ πόλει Θρᾴκιον τὸν τῆς Χαλκίδος τῆς σοφῆς ἐκείνης ἐπώνυμον, ὥσπερ οἰμαι πιςώσασθαι τὸν παλαιὸν μῦθον σπουδάσασα, ὅτι καὶ Βορρᾶν τὸν ἄνεμον εἰ τῆς Ὠρειθυίας ἔρωτος ἤγαγόν τε ἐκ (dd) Θρᾴκης Ἀθήναζε, καὶ τῇ πόλει συνῆψαν διὰ τὴν πόλιν (ee) τὸν ἄνεμον. Πολλῶν δὲ ὄντων ἅτις ἂν περὶ αὐτῆς διεξέλθοι καλά, οὐχ ἥκισ' ἄ τις εἰκότως τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν θαυμάσειε. Τὴν γὰρ δὴ παῖδα ταύτην μικροῦ καὶ ἁλῶναι ἐδέησε πονηροῖς (ff) θηράτροις μέλλουσαν οἱ θεοὶ διεσώσαντο.

hac solennitate nuptiali: etenim par illud nouorum nuptorum veluti antecessores artis nostrae oratoriae veneramur. Sponsa haec indole ipsa genus prodit, quippe quae eloquio Aspasiam refert, sapientia vero tantum vincit Mantinicen peregrinam, quantum Arcades ab Atheniensibus superantur, in vrbemque Thracias infert nuptias, quae nomen a Chalcide illa sapiente traxerunt; conciliatura, opinor, fidem fabulae veteri, quae vult, quod Orithyiae amores Boream ventum ex Thracia deduxerint Athenas, ventumque ciuitati affinitate iunxerint, ob vtilitatem vrbis. Verum quum multa sint, quae de Nostra narrari possent, tum hoc inprimis iure quis miretur, quod circa nuptias accidit. Quum enim parum absuisset, quin haec virgo malis caperetur laqueis, Dii illam seruauerunt.

XIX. Ἀλλὰ γὰρ ἔξω τῆς παςάδος βεβήκας ὁ λόγος πολὺ τῆς νύμφης ἠμέλησεν, ὥσπερ οὐκ εἰδὼς ὅτι τὸν νυμφίον λυπεῖ, εἰς μήπω τῷ λόγῳ τὴν νύμφην ἔγραψε. Φέρε οὖν εἴσω τοῦ θαλάμου παραγαγόντες αὐτὸν εὐτυχεῖν τῷ κάλλει τῆς νύμφης πείσωμεν· ὦ καλή· ὦ χαριέσσα· πρέπει γάρ σοι τὰ τῆς Λεσβίας ἐγκώμια. Σοὶ μὲν γὰρ ῥοδόσφυροι χάριτες χρυσῆ δὲ Ἀφροδίτη συμπαίζουσιν· ὧραι δὲ λειμῶνας βρύουσι, σὺ δ' ὑπὲρ αὐτῶν χορεύεις κοῦφα σκιρτῶσα πρὸς μέλος. Ἔρωτες δὲ ῥόδων στέφανον πλεξάμενοι, οὓς ἐξ Ἀφροδίτης κήπων ἐδρέψαντο, τὴν παςάδα πᾶσαν ἀνάπτουσι. Πειθὼ δὲ καὶ Πόθος καὶ Ἵμερος τὸ σὸν κάλλος ἅπαν ἐνείμαντο, ὁ μὲν ἐφιζάνων τοῖς ὄμμασι, κἀκεῖθεν ἐκπυρπνέων ἀμήχανον· εἰ δὲ τὰς παρειὰς φοινίσσοντες πλέον αἰδοῖ, ἢ τὰς τῶν ῥόδων ἡ φύσις κάλυκας, ὅταν ἠριναῖς ὥραις ὑπὸ τῆς ἀκμῆς σχιζόμενοι πετάλοις ἄκροις ἐρυθαίνωνται. Πειθὼ δὲ κατὰ χειλέων σκηνώσασα τὴν ἑαυτῆς χάριν συναποςάζει τοῖς ῥήμασιν· ἐπανθεῖ δὲ καὶ τῇ κεφαλῇ πολὺς ὁ βόστρυχος πορφύρων τε καὶ κατὰ μετώπου σχιζόμενος. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἄνθος τῆς ὄψεως γράφειν ἐθέλοιμι, τὰ ποιητῶν ἀναγκαῖον φθέγγεσθαι· ὦ λευκότητος καὶ γάλακτος· ταῦτα γάρ που τις

XIX. Sed nimis diu extra thalamum versata oratio sponsam fere neglexit, quasi ignoraret illa, quod eo ipso sponsum offenderit, quia nondum copiose sponsam descripsit. Age igitur introducamus illum in thalamum, faciamusque vt pulcritudine potiatur sponsae. O formosissima! o bellissima! tibi enim conueniunt laudes Lesbiae Sapphonis. Tecum roseis pedibus praeditae Gratiae et aurea Venus ludunt, etiamque Horae efficiunt vt prata emittant germina, super quibus choream ducis, molliter ad carmen saltans. Amores quoque coronam ex rosis nectunt, quas de Veneris horto sumserunt, thalamumque adornant. Quin et Suada, et Desiderium, et Cupido, vniuersam pulcritudinem tuam distribuerunt. Et quidem Cupido oculis tuis insidens, ignis instar inde elucet, cui resistere nemo quisquam potest: Desiderium vero genas pudore tanquam rubore perfundit magis quam natura rosas nondum plene expansas, vbi verno tempore prae maturitate dilatare sese incipiunt, ac in extremis foliorum rubesiunt; Suadae denique in labiis sedem figentis gratia vna cum verbis destillat. Iam et in capite densi fulgent capilli purpurei atque in fronte diuisi. Quod si nitorem faciei depingere vellem, vsurpanda essent

(cc) Scrib. οὐδέ. (dd) Aliter vulgo Poetae, qui Orithyiam ex Attica propter Cephisium vel Ilissum flumen raptam a Borea in Thraciamque perductam tradunt. (ee) vocatur enim ille ventus γαμβρὸς Ἀθηναίων. vide commentatores ad Aeliani V. H. XII. 61. (ff) θηράτροις puto rescribendum.

τὶς ποιμὴν παρ' ἐκείνοις πεϑὼν τὴν Γαλάτειαν τὴν Νηρηΐδα προσείρηκεν, ἐκ τῆς ἑαυτῦ ποιήσας τέχνης τὸ μέλος, χορὸν δὲ Χαρίτων πλεξάμενος ἐδωκεν ἂν ταῖς Θεαῖς ταύτην συμπαίζουσαν.

XX. Ἀλλὰ εἰ γὰρ ἐγὼ ποιητικός τις ἦν τὴν φύσιν καὶ γλῶτταν εἶχον αὐτόνομον, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ κάλλος τῆς κόρης εἰπεῖν, καθάπερ Ὅμηρος, ἔστησα γὰρ ἂν αὐτὴν οὐ παρὰ βωμὸν Ἀπόλλωνος, ἀλλ' ἐν Ἀφροδίτης ἄλσεσι χρυσοῖς καταστικτον· ἤγαγον δ' ἂν ἐκ μὲν Ἀθηνῶν τὰς Μούσας, ἐπεὶ καὶ τοὺς ποιητὰς μέμφομαι, ὁπόταν αὐτὰς ἀποσυλῶντες τῆς πόλεως Βοιωτῶν ἀποχωρίζονται· τὰς Νηρηΐδας δὲ ἐκ τοῦ πελάγους τοῦ γείτονος, νυμφῶν τε χορὰς, καὶ Δρυάδων ἠχὼ, καὶ Σατύρους σκιρτῶντας, καὶ Πᾶνα συρίζοντα, καὶ πάντα τὸν Διονύσου θίασον, ἐντεῦθεν ὅπου τὰ δρώμενα· τήν τε μὴν Ἀφροδίτην αὐτὴν ἐκ μέσου τοῦ πελάγους ἀνιοῦσαν, ἔτι τὸν ἀφρὸν μετὰ τὴν θάλασσαν ἐξ ἄκρων πλοκάμων στάζουσαν, ὑπὲρ τοῦ λέχους ἂν ἔστησα, μειδιῶσάν τε ἡδὺ καὶ τοὺς παισὶ βάλλειν τὴν συνωρίδα κελεύουσαν. Εἰ δὲ καὶ ᾠδῆς ἐδέησεν, ἔδωκεν ἂν καὶ μέλος τοιόνδε. Νύμφα ῥοδέων ἐρώτων βρύουσα, νύμφα Παφίης ἄγαλμα κάλλιστον, ἴθι πρὸς εὐνὴν, ἴθι πρὸς λέχος, μείλιχα παίζουσα. Γλυκεῖα νυμφίῳ ἑσπερον ἔχουσ' ἅμ' (gg) ἀργυρόθρονον ζυγίαν Ἥραν θαυμάζουσαν.

XXI. Ἀλλὰ ποῦ μοι παρθένων, ποῦ δὲ ἠϊθέων χοροί; ὑμῖν τῶν λοιπῶν παραχωρείσθων οἱ λόγοι· ἀπτέτω τις δᾷδα μεγάλην, ὁ δέ τις ἠχείτω, ᾠδὴ δὲ ἐχέτω τὰ σύμπαντα· ἐπηχοῦσι δὲ καὶ πρῶνες καὶ νάπαι καὶ ποιμένων αὐλοὶ, καὶ πάντων νομέων σύριγγες, ὥσπερ τοῦ Διὸς ἐν Ἑλικῶνι τὴν Μνημοσύνην (hh) λοχευόντος. Ἐγὼ δὲ χορείαν μὲν τοῖς χορεύουσιν ἀφίσταμαι· στὰς παρ' αὐτὸν τὸν θάλαμον τύχῃ καὶ (ii) ἔρωτι καὶ γενεθλίοις προσεύξομαι, τῷ μὲν τοξεύειν εἰς τέλος, τῇ δὲ διδόναι βίον, τοῖς δὲ παίδων γνησίων γένεσιν, ἵνα τῷ (kk) ἐπιθαλαμίῳ κρατῆρι (ll) ποτὸν καὶ τὴν γενεθλίων σπουδὴν συνάψωμεν.

sent pigmenta Poetica. O albedinem et lac! Ita enim apud Poetam pastor aliquis Galateam Nereiden amans allocutus est, ex sua pastoritia arte carmen componens, Gratiarumque chorum instituens, cum Deabus colludentem amicam introduxit.

XX. Ego si natus essem poeta, linguamque haberem nullis legibus adstrictam, et adeo promtam, vt ipsam puellae formam sic describere possem, quemadmodum Homerus, statuerem illam non ad Apollinis aram, sed ad Veneris lucos, aureis indumentis variegatis ornatam; adducerem quoque Athenis Musas, siquidem Poetas reprehendimus, quando illas a Boeotiae vrbe omni conatu auellere student: praeterea Nereidas e mari proximo, Nympharum choros, Dryadum echo, Satyros saltantes, fistulantem Pana, totumque Bacchi coetum huc (*conuocarem*) vbi haec geruntur. Ipsam insuper Venerem, e medio maris prodeuntem, a cuius extremis capillis spumae marinae adhuc destillant, supra lectum collocarem, suauiter ridentem, puerosque, vt par coniugum feriant, iubentem. Si carmine etiam opus foret, tale instituerem melos: Sponsa roseis amoribus abundans, sponsa Paphiae Veneris imago pulcerrima, veni in thalamos, veni in lectum, blande ludens. O dulcis sponso, quae et Hesperum et argenteo solio insidentem Iunonem habes admiratores.

XXI. At enim vero vbinam virginum chori sunt, vbi iuuenum? Vobis in reliquis omnibus paret oratio. Accendat aliquis facem elatam, alius sonos edat, carminibus impleantur vniuersa. Adsonant cacumina montium, et saltus, et pastorum tibiae omnes atque fistulae, non aliter quam si Ioui in Helicone (*Musas*) pareret Mnemosyne. Ego saltationem cedo illis qui choros ducunt, et ad thalamum stans, Fortunam, Amorem, Deosque Genitales inuocabo. Cupidinem, vt sagittis perfecte perat, Fortunam, vt vitam largiatur, Deos Genitales, vt legitimorum liberorum procreationem; quo cum nuptiali poculo, et potum et conuiuia in natalis diei honorem iungere valeamus.

Τῦ   Gggg 2   Eiusdem

(gg) Alias χρυσόθρονος Ἥρη dicitur; vt ap. Hom. Iliad. α'. in fine, ξ'. v. 153. (hh) Hic sensus esse debet. Nec aliter fabulae. Sed Graeca non conueniunt, quae corrigi et fabulae adaptari facile possunt. (ii) ἔρωσι γενεθλίοις Phot. (kk) Phot. γαμηλίῳ. (ll) Phot. ποτὸν omittit.

Τοῦ αὐτοῦ Πολεμαρχικός.

I. Οὐ τοῖς ψέγουσι τὸν νόμον τῶν ἐπὶ τοῦ μνήματος (a) ἐγνωκότων λέγειν, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι συντίθεμαι. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν παρὰ (b) νόμου λαβόντες, κατ' αὐτοῦ τῇ (c) ἐπὶ τοῦ λέγειν ἐξουσίᾳ (d) κεχρῆσθαι. Πολλῶν τοίνυν ἐπαινεῖσθαι ὁ νόμος ἄξιος· πρῶτον μὲν ὥσπερ Ἀττικὸν καὶ ἀκριβὲς μόνης τῆς πόλεως, χοαὶ μὲν καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν κατοιχομένων τιμαί, διὰ τὸ κοινῶς πᾶσι περὶ πάντων νομίζεσθαι, οὐδ' ἑτέρους ἐμφανίζουσιν, οὔτε τοὺς διδόντας τὴν χάριν, οὐδ' εἰς προσάγονται· ὁ δὲ παρὰ τοῦ λόγου κόσμος ἐξαίρετον ἔχων τιμήν, καὶ τῶν διωκόντων τὴν γνώμην καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν λαμβανόντων συνίστησιν. Ἔπειθ' ὅτι καὶ πλεῖον τοῖς ζῶσιν ἢ τοῖς τελευτήσασι προξενεῖ κέρδος τὰ δρώμενα· τὸν γὰρ ἐκ τοῦ θανάτου φόβον ὁ νομοθέτης τῇ παρὰ τοῦ λόγου τιμῇ παραμυθούμενος, ἄοκνον πᾶσι τὴν τόλμαν τὴν ὑπὲρ τῶν κινδύνων καθίστησι, μᾶλλον καὶ πλέον αἱρεῖσθαι τὸν ἐν πολέμῳ εἰς θάνατον, τοῦ κοινοῦ πᾶσι συμβαίνοντος. Ὅταν γὰρ ἕκαστος εἰκότως λογίζηται, ὅτι λυθέντι μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως, εἷς καὶ τοῦ βίου τέλος καὶ τῆς μνήμης ἐστὶν ὁ θάνατος, τελευτήσαντι δὲ σὺν ἀρετῇ τῷ σώματι μὲν ἐξιέναι τοῦ βίου, τῇ δόξῃ δὲ μένειν λείπεται, πῶς οὐχ ἑτοιμότερον τὸ τελευτᾶν τοῦ ζῆν ἀφανῶς ἀνταλλάττεσθαι; Τῷ μὲν οὖν ἐπαινεῖν βουλομένῳ τὸν νόμον, καὶ ταῦτ' ἔνεστι λέγειν καὶ τούτων ἔτι (e) σεμνότερα· ἡμῖν δ' ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδιστέον τὸν τῶν τῇδε κειμένων ἔπαινον.

II. Ἡ δὲ τῶν ἐγκωμίων ἀρχή, (f) τὸ μὲν δοκεῖν, κοινὴ πρὸς ἅπαντας· τὸ δ' ἀληθές, τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐξαίρετος· οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἄλλους ἐπαινεῖν σπουδάζοντες, ἵνα τὸ γένος ὑμνήσωσιν, ὡς προγόνων (g) τινῶν εὐφημίας τὴν τοῦ λέγειν φύσιν ἀναβιβάζουσιν, ἢ τὴν γῆν ὅθεν οἱ πρόγονοι τῶν ἐπαινουμένων ἐγένοντο· πάντες γὰρ (h) ἐπαινετῶς οἱ πρόγονοι τῶν ἐπαινουμένων ἐγένοντο· οὐ μὴν καὶ κατὰ τούτων οὕτως ὁ νόμος νενίκηκεν· ἀλλ'

Eiusdem Himerii laudatio Atheniensium, qui in bello Persico occubuerunt.

I. Non ego cum illis faciam qui legem reprehendunt, qua sancitum est ad monumenta habere orationes, sed cum his qui illam laudant: quum absurdum sit, dicendi potestatem a lege quidem accipere, sed ea contra legem ipsam vti. Lex vero haec multis nominibus laudem meretur. Primum, quod Attica consuetudo, quam sola Vrbs accurate seruat, inferias nimirum peragere mortuis et reliquos exhibere honores, ea ipsa quod communiter in omnibus defunctis obseruari debeat, neutrum reddat illustriorem, non illum qui beneficio hocce adficit, neque etiam eum qui adficitur: ornata vero oratio singularem conferat honorem, et tam oratoris ingenium quam laudatorum virtutes posteritatis memoriae commendet. Deinde quoniam maius lucrum viuentes quam demortui ex commemoratione fortium factorum percipiunt; dum enim mortis metum funebri laudatione sedare iussit legislator, animum vniuersis addidit, vt intrepide subeant pericula, malintque in bello obire, quam vulgari omnibus morte perire. Si enim quilibet secum reputauerit, quod vbi e vita excesserit homo, vnus sit idemque et vitae et memoriae eius finis, mors scilicet; quod vero ille qui fortiter pugnando diem clauserit, e vita quidem excedat, quantum ad corpus attinet, sed gloria superstes maneat: nonne paratiorem sese deprehendet ad commutandam mortem gloriosam cum vita ignobili atque obscura? Quamobrem qui dictam laudare voluerit legem, et haec afferre potest, et his longe praestantiora; nos vero ad laudationem eorum, qui heic occubuerunt, pedem promouere decet.

II. Etsi vero initium laudationum funebrium ad omnes promiscue spectare videatur, reipsa tamen hisce viris proprium est. Qui alios laudibus extollere conantur, vt genus praedicent, ad maiorum encomia oratione adsurgunt, vel certe ad terram, ex qua originem duxerunt laudandorum parentes. Atqui omnes illi, quos nunc celebramus, omnino maiores habuerunt laudatissimos, neque adeo illis

(a) Phot. εἰωθότων. (b) αὐτοῦ idem. (c) Phot. παρά. (d) Phot. χρῆσθαι. (e) Mallem σεμνότερα. (f) Phot. τῷ. (g) Phot. τινάς. (h) Plane alio sensu Photius: ἐπιεικῶς οἱ πρόγονοι τῶν πανταχοῦ θαυμαζομένων, ἐσίλωσεν.

ἀλλ᾽ ὁμοῦ τι Ἀθηναίοις (i) εἴρηκα, καὶ μετὰ τῆς ἐπωνυμίας (k) δηλῶ τοὺς αὐτόχθονας. Ἄρα οὖν οὐχ ἕτερον μὲν τῶν προγόνων, ἕτερον δὲ τῶν παίδων ἢ τῶν ἐγγόνων ἐγκώμιον· ἀλλ᾽ ὥσπερ (l) ἄλλο τι σύμβολον ἐν πᾶσι τοῦτον τῆς εὐγενείας ὑπέχει γνώρισμα, κοινὴν καὶ τὴν εὐφροσύνην ἅπασι τὴν τῆς εὐφημίας ἐργάζεται.

lis lex hac (*Attica*) obstat. Aio illos esse Athenienses, et cognomine Telluris filios. Ad hanc vsque diem eodem gaudent encomio et maiores, et liberi, et nepotes, estque illud commune omnibus signum; idem quoque nobilitatis indicium permanet, quod parem ex aequo animi voluptatem, ob meritas laudes, creat.

III. Ἂν ἐπαινέσῃς τὴν Λακεδαίμονα, Θηβαῖοι ποιοῦσι τὴν εὐφημίαν ἀμφίβολον, τῆς γενέσεως τῆς Ἡρακλέους μεταποιούμενοι· ἂν Θήβας σεμνύνῃς τῷ λόγῳ, Κάδμος ἐκεῖ, καὶ Φοινίκων πλάνη, καὶ τὰ τῶν ἐπαίνων ἀλλότρια· ἂν γενεαλογήσῃς Ἀργείων τὴν πόλιν, θαυμάσεις Αἰγυπτίους πλέον, ἀφ᾽ ὧν τοὺς ἀρχηγέτας ἐπάγονται. Τῇ πόλει δὲ καθαρὸν ἀπανταχόθεν τὸ τῆς εὐγενείας ἐγκώμιον· οὔτε μηδὲ πρὸ Ἀθηνῶν ἑτέρα πόλις ἢ ἄνθρωποι, ἀλλ᾽ ὁμοῦ τὸ συναμφότερον ἡ φύσις ἔδειξεν, ἐπὶ μὲν γῆς πόλιν Ἀθήνας, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις τὸν ἄνθρωπον.

III. Si Lacedaemonem laudare volueris, Thebani dubiam hanc laudationem facient, sibi originem ab Hercule vindicaturi. Si Thebarum laudes oratione celebraueris, illico aderit Cadmus, et vagabundi Phoenices, et alia quae ad proprias (*vrbis*) laudes nil faciunt. Si Argiuorum ciuitatis originem vltimam enarrare velis, vehementer admiraberis Aegyptios, a quibus stirpis suae duces repetunt. Vrbs vero haec puram ex omni parte et cum aliis non commixtam nobilitatis gloriam seruauit; neque enim ante Athenas vel alia ciuitas fuit, vel alii homines, sed eodem tempore, naturae beneficio, duo haec exstiterunt, in terra quidem vrbs haec, in reliquis vero animalibus homo.

IIII. Τοιγαροῦν ὅσα ἐν ἀνθρώποις κάλλιστα καὶ φύσει καὶ νόμοις ἐξεύρηται, τούτων ἁπάντων δικαίως ἂν ἡγεμὼν ἡ πόλις ἡμῶν ἐπιφημίζοιτο· ἅτε γὰρ ὁμιλήσασα πρώτη θεοῖς, εἰκότως καὶ πρώτη τὰ παρ᾽ ἐκείνοις εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐξήγγειλεν. Ἄρχεται δὲ τῶν δωρεῶν, ἀπὸ πρώτων τῶν πρὸς τὴν χρείαν τῶν ἀναγκαίων πεποιημένων τὴν εὕρεσιν, ἐπεὶ καὶ πάντως ἄτοπον ἦν, πρὶν ἡμερῶσαι τοῖς πρὸς τὸ γένος, ὑπὸ διαίτης θηριώδους πρότερον πρὸς ἀλλόκοτον βίαν φύσιν ὑποφερόμενον, τέχνας καὶ νόμους καὶ τελετὰς καὶ τὰ λοιπὰ διδάσκειν, ἀφ᾽ ὧν ὁ βίος κεκόσμηται· ὅθεν οὖν ἐχρῆν τοὺς κατὰ γένος εὑρετὰς τοῦ γένους τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν ἐντεῦθεν δὴ λαμβάνουσιν.

IIII. Quapropter omnium praeclararum inter homines rerum, quae siue natura concessit, siue ars inuenit, dux est atque auctor vrbs nostra, ad quam proinde merito illae referendae; quippe quae primum versata cum Diis, iure etiam omnium prima Deorum facta hominibus adnuntiauit, initio sumto a muneribus, et iis quidem primo loco, quae in vsum vitae necessarium data sunt. Esset enim perquam inconueniens, nondum mansuefacto genere illo humano (quod propter victum belluinum ad prodigiosam vitae rationem ferebatur) artes, et leges, et sacra solemnia, et reliqua docere, quae vitae ornamenta sunt. Vnde necessum erat, vt generis auctores, inde initium facerent (*excolendi*) generis, vnde re ipsa fecerunt.

V. Ἐπλανᾶτο δὲ Δημήτηρ κατὰ τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ πάσης, ὡς λόγος τὴν ἁρπαγὴν τῆς κόρης μεταδιώκουσα· γῆν δὲ ἐπελθοῦσα πᾶσαν καὶ θάλασσαν, ὡς κατ᾽ Ἐλευσῖνα γίγνεται, τῆς τε πλάνης (m) ἑστήκει, καὶ τὴν ζητουμένην κομίζεται· μισθοὺς δὲ ἀμφοτέρων εἰσφέρουσα

V. Oberrabat Ceres per vniuersum, qui sole collustratur, orbem, raptam, vt fabula habet, Proserpinam insecutura. Ea quum totam terram cum mari obiisset, ac Eleusinem peruenisset, vagari desiit, et quaesitam recepit, ac vtriusque rei

Hhhh causſa

(i) εἴρηκας Phot. (k) Phot. δηλοῖ. (l) κοινόν τι puto emendandum. Ita sane interpretatus sum, flagitante sensu. (m) Est praesens verbi ἑστήκω, vnde futur ἑστήξομαι apud *Aristot.* Metaphys. IX. 3. et *Aelian.* hist. anim. I. 36. Quod monendum, ne quis Himerii locum censeat mendosum,

εἰσφέρουσαι τοῖς τὴν πλάνην τῆς Θεοῦ τῶν ἡμετέρων λύσασι, καρποὺς χαρίζεται καὶ μυστήρια, ὧν τοῖς μὲν τὴν τροφὴν, τοῖς δὲ τὴν γνώμην ἡμέρωσεν. Ἡ μὲν οὖν πρώτη καὶ μεγίστη χάρις οἷς πάντας ἀνθρώπους τῆς ἡμετέρας πόλεως ἐντυχεῖν τὴν ἀρχὴν εἴληφε.

caussa mercedem dedit maioribus nostris qui finem erroris Deae fecerant, fruges atque mysteria; ac illis quidem cibum, his vero Ingenium emolliuit. Hoc est initium primi et maximi beneficii, vniuersis huiusce vrbis incolis exhibiti.

VI. Τοὺς δὲ ἐφεξῆς πως νόμους οὐκ ᾔδεισαν ἄνθρωποι, τούτων ἡ πόλις διδάσκαλος, τέχνας καὶ νόμους οὐδεὶς ἐνόμιζε, παρὰ Ἀθηναίων τῷ γένει τὸ συναμφότερον. Οὔπω πανηγύρεις ἠθροίζοντο, καὶ συνήγαγεν ἡ πόλις πρώτη, καὶ πάσας συναγαγεῖν ἐπέταξεν· ἄοπλος ἦν ὁ βίος, ὅπλα τῶν κινδυνευόντων προεβάλετο. Ἵππων χρῆσιν οὐκ ἠπίστατο, μερίζει πρώτη πρὸς ἄθλους καὶ πολέμων χρείαν τὴν ἵππων γένεσιν.

VI. Leges postea latas, sed antea quodammodo ignotas, primum vrbs docuit: artes legesque nemo tradebat, vtrumque Athenienfibus debemus. Nondum solennes agebantur conuentus totius gentis; at vrbs primam instituit panegyrin, et vt reliquae idem facerent iussit. Nondum arma in orbe erant, quum vrbs dimicantes instrueret armis. Ignotus erat equorum vsus; sed vrbs omnium prima, tam ad certaminum quam bellorum vsum, natos equos ostendit.

VII. Τούτοις δὴ πᾶσι τήν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν κοσμησάσαις, ἐπέραστοι γίνονται καὶ Θεοῖς· ἐρῶσι μὲν οὖν τῆς χώρας ἅπαντες, Ἀθηνᾶ δὲ καὶ Ποσειδῶν παραχωροῦσι τὴν ἅμιλλαν, οἱ δὲ ὅπλα μὲν οὐκ ἐπ᾽ ἀλλήλους ἤραντο· οὐ γὰρ θέμις ὑπὲρ τοιούτων παιδικῶν αἰγίδα κινεῖν ἢ τρίαιναν· ἄμφω δὲ τὴν δίκην πιστεύουσι τοῖς αὐτοῖς, ἐρωμένους τε ἅμα καὶ δικαστὰς τῶν ἀμφισβητουμένων ἑλόμενοι· κηρυχθείσης τῆς ἁμίλλης, θαλλῷ τε ἐλαίας καὶ κύματι τὴν ψῆφον ἔθεντο· τῷ θαλλῷ δὲ ἕπεται, (n) τῇ θεῷ λέγω, Ἀθηνᾶς γὰρ εἴρηται τὸ γνώρισμα· πεισθείσης δὲ οὕτω τῆς κρίσεως, ἡ μὲν θεὸς τὴν δίκην λαμβάνει (o) παρὰ τῆς πόλεως, παρὰ τῆς θεοῦ δὲ ἡ πόλις τοὔνομα.

VII. Quibus omnibus quum vrbs et regio exornatae fuissent, dignae sunt visae quas Dii amarent; qui sane omnes regionem dilexerunt, Mineruae tamen ac Neptuno certamen detulerunt. Pugnauerunt haec numina non armis (neque enim fas est in re tam ludicrâ vel aegida concutere, vel tridentem) sed iisdem (*quae impense amauerunt*) iudicium commiserunt, atque sic in re controuersa simul et amatores et iudices elegerunt. Indicto certamine, ramus oliuae et vnda pro calculis adhibentur; sed ramum quando nomino, Deam intelligo, estque, vt opinor, Mineruae signum Finita ad hunc modum contentione, ius accepit Dea ab vrbe, prout vicissim vrbs nomen a Dea.

VIII. Θαυμάσαντες δὲ ἅπαντες οἱ θεοὶ τὸ ἐπὶ τῇ πόλει δίκαιον, τὸ λοιπὸν ἀντ᾽ οὐρανοῦ τοῖς παρ᾽ ἡμῖν δικαστηρίοις ἐχρήσαντο· καὶ τοῦτο μὲν Ἄρει δικάζουσι φόνου γραφὴν ὑπὸ Ποσειδῶνος ὑπ᾽ Ἁλιρροθίῳ φεύγοντι, τοῦτο δὲ Ὀρέστην τῆς συμφορᾶς ἀπαλλάττουσι, κοινωνοῖς πρὸς ἑκατέραν τῶν φύσεων τοῖς τῶνδε προγόνοις χρησάμενοι. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὅ, τι τῆς τοιούτων (p) εἴποι χαλεπὸν εὑρεῖν· ἀλλ᾽ (q) ὅπως μὴ τούτοις ἑπόμενος πόῤῥω τῶν πράξεων γένωμαι, ἃς τοῦτο μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως οἱ τῶν (*) ὧδε κειμένων πρόγονοι, τοῦτο δὲ ὑπὲρ τῆς ὅλης Ἑλλάδος ἤραντο (r) τοὺς ἀρχαίους πατέρας μιμούμενοι, καὶ διὰ πάσης ἡλικίας

VIII. Postmodum iustitiam in ciuitate florentem quum admirarentur Dii, loco Coeli nostris tribunalibus tandem vsi fuerunt, coram quibus etiam cum Mars iudicatus fuit, quem Neptunus homicidii in Halirrhothio filio patrati accusauit, tum Orestes a caede absolutus per iudices, qui communibus ex vtroque parente maioribus gaudebant. Verum enim vero talia in oratione adhibere, inuentu difficile haud est; id potius curandum, ne, dum his insisto, longius a facinoribus recedam, quae partim pro vrbe ediderunt maiores illorum qui heic occisi iacent, partim pro vniuersa Graecia: qua in

(n) Phot. τὴν θεόν. (o) In margine ponitur ἐπί. Sed altera lectio verior. Consuluit enim Cecrops multitudinem, ex cuius nomine vocanda vrbs, teste Varrone apud *Augustinum* de C. D. XVIII. 9. (p) Phot. εἰπεῖν. (q) ὃ addit Phot. (*) τῇδε Photius. (r) Phot. παῖδες πατέρας μιμούμενοι.

ἡλικίας τε ὁμοῦ καὶ διαδοχῆς, τοῦ γένους τὴν (s) εὐτυχίαν καταβιβάζοντες· ὥσπερ ἐπὶ ταῦτα ἤδη πορεύσομαι.

IX. Ἄξιον δὲ ἴσως πρότερον τῶν τροπαίων τὴν φιλανθρωπίαν θαυμάσαι τῆς πόλεως, καὶ ὡς πρύτανις παντὸς τοῦ γένους, δεχομένη μὲν τοὺς δυστυχοῦντας, οἳ παρ' ἑτέρων ἠλαύνοντο, εἰς δὲ τὴν ὑπερορίαν πάλιν ἐκπέμπουσα τοὺς ἤδη τύχης ἐφιεμένους ἀμείνονος. Ἄπορον δὲ κἀνταῦθα πάλιν, ποτέρων τις μνημονεύσας πρότερον, ἢ ποίας διεξέλθοι πρώτας πράξεις τῆς πόλεως, καὶ πότερον τὰ τῇ γῇ κατορθώματα μᾶλλον, ἢ τὰ διὰ θαλάττης, ἢ πόθεν τοῦ λόγου ἄρξωμαι.

X. Μικροῖς ὅροις τὸ πάλαι τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος ἀφώριστο· λῃσταὶ τὰς Κυκλάδας ἐνέμοντο, ἄβατος ἦν ἡ πρὸς ἑσπέραν τῆς Πελοποννήσου θάλαττα, Θρᾷκες κατ' αὐτὴν ἐφήδρευον, ἠπείλουν Ἀμαζόνες ἐπέρχεσθαι. Ἴωνες πρὸ τούτων κατέφυγον, Ἡρακλεῖδαι πρὸ Ἰώνων τὴν Εὐρυσθέως βίαν ἀπεδίδρασκον, Θηβαῖοι κατὰ τῆς φύσεως ὕβριζον πάντας ἀνθρώπους ἀρνούμενοι. Δωριεῖς κατὰ μικρὸν κατὰ τῆς πόλεως σὺν Εὐβοεῦσι καὶ Βοιωτοῖς ἐθρασύνοντο. Τοσούτου δὴ νέφους πραγμάτων ἄλλοτε κατ' ἄλλους χρόνους μικροῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῇδε προσπίπτοντος, ἄξιον ἰδεῖν οἷοι ἐν ἅπασιν οἱ τούτων ἐγένοντο πρόγονοι.

XI. Τὰς μὲν δὴ νήσους ἡμέρωσάν τε καὶ ᾤκισαν, καὶ τὸ λῃστικὸν ἐξεκάθηραν, Ἴωνας δὲ εἰς τὴν ἀντιπέρας πέμψαντες ἤπειρον, τοῦ Ἀττικοῦ γένους πᾶσαν ὅσην Αἰγαῖος προσκλύζει χώραν ἐπλήρωσαν. Ἡρακλείδας δὲ ὑποδεξάμενοι, τὸν μὲν ὑβρίζοντα τῆς παρανομίας ἔπαυσαν, (t) αὐτοὺς δὲ τὴν τύχην ἀμείψαντες βασιλέας ἀντὶ φυγάδων Πελοποννήσου πάσης εἰργάσαντο. Θρᾳκῶν δὲ καὶ Ἀμαζόνων, τῶν μὲν τῆς πόλεως, τῶνδε δὲ καὶ αὐτῆς καταθρασυνομένων τῆς φύσεως, καὶ τοσοῦτο πλέον ἐστερημένων οἷς ἐθρασύνοντο, ὥστε καὶ πανοικὶ ὅτῳ προστύχοιεν, καθ' οὓς ἐπῆλθον ἑκάτεροι χρόνους, συμμίξαντες, τοὺς μὲν τῆς χώρας, τὰς δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπήλλαξαν, ὥστε μὴ τῷ γένει τὸ λοιπὸν τὴν Ἀμαζόνων φύσιν ἀλλὰ τῷ τάφῳ γνωρίζεσθαι. Ἐτάφησαν δὲ ἄρα διὰ τοῦτο καὶ οἱ πεσόντες Ἀργείων ὑπὸ τῷ τείχει τῆς πόλεως, φόβῳ ἀλλ' οὐχὶ ὠμῇ τῆς

(s) Phot. εὐψυχίαν. (t) Phot. αὐτοῖς.

in re patres ſuos imitati ſunt, per omneſque aetates ac ſucceſſiones felicitatem gentis deduxerunt. Itaque ergo ad illa orationem conuertam.

IX. Antea vero quam tropaea commemorem, e re videtur, humanitatem vrbis, quae generi vniuerſo praefuit, ſuſpicere, dum et infelices ab aliiſque expulſos recepit, et vltra limites emiſit eos, qui meliorem aſſecuti iam fuerant fortunam. Arduum vero heic eſt definire, quaenam primum commemoranda, aut quae res geſtae vrbis recenſendae prae aliis, num victoriae terreſtres vel nauales, aut quidnam primo loco ponendum?

X. Exiguis quondam terminis Graeca natio continebatur; latrones incolebant Cycladas, inacceſſa erat verſus occidentem Peloponneſus, infeſtabantque eam Thraces, ac ex altera parte Amazones minitabantur. Iones euaſerunt primum, et ante Ionas Euryſthei violentiam effugerunt Heraclidae: Thebani leges naturae violantes, cum nullis faciebant hominibus: Dores paullatim vna cum Euboeis et Boeotis contra vrbem ſeſe efferebant. Tanta negotiorum moles quum diuerſis temporibus ac propemodum indies huic vrbi incumberet, operae pretium videtur cognoſcere, quales ſe in illis omnibus praeſtiterint horum maiores.

XI. Manſuetiores ac habitabiles reddiderunt inſulas, et a praedonibus purgauerunt; Ionas in terram, quae ex aduerſo eſt, miſerunt, Atticiſque hominibus vniuerſam regionem, quam Aegaeum mare alluit, impleuerunt. Receptis Heraclidis effecerunt vt is, qui inſolentem ſe nimis geſſerat, ab improbitate deſtiterit, illorum vero (*Heraclidarum*) fortunam cum meliore commutauerunt, atque ex profugis creauerunt totius Peloponneſi reges. Thracas denique et Amazonas, quorum illi contra vrbem, hae contra naturam audacter egerunt, (quae duae nationes adeo ſeſe extulerunt ac eo vſque audaciae progreſſae fuerunt, vt vniuerſae familiae illarum cum obuiis quibuſuis, per omne tempus quo vtraque gens durauit, manus conſeruerint,) grauiter coercuerunt, Thracaſque e regione eiecerunt, Amazonas autem de genere humano ſic deleuerunt, vt poſteris nonniſi ex ſepulcro innotuerint. Qui ex Argiuis perierunt illo bello ad murum vrbis ſe-

τῆς φύσεως, δύναμ βιασθέντων Θηβαίων τῷ κοινῷ τῆς ὁσίας νόμῳ τὰ σώματα. Θαυμαστοὶ μὲν δὴ καὶ τοῦτοι σύμπαντες.

XII. Ἀλλ' ἴσως δὴ τὸ τῶν χρόνων πρεσβύτερον εἰς τὸ μυθῶδες τοὺς περὶ αὐτῶν λόγους ἐκβιαζόμενον, ἀμφίβολον ποιεῖ τὸ πολὺ θαῦμα τῶν πράξεων, τούς τε τρεῖς πολέμους καὶ τούτους Ἑλληνικοὺς ἐπὶ μιᾶς ῥοπῆς ἀνασκελαυτα. Τίς οὐκ ἂν αἰδοῖτο τῷ λόγῳ, τίς δ' ἂν οὐ παραλιπὼν αἰσχύνοιτο; τίνος δὲ ἧσσον οὗτοι; Ἐκίνησε φθόνος ποτὲ κατὰ τῆς πόλεως Δωρικὸν ὁμοῦ καὶ Βοιώτιον· (u) ἀλλ' οἱ μὲν Δωριεῖς ἠγάπων σωζόμενοι, Χαλκιδεῖς δὲ ἅπαντες ἤγοντο· τρία δὲ ἔστησε τρόπαια· τῶν δὲ τροπαίων τὸ τάχος ἐστὶ λαμπρότερον· τὸ γὰρ κατ' Εὐβοίας καὶ Βοιωτῶν, μιᾶς ἦν ἡμέρας τὸ συναμφότερον.

XIII. Ἀλλὰ γὰρ (x) οἶδα πᾶσι ἀποδιδόναι τὸ τῆς εὐφημίας μέρος βουλόμενος τοῖς ἄνω χρόνοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ παντὸς τοῦ γένους κατὰ τὰς μάχας πρωτεύσασιν, ὅτι τούτοις τὴν ἀξίαν τηρεῖν, τῷ τὸ μέγεθος τῶν πράξεων (y) ἐν τῷ τῶν λόγων συγκεχύσθαι, καὶ μήπω τούτων προσεῖπεσθαι, ὧν ἡ τῶν ἀκροωμένων προσδοκία ζητοῦσα πάλαι τὸν ἔπαινον ἀσχάλλειν ἔοικεν, (z) ὅτι μήπω τῆς ἐπιθυμίας (a) ἐμπεπλῶνται. Οὐκοῦν (b) ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἰτέον ἤδη τῷ λόγῳ· τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης ἀπολείπεσθαι μέλλειν τῶν πράξεων, ὅτι κοινὸν ἁπάντων, (c) οὐδὲν ἂν εἴη δίκαιον ἔγκλημα.

XIIII. Πέρσαι (d) ὃν κλῆρον ἕνα τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν δεῖξαι τοῖς ὅπλοις βουλόμενοι, μικρῷ μέρει τῷ πρὸς ἑσπέραν πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν (e) ἐξείργασθαι. Τοῦτο βασιλεὺς Δαρεῖος ἐζήτει Πέρσαις χαρίσασθαι, ἵνα τοσαύτην ἔχῃ βασιλεὺς γῆν, ὁπόσην ἥλιος ἔπεισι· ζητῶν δὲ πρόφασιν τῆς ἐπιθυμίας

pulsi fuere ab hostibus, non tam naturae leges reuerentibus, quam Graecos metuentibus, Thebanis per communia Iustorum funebrium statuta coactis, occisorum corpora reddere. Quamobrem admiratione digni sunt hi omnes.

XII. Sed forsan narrationes de maioribus temporum vetustate aliquid fabularum secum trahentes, dubiam reddere possent gloriam rerum gestarum, nisi tria bella, et quidem Graeca, vno quasi temporis momento confecissent. Quae ecquis est qui oratione non laudaret? ecquis vero non sine pudore memoriam illorum praetermitteret? Quaenam vero illa bella? Excitauerat quondam inuidia aduersus vrbem nostram Doricum, Boeotium (*et Chalcidicum*) bellum. Sed Dores contenti fuere quod salui vix euaserint, Chalcidenses omnes abducti, (*atque Boeoti prostrati fuerunt.*) Tria proinde tropaea vrbs statuit, eo illustriora, quo breuiore temporis spatio ab hostibus relata. Euboeum namque ac Boeoticum tropaeum vno die erectum fuit.

XIII. Sed dum singulis, qui superioribus temporibus pro patria totaque Graecorum gente pugnantes vicerunt, vel partem aliquam laudis tribuere conor, videri possem, non pro meritis illorum dixisse, eo quod et rerum magnitudinem oratione nimium properante occultauerim, et nondum illorum meminerim, quorum elogia frustra adhuc exspectauisse videntur auditores, nec sine moerore, quoniam desideria sua nec dum impleta animaduertunt. Itaque ad hoc certamen eundum est oratione nostra, quae si ad facinorum granditatem non adsurgit, inste reprehendi haud potest, quum id vitii cum multis aliis habeat commune.

XIIII. Persae, qui totum terrarum orbem armis tanquam sortem sibi vindicare voluerant, exiguo ad occasum tractu cupiditates suas reprimere coacti fuerant. Id enim animo voluebat Darius, Persis suis hoc exhibere beneficium, vt omnem, quae sub sole est, terram, rex possideret. Cui desiderio quum illustrem quaereret praetextum,

(u) Addit Photius: Καὶ προσέτι Χαλκιδέων τῶν ἀπ' Εὐβοίας ἐκ τρίτου πόλεμον· πῶς ἂν ἅπαντας τούτους ἡ πόλις ἀντέσχε; ἔπιπτον Βοιωτοί, Δωριεῖς ἠγάπων &c. ex quo defectum MS. in versione expleuimus. (x) Phot. ἔοικα. (y) ἐν τῷ τῶν λόγων τάχει Photius. (z) Idem ὅτι. (a) Phot. ἐμπέπλανται. (b) Phot. ἐπὶ ταῦτα. (c) οὐδεὶς Phot. (d) ὃν abest apud Phot. (e) Phot. ἀπείργοντο.

μίας εὐπρόσωπον, κατὰ μὲν τῶν ἄλλων οὐχ εὕρισκεν, ὅτι μηδὲ ἦσαν περὶ τῆς πόλεως οἱ κατὰ Μήδων θαρσήσαντες· καὶ γὰρ ἐκ Λακεδαίμονος ἦσαν οἱ πλεύσαντες περὶ Ἰωνίαν στόλαι· οὐδὲ Κορινθίους ἐλύπει, γένος Ἀττικὸν, Πέρσαις δουλεύειν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀναγκαζόμενον· ἀλλ' ἑκάστῳ κέρδος ἦν, οὐ τὸ ῥύσασθαι τοὺς δουλεύοντας, ἀλλὰ κερδᾶναι τὰ παραπλήσια. Μόνης δὲ, ὡς ἔοικεν, ἦσαν οἱ προαγῶνες ὄντι τῆς πόλεως.

praetextum, non inuenit, qua sub specie alios bello inuaderet. Nam neque vrbis caussam tuebantur illi, qui arma contra Medos sumserant, (quandoquidem Lacedaemone venerat, quae circa Ioniam nauigabat classis,) neque Corinthios offenderat Darius, progeniem Atticam, sed Persis in Asia seruire compulsam: quiuis vero illud pro lucro habebat, non vt seruituti semel (*a Persis*) addictos liberet, sed loca maxime propinqua in tuto colloecet. Sic ergo certaminis praeludia soli imminebant vrbi.

XV. Τοῦ γὰρ Ἰώνων γένους ἀναρπασθῆναι κινδυνεύοντος, ὅτι μὴ τῆς μητροπόλεως ἐφρόνησαν ἄξια, τῆς ἐλευθερίας ἀνεμιμνήσκοντο. Καὶ παρὰ μὲν τῆς Σπάρτης οὐδὲν ἀπήντα φιλάνθρωπον, καίτοι παρὰ πρώτους τὴν ἱκετηρίαν θεμένων, οἵπερ ἡγοῦντο τῆς πράξεως· μόνοι δὲ Ἑλλήνων οἱ τῇδε κείμενοι, καὶ τὴν φύσιν ἐγνώρισαν, καὶ τὴν ἱκετηρίαν ἐδέξαντο, καὶ πῦρ ἐπὶ Σάρδεις κομίζοντες ἔδειξαν τότε τοῖς Πέρσαις, ὅτι τινὲς ἀνθρώπων εἰσὶν ὑπὲρ ἐλευθερίας ἔτι μαχόμενοι.

XV. Etenim quum Iones sedibus pellendi essent, et maximo iam in periculo, propter non rite custoditam vrbem primariam, versarentur, libertatis suae recordabantur, a Spartanis vero absque humanitatis officio dimissi fuerunt, licet praecipuos, et qui rebus praeerant, supplices rogauerint; soli tamen Athenienses, ex omnibus Graecis, qua essent indole notum fecerunt, supplicationes admiserunt, igneque Sardibus iniecto Persis monstrauerunt, dari adhuc quosdam, qui pro libertate pugnent.

XVI. Αὕτη μὲν δῆθεν ἐκ τῆς Περσῶν στρατείας ἡ πρόφασις. Καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς, τὸ μὲν δοκεῖν, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐνέσκηπτε μόνον, τῶν ἄλλων μόνην θαρσησάσης κατὰ τῶν πραγμάτων τῶν βασιλέως θαρσύνεσθαι, τὸ δὲ ἀληθὲς κατὰ τῆς Ἑλλάδος ὅλης· οὐ γὰρ ἦν ἄδηλον, ὡς ὁμοῦ γέ τοι ἤρκει ἔχειν τὴν πόλιν καὶ τὸ γένος ὅλον μετὰ τῆς πόλεως.

XVI. Ita sane ipsa Persarum expeditio occasionem belli contra nos praebuit, cuius adparatus videri poterat aduersus vnicam vrbem hanc congestus, quippe quae sola ex omnibus aliis ciuitatibus ausa fuerat regis sese opponere destinationibus, re autem vera toti Graeciae ruinam minabatur. Neque enim obscurum erat, quod non solam vrbem, sed cum ea totam gentem, occupare atque subiicere voluerit.

XVII. Δόξαν δὲ ἅπαξ στρατεύσασθαι, παρὰ μικρὸν ἐδέησε πρὸς τὴν ἐγχείρησιν. Ἀνέστη μὲν γὰρ μικροῦ καὶ αὐτὸς Δαρεῖος ἐπὶ τὸν πόλεμον· καὶ τάχ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐπέβη τοῦ στόλου, εἰ μὴ προσέκειντο καὶ Ἐρετριεῖς τοῖς ἀδικήμασι· νῦν δὲ τῶν μὲν εὐλαβηθεὶς τὴν τόλμαν, τῆς δὲ αἰσχυνθεὶς τὸν πόλεμον, αὐτὸν οἴκοι μένειν ἐβουλεύσατο. Τοῖς μέν τοι σατράπαις ἐπίστευσε τὴν τόλμην, τοσαύτην δοὺς εἶναι στρατείαν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὅσηνπερ ἂν εἰ καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐστράτευσε.

XVII. Quum ergo visum nobis fuisset expeditionem suscipere, omnia conatibus haud respondere visa sunt. Parum enim absuit quin Darius ipse in bellum profectus fuisset, vel classem conscendisset, nisi Eretrienses illum vexare perrexissent. Horum audaciam quia metuit, vrbemque ipsius oppugnare dubitauit, domi manere decreuit, Satrapis expeditione commissa, tantoque aduersus Graecos exercitu conscripto, quantum rex ipse solet in pugnam educere.

XVIII. Μέγα δὲ ἐκεῖνο τοῦ πλήθους τοῦ πεμφθέντος τεκμήριον, ἀμφίβολος τοῖς ἀφηγουμένοις τῶν στρατευσαμένων ἀριθμός ἐστι, καὶ νῦν καταλείπεται. Καὶ οὔπω τοῦτο παράδοξον· εἰ τὸ τῆς φήμης παράδοξον καὶ ἀμφίβολον τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν τοῦ πλήθους

XVIII. Cuius multitudinem hinc colligere licet, quod nec historici numerum definire quiuerint, nec adhuc indicari possit. Neque id incredibile; fama ipsa inopinata et anceps accuratam copiarum ex Asia venientium notitiam intercepit,

θους τῶν ἀπελθόντων ἀφῄρηται, ὅπως καὶ τὸ τῶν πεσόντων πλῆθος τὴν ἀριθμοῦ φύσιν ἐξέφυγεν. Οὔκουν ἐξ ἐκείνου ὁ δῆμος τὴν ἰσάριθμον οὖσαν θυσίαν τοῖς ἀνῃρημένοις τῇ θεῷ τὸ χρέος ἐξέτισεν, ἀλλ' ἔτι χρήσης ὑπάρχει, καὶ μετὰ τοσαύτην χιμάρων θυσίαν τὸ πλεῖον αὐτῶν λείπεται.

XIX. Τοσούτῳ δὲ πλήθει στρατεύοντες, οὔτε τὰ τῆς νίκης εἶχον ἀμφίβολα, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀγωγίμων. (f) Τρόπαιον δὲ καὶ πόδας ἐφέροντο, ὡς τὰ μὲν ἀμαχεὶ στήσαντες, τοῖς δὲ ἀκωλύτως κατὰ τῶν ἁλόντων χρησόμενοι· τρυφῶν μὲν οὖν περὶ τῶν ὅπλων βασιλεὺς Δαρεῖος κατὰ τῆς πόλεως, μᾶλλον δὲ καὶ περὶ Δαρείου Δάτις, καὶ Ἐρετρίας καὶ Νάξου τὰ παραπλήσια. (g) Ὡς γὰρ ἀφείθη ἀπ' Ἰωνίας, καὶ πάλιν ἀποκρύψας πλήθει νεῶν τὸ φαινόμενον, περὶ τὰς νήσους τὰς κατ' Αἰγαῖον ἐσχίζετο, τὴν μὲν Ναξίων πόλιν πρὸς τὴν θάλατταν εὐθὺς μερίζεται, (h) τὴν μὲν ἀφεὶς μετὰ τῆς ἐπωνυμίας αὐτοῦ πω ἐπ' ἐδάφους, τὸ δὲ γένος εἰς τὰς τριήρεις ἐνθέμενος. Τὸν δὲ Ἐρετριέων ὄνομεν ὅπλων μὲν οὐκ ἠξίωσαν, (i) ἐλάττω Περσικοῦ πολέμου τὴν τύχην αὐτῶν νομίσαντες, χεῖρα δὲ χειρὶ πάντες ἀλλήλων συνέχοντες, σαγηνείας εἰκόνα τὴν Ἐρετριέων ἔδειξαν πόρθησιν.

XX. (k) Ἐπειδὴ δὲ, καὶ Μαραθῶνος ἥψαντο, τὰ μὲν τῶν ἐλπίδων ἠφάνιστο, ἐγνωρίσαντο δὲ καλῶς διὰ τῆς πείρας μαθόντες, ὅσον τὸ μέσον Ἐρετριέων καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως· οὔπω μὲν γὰρ ἔφθησαν τὴν ἀπόβασιν τῶν βαρβάρων πυθόμενοι, καὶ τὸν ἐνόπλιον ᾖσαν· οὔπω δὲ τοῖς ἀποβᾶσι συνέμισγον, καὶ παραυτίκα ἐτρέποντο. Ἐφόνευον ἄλλους ἐν ἄλλοις τοῖς εἴδεσι τῶν φόνων, τοὺς μὲν τάχει φθάνοντες, τοὺς δὲ τῷ φόβῳ χειρούμενοι, καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος φονεύοντες, τοὺς δὲ καθιππαζομένους ἐπὶ τὴν ἤπειρον, τοὺς δὲ τοῖς ὅπλοις ἐμπίπτοντας· ἐμάχοντο δὲ οὐχ οἱ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν προσαφῄρητο τὸν βίον ἡ μάχη, καὶ διπλοῦς εἰστήκει τοὺς ἄνδρας πόλεμος, ὁ μὲν πρὸς Πέρσας, ὁ δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν ὑπὲρ ἀνδραγαθίας τὴν φύσιν· τῇ μὲν οὐκ

quandoquidem ne occisorum quidem multitudo numerari potuit. Non ergo illo tempore populus tot numero victimas, quot inimicorum interemti fuerunt, Deae obtulit, sed debitor adhuc est, etiamque post tot mactatas capras longe tamen maior immolandarum numerus deest.

XIX. Tantas quum adduxissent copias Persae, de victoria ne dubitarunt quidem, quam ad sua obsequia pronam iudicauerunt, eumque in finem et tropaea et compedes attulerunt; illa quidem vt sine praeuia pugna erigerent, his vero captiuos impune constringerent. Adeo insolenter se gessit Darius, vel potius, quem classi praefecerat, Datis contra vrbem, priusquam arma intulisset, nec non contra Eretriam Naxumque. Etenim quum ex Ionia soluisset, innumerisque nauibus mare, quantum visui patet, contexisset, circa insulas in Aegaeo mari copias diuisit. Tum Naxiorum vrbem maritimam continuo sibi vindicauit, ita vt illam, seruato nomine antiquo, solo haud aequauerit, incolas tamen triremibus impositos abduxerit. Aliter hostes cum Eretriensibus egerunt, in quos ne armis quidem animaduertendum, sed eorum fortunam Persica fortitudine longe inferiorem censuerunt, eoque manus illorum omnium coniungere inuicem iusserunt vinculis, sic vt excidium vrbis non absimile fuerit capturae animalium.

XX. Verum vbi Marathona accesserunt, spes fortunae euanuit, quum experimento probe iam didicerint, magnum esse inter Eretriam et Athenas discrimen. Vix dum nostri barbarorum appulsu cognito statim ad arma concurrebant; vix manum conserebant cum his qui nauibus egressi erant, quum in fugam e vestigio verterentur. Trucidabant se mutuo diuersis internecionum generibus: quosdam celeritate anteuertebant, alios metu opprimebant, quosdam in litore iugulabant, nonnullos equis adhuc incursantes terram, aliquos in arma iam cadentes. Nec soli dimicabant viuentes, sed etiam illi quibus vita erat in pugna adenita, videbaturque praelium ex duobus constare hominum ordinibus, quorum

(f) Leg. τρόπαια. (g) Phot. ὡς δ' ἀφεὶς ἀπ' Ἰωνίας ὁ στόλος. (h) Phot. τῇ μὲν ἀφεῖσα μετὰ τῆς ἐπωνυμίας τὸ ἔδαφος, αὐτὸς δὲ τὸ γένος εἰς. (i) Phot. ἐλάττονα.
(k) ἐπεὶ Phot.

οὐκ εἶχον ἵνα μὴ Πέρσαις ὀφθῶσι πίπτοντες, τῇ δὲ καὶ ἀποθνῄσκοντες ἐμάχοντο, ἵνα φυγόντων ἤτοι τῇ φύσει παραχωρήσωσι.

rum vnus contra Persas decertaret, alter contra statas naturae leges, nimia fortitudine incitante. Illi minime concedebant, vt se cadentes viderent Persae; hi etiam moribundi pugnabant, vt locum facerent sociis, qui fugiendo salutem quaerere conabantur.

XXI. Τότε τις καὶ κατὰ τριήρους ὅλης (1) ναύτης στρατιώτης ἐτόλμησεν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν Ἀσίαν ὅλην ἐπιφερομένην δεξάμενος καὶ ζῶν ἐμάχετο, καὶ τελευτήσας οὐκ ἔπεσεν, ἀλλ' εἱστήκει καὶ μετὰ θάνατον, ὥσπερ διώκων, οἶμαι, καὶ Πέρσας μόνος τῷ σχήματι· ὁ δὲ τοῖς φεύγουσιν ἐπιδραμὼν εἰς τὴν θάλασσαν, Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται, κρείττονα δεξιὰν ἔχειν τριήρους ὅλης οἰόμενος· δείσαντες δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς Ἀττικῆς γένηται λάφυρον, πελέκει τὴν χεῖρα μερίζουσιν· ὁ δὲ πληγεὶς ἔκειτο, τῆς μὲν χειρὸς ἀφαιρεθεὶς, τῆς δὲ τριήρους ἐχόμενος.

XXI. Tunc temporis contra integram triremim vnicus classiarius pugnare sustinuit. Is vniuersam irruentem Asiam non meruit, sed et viuus certauit, et fato functus humi non procidit; immo post mortem adhuc stabat, ipso corporis habitu indicaturus opinor, vel se solum Persas insecuturum. Ac vere fugientes per mare secutus est, nauimque Phoenissam adprehendit, existimans manum suam fortiorem esse tota triremi. Interea barbari timentes, ne triremis Attici roboris inuicti spolium fieret, securi manum eius amputarunt; quo vulnere accepto mortuus est quidem, manus tamen, a reliquo corpore resecta, triremim adhuc tenebat.

XXII. Ὦ πρῶτοι τὴν Περσῶν τύχην ἐλέγξαντες· ὦ κρείττους τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως νίκας νικήσαντες· ὦ μετὰ διηγημάτων πεσόντες, ἃ μήτε πρὸ ὑμῶν μήτε μεθ' ὑμᾶς ὁ χρόνος ἤνεγκεν· ὦ στενότερον (m) τροπαίων τάφον κτησάμενοι· ὦ τὸ Μαραθῶνος ὄνομα τοῖς ἡλίου δρόμοις συναποτείνοντες· ὦ πρῶτοι τὰς ἀκλήτους συμμαχίας τὰς τῶν Θεῶν εὐτυχήσαντες. Μαραθὼν μὲν ἔχει τὰ σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς οἱ συστρατιῶται Θεοί, γῆ δὲ τὸ κλέος καὶ θάλαττα. Δαρείῳ μὲν οὖν καὶ τῆς τύχης καὶ τῆς ἐπιθυμίας πέρας Μαραθὼν γίνεται.

XXII. O vos primi, qui Persarum fortunam ostendistis lubricam! o qui maiores, quam humana fert indoles, victorias retulistis! o qui cum tanta facinorum commemoratione occubuistis, quantam neque prior tulit aetas, neque posterior feret! o qui augustius sepulcrum, quam sunt tropaea, vobis parauistis! o qui Marathonis nomen eousque extendistis, quousque solis cursus pertingit! o qui omnium primi nondum dicta Deorum certamina feliciter assecuti estis! Vestra quidem corpora Marathon tenet, animas vero Dii qui vobiscum pugnarunt, laudem denique et terra et mare. Ita Darii fortunae non minus quam desiderio terminum posuit Marathon.

XXIII. Ἐκδέχεται δὲ Ξέρξης παρὰ Δαρείου τὸ συναμφότερον, καὶ τὴν Μήδων ἀρχὴν καὶ τὸν πόλεμον. Μετὰ τὸ κλέος ὠδίνει ἐκεῖνο κατὰ τῆς πόλεως, μᾶλλον δὲ τὸ μῖσος πλέον τότε κατ' Ἀθηναίων Ξέρξην, ἢ πάλαι παρὰ Δαρείῳ πρότερον· τὸν μὲν γὰρ Σάρδεις ἐλύπησαν, τὸν δὲ καὶ Μαραθὼν πρὸς Σάρδεσι. Θυμουμένου δὲ Ξέρξου κατὰ τῆς πόλεως, οὐδὲν τῶν πάντων ἡσύχαζεν, ἀλλὰ πᾶν αὐτῷ συνεκινεῖτο καὶ συνεσείετο, καθάπερ Ποσειδῶνος αὐτοῦ ἀνάσσοντος τὴν γῆν ὁμοῦ πᾶσαν καὶ (n) τὴν θάλασσαν.

XXIII. Successit Dario Xerxes in vtroque, Medorum puta imperio atque bello. Hunc laudis cupiditas, quam ardenter exspectabat, contra vrbem excitauit, vel potius odium in Athenienses, quod multo acerbius erat eo, quo contra illos quondam exarserat Darius. Hic enim aegre quidem tulit Sardes expugnatas, Xerxes vero et Sardes et cladem Marathoniam. Tanto quum flagraret vrbis odio Xerxes, nihil tranquillum in orbe erat, sed omnia cum illo mouebantur et quatiebantur, ac si Neptunus ipse terram ac mare concuteret.

XXIIII. Ἀνίστη

XXIIII. Sic

(l) Phot. ναυτικός. (m) τροπαίου Phot. (n) τὴν abest apud Phot.

XXIIII. Ἀνέστη μὲν Ξέρξης ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ὥσπερ τρυφῆσαι κατὰ τῆς πόλεως μᾶλλον, ἢ πολεμῆσαι τοῖς Ἕλλησιν· οὐδὲν δὲ τῶν ἁπάντων ἡσύχαζε, Ξέρξου στρατευομένου, οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐ πεδίον, οὐκ ὄρος, οὐ ποταμὸς, οὐ κόλπος, οὐκ ἤπειρος οὐ, οὐ θάλασσα· ἀλλ' αἱ μὲν πόλεις ἐσείοντο, ἔθνος δὲ ἅπαν ἠλέγχετο, πεδίον δὲ οὐδὲν ἦν ὃ, τι μὴ στρατευομένων ἐκρύπτετο· ποταμὸς δὲ οὐδεὶς ἐπλήρου τὴν χρείαν πίνουσι· κόλπος δὲ ἅπας τὸν στόλον ἔπεμπε· γῆ καὶ θάλαττα τὴν ἀλλήλων φύσιν ἠλλάττοντο· τοῖς μὲν γὰρ πορθμοῖς ἐπέζευξε τὴν ἤπειρον, τὰς δὲ Φοινίσσας διὰ μέσων τῶν ἰσθμῶν ἔπεμπεν.

XXIIII. Sic itaque contra Graecos expeditionem fuscepit Xerxes, non tam vt praelio cum illis decertaret, quam vt molestus esset vrbi. Nihil, vt dixi, tranquillum in orbe fuit quum Xerxes in Graeciam duxisset exercitum; nulla ciuitas, nullus populus, nullus campus, nullus mons, nullum flumen, nullus sinus, nulla terra, nullum mare: commouebantur ciuitates, gentes vexabahtur omnes, nullus erat campus, quem copiae non obtexerant, nullus fluuius suffecit bibentibus, sinus omnes classes suas subministrabant, terra et mare propriam mutarunt naturam; terram quippe imponebat nauibus, naues autem Phoenissas per medios misit isthmos.

XXV. Ὤφθη τότε τῆς πάσης ἐλπίδος κρείττονα θαύματα· ἵππος καθ' Ἑλλήσποντον (o) γῆ Μηδική, καὶ δι' Ἄθω μέσου στόλος τριήρων πεμπόμενος· ἀπείχετο δὲ Ξέρξης οὐδὲ οὐρανοῦ τοῖς τολμήμασιν, ἀλλὰ μετῄει καὶ μετεπήδα τοῖς θαύμασιν, ἀπὸ θαλάττης ἐπ' ἤπειρον, (p) ἀπὸ ποταμοῦ, ἀπὸ γῆς ἐπ' ἀέρα, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν ἥλιον· (q) τοῦτο μὲν γὰρ τοξεύων τὸ φῶς ἀπέκρυπτε, (r) τοῦ δὲ πλέων τὴν φύσιν ἤμειβε, τῆς δὲ πεζεύων τὴν χρείαν ἤλεγχε. Καὶ (s) ἑωρᾶτο πελάγη μὲν ὑπὸ τριήρων κρυπτόμενα, στρατόπεδα τῆς ἀριθμοῦ φύσεως κρείττονα. (t) βασιλέα δὲ πανταχοῦ (u) μένοντα τῷ φόβῳ. (x)

XXV. Vidisses tunc miracula, quae omnem superarunt exspectationem, equitatum nempe in Hellesponto Medicum, per mediumque montem Athon classem triremium nauigantem. Neque abstinuit Xerxes ab huiusmodi moliminibus, quae coelo propria sunt, factisque suis mirandis transiliit a mari in terram, a fluuiis et tellure ad aerem, atque hinc ad solem. Ac solis quidem splendorem sagittarum emissarum multitudine texit, terrae vero naturam, nauigando per eam, inuertit, maris denique vsum, pedibus iter per illud faciens, monstrauit. Conspeximus maria triremibus occultata, exercitus omnem numerandi modum excedentes, atque regem qui metu praesens erat vbique.

XXVI. Τοσούτου τοίνυν θορύβου (y) διὰ πάσης γῆς ἠχημένου, καὶ κρινομένων ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος τῶν ὅλων, οἱ μὲν ἄλλοι σύμπαντες τοσοῦτον (z) ἐπὶ τοῖς δεινοῖς κερδαίνειν ᾤοντο, ὅσον ἀπεῖναι Πέρσας τῶν πόλεων. Καὶ μάλ' εἰκότως· ὅτε γὰρ ἐδούλευον μὲν Θηβαῖοι, Θετταλοὶ δὲ ἐμήδιζον, Κερκυραῖοι δὲ ἐφήδρευον, Ἀργεῖοι δὲ ἐπρεσβεύοντο, Δελφοὶ δ' ἠπόρουν, ἠπείλει δὲ Γέλων, καὶ πρὸ Γέλωνος ἐκ μέσων τριπόδων ὁ Πύθιος, τίς ἐλπὶς ὅλως χρηστὴ, τίς δὲ προσδοκία σωτηρίας τοῖς ἀνταίρειν Πέρσαις διανοουμένοις ἐφαίνετο;

XXVI. Tanto tumultu totam occupante terram, quum de summa rerum Graecanicarum deliberaretur, plerique omnes censebant, id in calamitoso statu lucrandum esse, vt ab vrbe arcerentur Persae. Recte hoc illi. Nam quum seruirent Thebani, Thessali Medorum partes sequerentur, insidias struerent Cercyraei, Argiui legatos mitterent, Delphis dubia redderentur oracula, Gelon minaretur, et ante Gelonem e medio tripodis Apollo, quaenam, amabo, salutis exspectatio affulgere poterat his, qui sese Persis opponere cogitarent?

XXVII. Οὐ μὴν καὶ ἡ πόλις (a) βασιλεῖ τὰ πάντα σείοντι, οὐδὲ φόβῳ τῆς φήμης

XXVII. Verum enim vero vrbs regi, quantumuis omnia commouenti, non cessit,

(o) γῆ non exstat apud Photium. (p) Phot. ἀπὸ γῆς ἐπ' οὐρανὸν, ἐκεῖθεν καὶ ἥλιον. (q) τοῦ μὲν γὰρ Phot. (r) idem τῆς δὲ πλέων. (s) Phot. Καὶ σιωπῶ πελάγη μὲν ὑπὸ &c. (t) Phot. addit: ἔθνη δὲ δείπνου δαπάνης ἥττονα. (u) μὲν ὄντα Phot. (x) Additur in Photio: ὃ δὲ γῆς ἦν, διὰ τὸ πλῆθος λανθάνοντα. (y) διὰ omisit Phot. (z) ἐν τοῖς δεινοῖς Phot. (a) Phot. addit εἶξε.

μης αἰσχρὸν ἦν καὶ πρὸ τῆς πείρας ἐβούλευσεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρεσβείας πρώτης κρείττων βασιλέως ἐγίγνετο· ὁ μὲν τὰ τῆς δουλείας αἰτήσας σύμβολα, οἱ δὲ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἀντιπέμψαντες· ἦν γὰρ ὁ θάνατος ἡ τῆς πρεσβείας ἀντίδοσις. ὁ μὲν τὴν γῆν μεθεσκεύαζεν, οἱ δὲ τῆς γῆς (b) μετανίσταντο· ὁ μὲν δὲ ἐζεύγνυε τὸν Ἑλλήσποντον πόρον, οἱ δὲ πόλιν ἐποίουν τὴν θάλατταν· ὁ μὲν χιλίας τριήρεις ἔπεμπεν, οἱ δὲ τριακοσίαις μόναις πρὸς ὅλην τὴν Ἀσίαν ἤγοντο. Ἐφόβει δὲ οὐδὲν (c) αὐτὴν τῶν ἁπάντων ὅλως, (d) οὐδὲ ἐποίει τῆς ἀρετῆς ἐπιλαθέσθαι· οὐ Λακεδαιμόνιοι πίπτοντες, καὶ τοσοῦτον συνωφελοῦντες, (e) οὐ πάντες ἄνθρωποι μετὰ τῶν βαρβάρων στρατεύοντες· οὐ μαστιζόμενα κύματα, καὶ κολαζόμενα πνεύματα, καὶ (f) τρυφῶντες κατὰ τῆς φύσεως· ἀλλ' ἀνήγοντο μὲν μετ' Ἀρτεμίσιον, ἐπαιάνιζον δὲ (g) ἑκάτεροι τὰ νικητήρια, τοὺς μὲν βαρβάρους τοῖς ὅπλοις, τῇ δὲ ἀρετῇ πανταχοῦ τοὺς ὁμοφύλους ἐλέγχοντες.

cessit, neque famae metu perculsa turpe consilium iniit priusquam rei periculum fecisset. Quid? quod a prima statim legatione superior fuerit rege. Hic enim seruitutis signa postulauit, hi contra libertatis indicia remiserunt, eratque mors legationis remuneratio. Ille solum vertere iussit, hi ex patria non migrauerunt: ille Hellespontum iunxit ponte, hi mari vtebantur pro vrbe: illius classis mille nauium fuit, horum nonnisi CCC. queis contra totam se defendebant Asiam, nihilque omnino ex vniuersis, quae accidebant, metum ipsis iniicere poterat, vel efficere vt fortitudinis suae obliuiscerentur. Non id poterant Lacedaemonii cadentes, qui adeo profuerunt Graecis, vt fortiter dimicando mortem adierint, non homines omnes, qui vna cum barbaris aduersum Athenienses militabunt; non fluctus flagris castigati, non venti verberibus coerciti, non hostes contra naturam insurgentes ipsam: sed classem ad Artemisium ducebant, et quamuis vtraque pars paeana cecinerit victoriaeque gloriam sibi adscripserit, tamen nostris barbaris erant superiores armis, prout virtute bellica popularibus suis.

XXVIII. Ὦ τίνας μὲν ἐπωνυμίας ἀξίας τῶν ἔργων, τίνας δὲ καὶ κλήσεις ἐξεύροι τις· ὦ πάσης φύσεως ἀνθρωπίνης προκινδυνεύσαντες· ὦ μείζονα Ξέρξου τολμήσαντες (h)· ὦ ψυχὰς στοιχείων βεβαιοτέρας ἐπιδειξάμενοι· ὦ τοῖς Περσῶν τοξεύμασιν οὐ (i) καλυφθέντες τὸ φρόνημα· ὦ δύο τροπαίοις δεκαετῆ στόλον ἐλέγξαντες. ὑμεῖς (k) τὴν ἐπὶ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλατταν ἀγαπητῶς κλέψαι τὴν σωτηρίαν ἠναγκάσατε· ὦ πυθοχρήστους μάχας νικήσαντες. ὦ θείαν τὴν Σαλαμῖνα τοῖς ὑμετέροις ἀριστείοις ἀνακηρύξαντες· ὦ μόνοι δείξαντες ἀνθρώποις ἅπασι, ὅτι πᾶσα χεὶρ ὑπ' ἀρετῆς ἐλέγχεται.

XXVIII. O quae nomina, quas adpellationes, factis vestris conuenientes, inuenire quis poterit! o qui pro toto humano genere periculis vosmet obiecistis! o qui maiora conati estis quam Xerxes! o qui animos elementis fortiores ostendistis! o qui Persarum sagittis flecti non potuistis! o qui duobus illustribus tropaeis decennem expeditionem reddidistis notabilem! o qui hostes, per totam terram et mare diffusos, aegre ac furtim quaerere salutem coegistis! o qui Delphico praedictam oraculo reportastis victoriam! o qui diuinam Salaminem vestris facinoribus victricem publice renuntiauistis! o qui soli vniuersis ostendistis hominibus, omnes copias virtute bellica superari posse.

XXIX. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔχω τί χρήσωμαι. Πῶς μὲν ἐπαινέσω τὴν Πλάταιαν, πῶς δὲ διεξέλθω τὰ κατὰ Μυκάλην τρόπαια, πῶς Σηστὸν, πῶς (l) Ἠιόνα, πῶς τὸ Βυζάντιον,

XXIX. Ego sane quid nunc mihi agendum sit, non inuenio. Quomodo enim digne laudarem Plataeam, quomodo enarrarem tropaea ad Mycalen, quomodo

(b) Excidit sine dubio negandi particula. (c) Phot. αὐτούς. (d) Phot. οὐδὲν. (e) Phot. addit: τοῖς ἄλλοις. ὅσοι ἀνδρείως ὑπὲρ θανάτου βουλεύσασθαι· οὐ μαστιζόμενα &c. vnde suppleuimus versionem. (f) Phot. τρυφῶν βάρβαρος κατά. (g) *Discesserunt* enim *pari praelio*, vt Cornel. Nepos in Themist. scribit. (h) Phot. addit: κατα τῆς φύσεως. (i) Phot. κνιφθέντες. (k) Phot. τὸν ἐπὶ πᾶσαν ἰόντα γῆν. (l) vrbem Chersonesi, de qua *Holstenius* ad Steph. Byzant. in Ἠιών.

ξιον, πῶς τὴν παράλιον ἅπασαν, ἣν ὥσπερ ἄγος καθήραντες οὗτοι σὺν ὅπλοις ἐπῆεσαν, πανταχόθεν ἐκκόπτοντες τὰ τῆς βαρβαρικῆς δυνάμεως λείψανα. Ἀλλὰ (m) κἀνταῦθα σιγῇ παρέλθωμεν, (n) ἢ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς βασιλέα γεγενημένης (o) μνημονεύσωμεν, ἣ παντὸς τροπαίου σεμνοτέραν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐργάζεται; καὶ μάλα εἰκότως· (p) αἱ μὲν γὰρ (q) εἰσι καὶ τύχης ἔργα πολλάκις· τὸ δὲ ἑκόντα συγχωρῆσαι βασιλέα τῇ πόλει, ἵππου μὲν δρόμον (r) ἀφέξειν θαλάττης ἄνω, εἴσω δὲ (s) Χελιδονιέων καὶ Κυανέων μὴ (t) πέμπειν ὁλκάδα, πῶς οὐ καθαρὰν πανταχόθεν (u) προξενεῖ τὴν εὔκλειαν;

do Sestum, aut Eiona, aut vniuersam regionem maritimam? quam illi armis, non secus acsi piaculum quoddam expurgandum esset, lustrauerunt, barbaricae potentiae reliquias vbiuis e medio tollentes. Tacendane hoc loco est vel commemoranda pax cum Persarum rege sancita, quae multo illustriorem reddidit vrbem, quam tropaea omnia? Immo iure memoria eius vsurpanda. Tropaea enim fortunae haud raro debentur: illud vero, quod vrbi vltro concesserit rex, equitatum suum in partes superiores, mari vicinas, non excursurum, intra Chelidonias autem et Cyaneas insulas nunquam se posthac missurum onerarias naueis, nonne solidam per omnia conciliat vrbi celebritatem?

XXX. Τῶν δὲ (x) τοῖς βαρβαρικοῖς ὁμοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ Βοιωτοὺς πεπραγμένων τῇ πόλει, τίς ἂν παρελθὼν τὸν ἔπαινον, εἶτ' οὐκ ἀδικεῖν ἂν τὴν πόλιν δόξειε, τοσαύτης δόξης ἀποστερεῖν προηγούμενος; οὐχ οἵδε μέν εἰσιν, οἱ κατὰ ταὐτὸν Αἴγιναν πολιορκοῦντες, καὶ τοῖς βαρβάροις μαχόμενοι, καὶ Πελοπόννησον περιπλέοντες; οὐχ οἵδε οἱ νικήσαντες Λακεδαιμονίους ἐν Τανάγρᾳ, Βοιωτοὺς ἐν Βοιωτοῖς, Κορινθίους πρὸς αὐτοῖς τοῖς ὅροις τῆς χώρας; τοῦτο μὲν ὑπὲρ τοῦ τροπαίου, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ Μεγαρέων ἀνταίραντες.

XXX. Iam si quis ea, quae vrbs non contra barbaros modo sed et Lacedaemonios Boeotosque cum laude gessit, praetermitteret, annon censeri posset magna ciuitatem iniuria adficere, dum tanta illam gloria priuare vellet? Nonne hi nostri sunt, qui eodem tempore et Aeginam obsederunt, et contra barbaros pugnauerunt, et Peloponnesum classe circumdederunt? Nonne illi, qui Lacedaemonios ad Tanagram vicerunt, Boeotos in Boeotia, Corinthios intra propriae regionis terminos? dum nunc erigendi tropaei, nunc Megarensium caussa, arma sumserunt.

XXXI. Τὰς δὲ μετὰ ταῦτα μάχας πῶς θήσομεν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν ἀγνωμονήσαντες, τῆς ἀγνωμοσύνης δίκας ὑπισχνοῦντο δώσειν, ὅπως φανεῖεν πάντως ἡττώμενοι; Ἔχει μὲν γὰρ ἡ Ἀττικὴ κατὰ Λακεδαιμονίων τρόπαιον, ἔχει δὲ καὶ Σφακτηρία κατὰ τῆς Σπάρτης νίκης γνωρίσματα, Κρισσαῖον κόλπον, καὶ Κορινθίων σωφρονισμὸν, καὶ καρτερίαν ἐπὶ τῆς ἑσπέρας. Καὶ καθ' Ἑλλήσποντον μυρία τρόπαια, καὶ ναυμαχίας καὶ πεζομαχίας, καὶ (y) πρὸς ἅπασαν μὲν τυραννίδα, πρὸς ἅπασαν δὲ δυναστείαν (z) ἄλλοτε κατ' ἄλλους χρόνους ὑπὲρ τοῦ γένους

XXXI. Praelia vero postmodum secuta, quando nimirum Lacedaemonii, nimium erga vrbem nostram ingrati, improbitatis poenas daturos se promiserunt, quo constaret, se penitus esse superatos, in quemnam locum a me reiicienda sunt? Habet vtique suum de Lacedaemoniis reportatum tropaeum Attica, habet Sphacteria victoriae de Sparta relatae signa, Crissaeum scilicet sinum, Corinthiorum moderationem, atque in occiduis partibus tranquillitatem. Adde innumera in Hellesponto tropaea, nauales et pedestres pugnas, varia denique aduersus omne imperium et quemuis dominatum aliis atque aliis tempo-

(m) Phot. κἂν ταῦτα. (n) Phot. κἂν τῆς εἰρήνης. (o) Phot. μνημονεύσομεν. (p) Leg. τὰ μὲν. (q) εἰσὶ deest in Photio. (r) post δρόμον inserit Photius ἡμέρας. (s) Phot. Χελιδονέων. (t) Phot. πέμψειν. (u) Addit Phot. τῇ πόλει. (x) Corrig. βαρβαρικῶν· quae emendatio, aeque vt antecedens τὰ μὲν pro αἱ μὲν, illustri debetur *Steinbeslio*, qui apographo suo vtramque adscripserat. (y) Phot. addit ὡς. (z) Addit Phot. ἀντίς..ας.

γόνας ἀγῶνας μυρίους (a) ἔτι μοι διεξελθεῖν ῥᾴδιον, (b) ὅπως ἐς πρότερον ἐπικεχείρηκα.

temporibus pro natione suscepta certamina: quae omnia nec ego recensere accurate valeo, nec si quis ante me idem tentauit.

XXXII. Διόπερ οἶμαι (c) δεινῶς, ὥσπερ οἱ τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις νικηφόρους ἀνακηρύττοντες, (d) ἐν ταὐτὸν συνθεῖναι γνώρισμα, εἴθ' οὕτω ταύτῃ καὶ πρὸς τὸν νόμον ἀφοσιώσασθαι. Ὦ πᾶσαν (e) μὲν γῆν καὶ θάλατταν, ὅση (f) βατὴ, (g) τροπαίων, ὅση δὲ ἄβατος, δόξης καὶ κλέους πληρώσαντες· ὦ μόνοι ταῖς μεγάλαις πράξεσι (h) φύσιν καὶ χρόνον νικήσαντες· ὦ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν οὐ στήλαις ἀλλὰ τροπαίοις (i) νικήσαντες· ὦ πρὸς ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους ἀγωνισάμενοι, πάντας δὲ ἐπαινέτας καὶ μάρτυρας τῆς ἀρετῆς τοὺς ἀγωνιστὰς κτησάμενοι· δι' ὑμᾶς ἀγήρων ἀεὶ τὸ τῶν Ἀθηναίων ὄνομα, καὶ οὔτε Βαβυλὼν, οὔτε Νεῖλος, οὔτε τις ἄλλη εὐδαίμων πόλις ἢ χώρα ἢ δόξης ἢ χρόνου τοσοῦτον ἔχησεν, ὅσον ἡ πόλις ἐξ ἧς γεγόνατε· ὦ πρόγονοι τροπαίων· ὦ τῶν πάντων κατορθωμάτων διδάσκαλοι· ὦ πάντας ἐπαίνους πάσας δὲ γλώσσας νικήσαντες· ὦ μὴ κατοκνήσαντες (k) δόξῃ εἰς ἐπὶ πλεῖον ἐλθεῖν τοῖς ἀκινδύνου, ἧς νῦν κληρονόμοι τυγχάνετε, εὐδόκιμοι φανέντες οὐ τροπαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' εἰρήνην ἔργοις.

XXXII. Necesse ergo est, mea ex sententia, vt eos imiter, qui victores in stadiis voce praeconis renuntiant, ac vt vna nota complectar omnia, visurus, num hoc forsan modo iusta persoluere secundum leges valeam. Vos estis, qui terram omnem et mare, qua eius patet accessus, tropaeis, qua non patet, gloria et adorea impleuistis; vos soli stupendis factis naturam ac inuidiam superauistis; vos totum habitabilem orbem non columnis, sed tropaeis, emensi estis; vos vniuersos, cum quibus pugnauistis, homines fortitudinis laudatores habetis atque testes; vos effecistis, vt Atheniensium nomen nunquam consenescat; non Babylonis, non Nili, non vllius alius beatae ciuitatis aut regionis, tanta gloria per tam longum fuit tempus, quanta vrbis est, cui vos originem debetis; vos tropaea statuere docuistis posteros; vos prosperorum successuum magistri estis; vos laudes omnes linguasque (*factorum magnitudine*) vicistis; vos alacri studio ad summam nullisque labefactandam periculis gloriam contendistis, quam etiam hereditario nunc occupauistis iure, quippe quos non tropaea modo, verum etiam res pace gestae reddiderunt celeberrimos.

XXXIII. Εἴρηταί μοι καὶ μὲν τῆς (l) ὑποθέσεως ἴσως (m) ἐλάττονα, τῶν δὲ πολλῶν οὐκ ἐλάττονα. Λείπεται δὲ εὐφήμῳ (n) φωνῇ προσηχήσαντας πανδημεὶ πάντας τῷ μνήματι οὕτω τῆς τιμῆς ἀπαλλάττεσθαι.

XXXIII. Dixi; et pauciora fortassis quam argumenti postulat dignitas, sed quae tamen multis aliorum dictis non sunt inferiora. Reliquum est, vt in vniuersum omnes lingua fauente prosequantur sepulcrale hoc monumentum, atque hac ratione debitum honorem persoluant.

(a) In Phot. additur ἀναδεξάμενοι. (b) Phot. ὥστε εἴτις πρότερον. (c) Phot. δεῖν ὡς οἱ. (d) Phot. ἓν καὶ ταὐτὸν. (e) μὲν deest in Photio. (f) ὅση μὲν apud Phot. (g) Phot. νίκης καὶ τροπαίων. (h) Phot. χρόνον καὶ φθόνον. (i) Phot. μετρήσαντες, quem in versione, vt alias saepe, sequor. (k) Lego δόξης. (l) μὲν addit Phot. (m) Phot. ἥττω, (n) βοῇ Photius.

Τῦ αὐτῦ εἰς (a) βασιλέα (b) Παναθηναίοις ἀρχομένυ τῦ ἔαρος.

I. (c) Χαῖρε (d) φίλον φάος χαρίεν (e) μειδιῶν προσώπῳ· μέλος γάρ τι λαβὼν ἐκ τῆς λύρας εἰς τὴν σὴν (f) ἀποδημίαν (g) προσοίσομαι, ἡδέως μὲν ἂν πείσας καὶ αὐτὰς τὰς λύρας λύσαν μοι γενέσθαι καὶ ποίησιν, ἵνα τι κατὰ σῦ (h) νεανιεύσωμαι, ὁποῖον (i) Σιμωνίδης ἢ Πίνδαρος κατὰ Διονύσυ καὶ Ἀπόλλωνος· ἐπεὶ καὶ ἀγέρωχοί τινες καὶ (k) ὑψαύχενες, ἄφετοί τι καὶ ἔξω μέτρων ἀθύρουσιν,

Eiusdem Himerii oratio gratulatoria de imperatoris aduentu in vrbem, dicta Panathenaeis minoribus, vere nouo.

I. Salue amica lux, blando renidens ore. Ego dum carmen ad lyram tui aduentus caussa accinere adgredior, optarem, vt verba ipsa in lyram et carmen verterentur, quo floridum quid ac Poeticum de te eloqui possem, prout Simonides aut Pindarus de Baccho atque Apolline. Quamquam, cum illi insolentes fint et alte incedant, nec legibus adstricti vllis vltra metri

(a) Iulianum, fine dubio, cuius temporibus floruit Himerius, teste *Eunapio* in vita eius, et *Suida* tom. II. p. 116. Praesentis vero μελέτης apud *Photium* mentio cod. CCLXV. col. 353. sed obscura, his verbis: εἶτα ῥηθεὶς (nempe λόγος) ἐν τῇ πόλει εἰς αὐτήν τε τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ Ἰυλιανὸν τὸν βασιλέα. Postrema illa oratio in laudes Iuliani nostra est, vti coniicio. Ceterum, ex tam multis Himerianarum orationum ἐκλογαῖς, quae diligentissimus ille patriarcha Constantinopolitanus Bibliothecae suae, codice CCXLIII. inseruit, nullum tamen ex hac nostra μελέτῃ adposuit ἀποσπασμάτιον.

(b) Panathenaea minora esse intelligenda, quae die XX. vel XXI. mensis Thargelionis (quem alii Aprili nostro, alii Maio respondere aiunt) celebrabantur, patet ex addito, ἀρχομένυ τῦ ἔαρος.

(c) Χαῖρε φίλον φάος] Quibus verbis Theodectes orator amicam suam quondam salutauit; quod notum.

(d) φίλον φάος] Consueta formula. In conuiuiis, lumine illato, clamabant φῶς ἀγαθόν. Et *amicum lumen* de quouis igne; ac vix lumen fine *amici* epitheto dictum, in re iucunda. Hinc et πυρσὸς φίλιος *fax amica*: saepius vel apud solum *Polyaenum* II. 28, 2. III. 9, 55. pag. 267. VI. 19, 2. pag. 584. Quo cumprimis pertinet ex Anthologia MS. quam codice antecedente recensuimus, epigramma CIIII. auctorem habens Meleagrum:

> Ἤστραψε γλυκὺ κάλλος· ἰδὲ φλόγας ὄμμασι βάλλει.
> Ἆρα κεραυνομάχαν παῖδ' ἀνέδειξεν ἔρως.
> ΧΑΙΡΕ πόθων ἀκτῖνα φέρων θνατοῖσι Μυΐσκε,
> Καὶ λάμπεις ἐπὶ γᾷ ΠΥΡΣΟΣ ἐμοὶ ΦΙΛΙΟΣ.

Coruscat dulcis pulcritudo; ecce! flammas oculis emittit. profecto fulmine pugnantem puerum exhibet Amor. Salue qui desiderii radium adfers hominibus Myisce, ac in terra fulgeas fax mihi amica. Hoc tamen in loco Nostri φάος elogium est viri illustris, de quo dicimus ad *Luciani* Nigr. pag. 30.

(e) μειδιῶν προσώπῳ] *Sappho* carmine in Venerem: μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ. *Orpheus* hymno in eandem: καλῷ γήθουσα προσώπῳ.

(f) Corrigo ἐπιδημίαν.

(g) Legi etiam potest προσάσομαι.

(h) νεανιεύσωμαι] Eodem sensu *Aelian.* hist. anim. VI. 25. p. 352. ὑπὲρ τῶν τῦ Κύρυ φίλων τῦ νεωτέρυ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλυ νεανιευόμενος. *Xenophon ille Grylli filius cum de iuniore Cyro scribit, florido quidem et phalerato sermone*, &c. vt recte interpres.

(i) Σιμωνίδης ἢ Πίνδαρος] Qui Simonidis Lyrici hymnos, paeanas, et reliqua scripta recensuerunt, eius hymnum in Bacchum, et ᾠδὴ in ventum praetermiserunt: illius h. l. meminit Himerius, huius in orationis fine. Pariter Pindari in Apollinem hymnus non dictus vlli, quem tamen heic innuit Noster.

(k) ὑψαύχενες] Proprie de equis. *Dionysius Longinus* περὶ ὕψυς sect. IX. p. 25. ex Homeri Iliad. ε. 772. citat ὑψαύχενες ἵπποι, pro quo nunc Homerici legunt codices ὑψηχέες ἵπποι, *altisoni equi*. Ceterum de turgido vtriusque Poetarum, Simonidis ac Pindari, stilo, multa prostant testimonia. Nos paucissima dabimus ex innumeris. De Simonide innotuerunt omnibus *Catulli* versus:

> *Paullum quidlibet adlocutionis*
> *Moestius lacrimis Simonideis.*

Et quae

ἀθυρμασιν, ὀλίγα ϖϱοσκαλέσας ποιησιν δύναί μοι τι μέ⟨λ⟩Θ· Ἴηιον. Ταυτην γὰρ (l) φιλῶ τὴν Μῦσαν ἐκ τῶν ἀποθέτων τῶν Ανακρέοντ⟨ος⟩ τ πν σοι φέρων τὸν ὕμνον ἔρχομαι, καί ἴε καὶ αὐτὸς προσθεὶς τῷ ἄσματι. ὦ φά⟨ος⟩ Ἑλλήνων και τῶν ὅσοι Παλλάδος ἱερὸν δαπεδον μυσῶν τε ἄλση νίμεσθε.

metri terminos ludendo procedant, parum abest quin contendam, vt mihi Teium aliquod carmen inspiret Poesis. Hanc enim amo Musam, atque ex reconditis nunc tibi hymnum offero Anacreonticis, et quidem nonnulla cantico adiecturus. O lux Graecorum, immo omnium, qui vbiuis locorum sacrum Mineruae solum Musarumque nemora incolunt.

II. Πειθεὶς γὰρ ἤδη (m) τὰς λόγυς καὶ μέλη φθέγξεσθαι, ἐφάνης ἡμῖν, ἐφάνης, οἷον Ὅμηρ⟨ος⟩ μὲν τοῖς (n) ἀπειρηκόσι (o) ναυτίλοις φησὶ τὸν ὄυρον, καὶ τοῖς (p) Ἀφροδίτῃ χορεύειν μέλλυσι τὸν (q) ἕσπερον ὁποῖον εἰκὸς φανῆναι. (r) Τίνες μὲν ὕτω κάμνοντες εἰρήνης ἐπόθησαν ἄγγελον, τίνες δὲ χειμῶνας καὶ νεφέλας φεύγοντες λαμπρὸν ἰδεῖν ἠράσθησαν ἥλιον;

II. Interea dum plane eredo, ipsos versus et carmina vocem editura, (*sic te compello;*) Illuxisti nobis, illuxisti, inquam, non aliter quam despondentibus animum nautis ventus secundus, secundum Homerum, aut quam Hesperum oriri optant, qui choros in honorem Veneris ducere volunt. Quinam bello vexati tanto opere pacis desiderant nuntium? quinam tempestates ac nubes effugere conantes, tam ardenter expetunt splendentem videre solem?

III. (s) Νῦν ἔαρ, ὦ παῖδες, ὡς ἀληθές· νῦν ἐγὼ τῆς ὥρας αἰσθάνομαι· νῦν ᾠδὴ μὲν

III. Nunc ver est verum, iuuenes; nunc deliciis huiusce anni partis fruor; nunc

Et quae *Dionys. Halicarn.* in τῶν ἀρχαίων ἐξέτασει, tom. II. p. 69. de illo scripsit, qui videndus; excelluit enim Simonides in ciendo commiserationis adfectu. De Pindaro *Gellius* N. A. XVII. 10. *Nimis opima et pingui esse facundia existimatus est.* Ex recentioribus *Tan. Faber* epist. Critic. lib. I. ep. 19. p. 62. *Habet hoc Pindarus, vt dissoluta circa παρεκβάσεις intemperantia, supra omnes, quos vetus aetas tulit, laboret.*

(l) Forte φιλῶν.

(m) τὰς λόγυς] *Carmina, versus.* De quo significatu vid. *Barnes.* ad Anacr. v. 961.

(n) ἀπειρηκόσι ναυτίλοις] *Q. Calaber,* Homeri simia, eandem adhibet similitudinem VII. 454.

Ὡς δ' ὅτ' ἂν εὐρέα πόντον, ἐρημαίῃ ϖεὶ νήσῳ,
Ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἐεργμένοι, ἀσχαλόωσιν
Ἀνέρες ὅς τ' ἀνέμοιο κατιγίδες ἀνλεόωσιν
Εἴργωσιν μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον, οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
Νηῒ περιτροχῶσι· καταφθινύθει δ' ἄρα πάντα
Ἦια· τειρομένοισι δ' ἐπιπνεύσῃ λιγὺς οὖρ⟨ος⟩.

Sicut in late patente mari, ad desertam insulam, procul ab hominibus interclusi, aegro sunt animo nautae; quos aduersi ventorum turbines nimis diu detinent, miserique per nauim cursitant; interea vero deficiunt alimenta: sed tandem vexatis ventus adspirat secundus.

(o) ναυτίλοις] Alias ὁ ναυτίλος est *nauticus* vel *nauigatorius.* Tamen *Suidas*, et ex eo *Phauorinus*, exponit per ναύτης, qui sensus hic obtinet. Etiam *Vetus Glossarium* Ναύτης interpretatur *Nauta.*

(p) Ἀφροδίτῃ χορεύειν] Noster supra in ἐπιθαλαμίῳ sect. III. ἵν' ἅμα μετὰ παρθένων ἐπ' Ἀφροδίτης χορεύσωμεν. Pertinet huc integrum *Moschi* idyllium septimum. Erat quoque saltationis genus Ἀφροδίτη, de quo *Meursius* in Orchestra. Immo ipsa Venus cum Nymphis et Gratiis sub ortum Lunae saltat. *Horatius* Carm. lib. I. od. 4.

Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente luna;
Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiunt pede - - -

(q) τὸν ἕσπερον ὁποῖον εἰκὸς φανῆναι] Homerus Iliad. χ'. 317.

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἕσπερ⟨ος⟩ &c.

Qualis autem stella procedit inter stellas nocte intempesta Hesperus.

(r) Τίνες μὲν &c. τίνες δὲ] Haec sine interrogatione legebantur in apographo, nec dubito quin in ipso etiam autographo. Perperam, et sine sensu.

(s) Νῦν ἔαρ] *Lucian.* Nigr. p. 28. ἔαρ ἤδη. Poeta Latinus: *Nunc ver purpureum.*

(t) ὦ

μὲν (t) ὁ θρῆνος ἐμοὶ τὰ τῶν ἀηδόνων ἄσματα, καὶ συγχωρῶ τοῖς λέγουσιν, οὐκ ἐπὶ τῷ (u) παιδὶ μέλος τὰς ὄρνις ἀλλ' ἐφ' ὕμνῳ θεῶν ἀναβάλλεσθαι. Ἀφίημι δὲ καὶ ταῖς χελιδόσι ταῖς Ἀττικαῖς τὸν μῦθον ἐκεῖνον τὸν (x) Θράκιον, καὶ μετὰ τῶν ἀηδόνων καὶ ταύτας πείθομαι (y) οὐ γοερὰν ᾠδὴν, ἀλλὰ μέλος ἠρινὸν (*) ἀναβάλλεσθαι.

nunc ſuauis cantilena videtur mihi luſciniarum vox, non lugubre amplius carmen, ac plane illis accedo, qui adfirmant, non pullorum ſuorum cauſſa, ſed ad celebrandos hymno Deos, vocem nunc et modulos emittere aues. Quin et hirundinibus Atticis fabulam lubens relinquo Thraciam, eaſdemque vna cum luſciniis non triſtem ſed vernam occipere cantilenam exiſtimo.

IIII. Νῦν πλέοντα μὲν (ζ) Ἰλισσοῦ καὶ (a) διαφανῆ τὰ νάματα, καὶ τάχα (b) διά σε (c) μαντεύεται πάλιν ὁ ποταμὸς μυστήρια. (d) Κύκνοι δὲ, οἱ μὲν ἀμφὶ τὰς ὄχθας Ἰλισσοῦ (e) μετὰ ζεφύρου ποτὲ (f) μέλος

IIII. Nunc aquis abundat Iliſſus, et quidem pellucidis, ac forſitan propter te myſteria denuo praedicit fluuius iſte. Cygni etiam, ſi quidem ad Iliſſi ripas cum Zephyro carmen certatim inſtituunt, prout

(t) ὁ θρῆνος] Dantur aues, quae et colorem mutant et vocem alternis vicibus, quas inter luſciniam quoque refert *Clemens Alex.* Paed. II. 10. p. 188. et *Plinius* hiſt. nat. X. 29. Luſciniam quandoque miſerandum in modum plorare, teſtatur *Sophocles* Aiac. flagell. v. 636. in Electra v. 106. et 1079. Lugere illam denſis in foliis ſcribit *Moſchus* idyll. III. p. 278. cui adde *Heliodorum* V. 2. p. 206. ᾔσθετο γυναικὸς, λαθραῖόν τι καὶ γοερὸν, οἷον ἠρινῆς ἀηδόνος ἐλεεινὸν ᾠδὴν ἐν νυκτὶ μυρομένης. *Senſit mulierem clam et lugubriter, inſtar vernae luſciniae, flebili et miſerabili cantilena noctu lamentantem.* Videndus inſuper de querula huius auis voce ὁ πάνυ *Spanhemius* de vſu et praeſt. numiſm. diſſert. V. pag. 255.

(u) παιδὶ] Quam vocem de pullis aquilae vſurpauit *Aelianus* hiſt. anim. VII. 11. pag. 417. δὰπανεῖ ἔξειν ἐπομιον ἑαυτῷ τι καὶ παισὶ τοῖς ἑαυτῆς.

(x) τὸν Θράκιον] Fabulam innuit de Tereo Thracum rege, de eius vxore Procne in luſciniam, et de huius ſorore Philomela in hirundinem verſa, quae ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφορὰς, dicente *Conone* narrat. XXXI. conſentientibus Mythographis et Poetis omnibus, etiamque *Achille Tatio* lib. V. pag. 281. ſeqq. aliiſque quos citat *Barneſius* ad Anacr. v. 202. Hinc et Θρῃκίη χελιδὼν *Thracia hirundo*, quae luctuoſam canit cantilenam, ſalutatur ab *Ariſtophane* in Ranis p. 244. In eo diſſenſus auctorum eſt, quod alii Prognen in hirundinem mutatam dicant, alii id de Philomela referant. Vide *Meurſium* de regibus Athenienſ. IV. 5. et *Munckerum* ad Hygini fab. 45. p. 94.

(y) οὐ γοερὰν ᾠδὴν] De hirundinis luctuoſa voce veterum congeſſit teſtimonia *Bochartus* Hieroz. parte 2. lib. 1. cap. 10. col. 63. ſſ. cui iunge interpretes ad Aeliani V. H. XII. 20.

(*) ἀναβάλλεσθαι] *Aphthonius* in progymnaſm. poſt initium: Θέρους ἦν ἀκμὴ, καὶ οἱ μὲν τέττιγες μουσικὴν ἀνεβάλλοντο σύντονον.

(ζ) Ἰλισσοῦ] Ad quem fluuium in Panathenaeis certamen inſtituebatur gymnicum, obſeruante *Meurſio* in Panathen. cap. 9. Inde eſt, cur in praeſenti negotio mentionem eius iniiciat Noſter.

(a) διαφανῆ] De aquis Iliſſi claris ſupra Himerius in orat. nuptiali ſect. XI.

(b) διά σε] Quaſi eſſet διὰ σε, ſic Latine interpretatus ſum.

(c) μαντεύεται] Hinc θεσπέσιος vocatur a *Dionyſio Periegete*:

Τοῦ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο.

(d) Κύκνοι] Sunt enim cygni aues Apollinis. vid. *Olympiodorus* vita Platonis p. 583. *Aelian.* H. A. II. 32. *Spanhem.* ad Callim. hymn. in Apoll. v. 5. pag. 50. ſeq. Atque haec cauſſa, ob quam Poetae cum cygnis componantur, v. *Barneſ.* ad Anacr. v. 1567.

(e) μετὰ ζεφύρου] *Horat.* lib. I. ep. 7. v. 12.

- - - te dulcis amice reuiſet
CVM ZEPHYRIS, ſi concedes, et hirundine prima,

Hoc eſt, vere nouo, quo et Zephyrus ſpirat, et hirundo conſpiciendam ſeſe denuo praebet. Hinc ζέφυροι ἐαρινοὶ apud *Heliodor.* V. 23. p. 242.

(f) μέλος ἐργάσαιντο] Dulce melos ad

μέλος εἰργάσαντο, ὥσπερ ἐπὶ (g) Καΰστρῳ τε καὶ (h) Εὔρῳ, νῦν πλέον ἢ πρότερον μουσικῆς τὰς ὄχθας ἐμπλήσουσιν. (i) Εἰ δὲ οὐκ εἶναι δέ τις ἄλλοθι τούτους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τοὺς ὄρνιθας, καὶ ταύτην ἦξειν τὴν μουσικὴν ἐπὶ (k) λειμῶνας Ἀττικοὺς μεμηνύεται.

V. Ἆρα τίς ὑμῶν τεθέαται καὶ αὐτὴν τὴν γῆν ὅσον εὐθαλεῖ τε καὶ τέθηλε; (l) κομαλέον ἐπί σοι καὶ πρὸ ὥρας αὐτῆς τὰ λήια, καὶ δείκνυσι στάχυν ὥριον· (m) ὅτι καὶ ἄνθος ἠρινὸν θαῦμα τοῖς ἰδοῦσιν ἐφαίνετο. (n) Στεφανοῦται δὲ ἡ γῆ καὶ ἀγάλλεται οὐκ ἀνεμώναις καὶ ἴοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνθεσιν, ἀλλὰ τοῖς (o) Διονύσου τε δώροις, καὶ τῷ (p) γλαυκῷ (q) τῆς ἰδέας στέμματι, ὥσπερ οἶμαι τῶν θεῶν διά σε ταῦτα χαριζομένων τοῖς Ἕλλησι.

VI. Λυδοὶ

prout ad Caystrum et Eurotam faciunt, nunc multo magis litora implebunt canticis; dixit enim nonnemo, propter hoc flumen aues illas morari, ac vaticinandi arte prata Attica esse beanda.

V. Ecquis vero non contemplatur terram, quam lacte vireat ac floreat? vernant propter te, etiam ante statum tempus, segetes, spicasque ostendunt maturas; atque hinc est, cur flos hic vernus in admirationem rapiat spectantes. Coronatur tellus et superbit non anemonis, non violis, non reliquis floribus, sed Bacchi muneribus, et glauca illa pulcraque corona, Diis haec, opinor, tui caussa donantibus Graeciae.

Llll 2 VI. Lydi,

ad Eridanum canere dicuntur cygni, quod tamen falsum esse docuit *Lucianus* De electro Tom. II. p. 371. ne quid dicam de cantu cygni θανάτου προοιμίῳ, vt in fabulis *Aesopi* adpellatur, quem totum esse confictum pridem notauit *Aelian.* V. H. I. 14. et post eum innumeri.

(g) ἐπὶ Καΰστρῳ] Multi ad Caystrum cygni. *Homerus* Iliad. B. 459.

- - - ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Auium volatilium agmina multa, Anserum, vel gruum, vel cygnorum longa colla habentium, Asio in prato, circa Caystri fluenta. Meminit quoque *Anacreon* od. LXIIII. p. 220.

Λιγυρὸν μέλος κροαίνων
Φρυγίῳ ῥυθμῷ βοήσω,
Ἅτε λις κύκνος Καΰστρου.

Argutum carmen strepens, Phrygio modulo vocem tollam, velut quidam cygnus Caystri. Vnde et *ales Caystrius* pro cygno apud *Ouid.* Trist. lib. V. eleg. I. v. 11.

(h) Εὔρῳ] Emendandum est Εὐρώτᾳ, de quo fluuio peculiari capite agit *Plutarchus* libello de fluuiis, vt taceam alios.

(i) Puto corrigendum, ἐπειδὴ καὶ εἶναι λέγει τις &c.

(k) Λειμῶνας Ἀττικοὺς] Forsan oratores intelligit ac Sophistas, sicuti *Choricius* orat. in Procopium Sophistam p. 842 per *prata Attica* designauit artem rhetoricam, his verbis: ἄτοπον, ὡς εἰκὸς, εἶναι νομίσας, παρ' ᾧ λειμῶνας Ἀττικοὺς ἐδρεψάμην, τούτου τὸν τάφον σιγῇ παρελθεῖν. *Absurdum enim merito indicaui, si illum, apud quem prata Attica decerpsi, in funere indictum esse vellem.* Id ergo vult Sophista Noster: pridem oraculo praedictum quasi esse, quod sui ordinis homines oratione comta, et Attica, et boni ominis plena, excepturi sint aduenientem imperatorem.

(l) κομαλέον] Vel κομῶνται legendum, vel etiam in singulari κομᾶται· quod dicitur de segete florente. *Aelian.* Hist. Anim. V. 45. pag. 303. Ἐν Σαλαμῖνι δὲ χλωροῦ σίτου καὶ ληΐου κομῶντος ἰοὺς σὺν πτώσει ἀποκείρει. De campis idem dicto opere IX. 56. pag. 561. τῶν πεδίων ὅσα κομᾷ τοῖς θερινοῖς. Et lib. cit. cap. 57. in fine, de pratis: τῶν δὲ φυτῶν θάλλειν ἀρχομένων, καὶ τῶν λειμώνων τὰ συνηρεφῆ κομώντων. De dumeto lib. XIII. cap. 11. ὑποκρύπτει δὲ αὐτὸν ἡ θάμνος κομῶσα.

(m) ὅτι] Mallem ἤδη.

(n) Στεφανοῦται δὲ ἡ γῆ] LXX. Intt. Psal. LXV. 11. Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. *Oppianus* Cyneg. I. 461. εὐστέφανοι λειμῶνες, *pulcre coronata prata.*

(o) Διονύσου τε δώροις] Bacchus enim agros colere primum docuit, et sub aratrum boues misit, quum hominum antea manibus exerceretur terra. Consule *Diodor. Sicul.* III. 64.

(p) γλαυκῷ -- στέμματι] Aut ξανθῷ scribendum, aut error obrepsit Nostro. *Fuluus* quippe color maturis frugibus tribuitur, non *glaucus.* Inspice *Ant. Thylesium* de coloribus cap. XI. pag. 196.

(q) τῆς ἰδέας] Ἰδέα pro *pulcritudine* saepius vel apud solum *Isocratem* encom.

Helenae

VI. Λυδοὶ μὲν οὖν οἱ περὶ χρυσὸν ποταμῷ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες (r) χρυσοῦν γὰρ (s) ὁ Λυδὸς λόγος ἐπονομάζει τὸν Πακτωλὸν) (t) μαίνονται μὲν τῷ θεῷ καὶ χορεύουσιν, ἐπειδὰν αὐτοῖς (u) ἔαρ ἐνέγκη τὰς ὥρας ἀμείβων ἥλιος, (x) οὐκ ὀρνίθων ᾠδαῖς, οἱ πολλοί εἰσι καὶ (y) εὔστομοι ἐν ἄλσεσιν, οὐ τὰ λειμῶνι ἡδύτι καὶ ἁπαλὸν χλοάζοντ' ἀλλ' ἐπειδὰν αὐτοῖς ὁ Διόνυσος (z) Νύσαν καταλιπὼν καὶ (a) Αἰθίοπας ἐπὶ

VI. Lydi, qui ad auriferum funt fluuium, (talis enim Pactolus effe fertur quadam apud illos narratione) quando Liberi Patris facra celebrant, furore agitantur in numinis honorem, et ftrenue faltant, pofteaquam fol per reliqua anni tempora decurrens ver reddidit; quod illi neque ex cantu aeftimant auium, quarum multae apud eos funt et dulcifone in filuis canentes, neque ex pratis, quae amoeniffime ac tenerrime virent, fed ex acceffu Bacchi comiffabundo ad Tmolum et Pactolum,

Helenae p. 512. εὑρήσομεν - - πάντα καταφρονούμενα, πλὴν ὅσα τῆς ἰδέας ταύτης κεκοινώνηκε. *Inuenimus - - contemni omnia, quae huius boni* (pulcritudinis nempe) *expertia funt.* Mox p. 514. Τοσαύτη δ' εὐλάβεια καὶ πρᾳότης χρώμεθα περὶ τὴν ἰδέαν τὴν τοιαύτην. *Tanta pietate et cura formam complectimur.* Rurfum epift. VI. p. 1004. ἰδέαι τοῦ λόγου funt *ornamenta orationis.*

(r) χρυσοῦν - - ἐπονομάζει τὸν Πακτωλὸν] Antea enim Chryforrhoas dictus, tefte *Plutarcho* de fluuiis, et *Solino* cap. XL. *Quem aurato fluore incitum, aliter Chryforrhoan vocarint.* Adde de hoc fluuio V. C. *Olearium* ad Philoftr. vit. Apoll. Tyan. VI. 37. *Cellarium* Geogr. antiq. III. 4 pag. 126. f. De fluore eius aureo omnes Poetae Graeci ac Latini; etiam *Clemens Alex.* protrept. pag. 55. C. et Paedag. III. 2. p. 219. D. Hinc epitheta χρυσορρόας, χρυσαυγής, εὔχρυσος, &c.

(s) ὁ Λυδὸς λόγος] Sic λόγος Ἀσσυρίος, Ἀρκαδικὸς, Δήλιος, Περσικὸς, Ἀχαϊκὸς, Αἰγύπτιος, Φρύγιος, Ἰνδὸς, in *Aeliani* varia hiftoria, vt patet ex indice. Addi poffunt ex eiufdem opere de animalibus, λόγοι Μαυρούσιοι, lib. XIIII. cap. 6. p. 806. Ἐπιδαύριοι, XV. 9. p. 875. feq. Φοίνικες, XVI. 33. initio.

(t) μαίνονται τῷ θεῷ] Non alia locutione S. Paullus vtitur 2. Corinth. V. 13. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ. nempe ἐξέστημεν, *Deo infanimus.*

(u) ἔαρ ἐνέγκη] Erant enim τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες - - παννυχίζ μὲν τὸ θέρος, ὅπου δ' ἡγμένα θέρους, teftante *Galeno* lib. I. de antidot. pag. 430. tom. 2. operum edit. Bafil. Graecae. Indigitat auctor τὰ Διονύσια, quae verno agebantur tempore, XVI. die menfis Elaphebolionis; de quibus affatim Graeciae feriatae fcriptores. Neque confundenda haec cum aliis Διονυσίοις, Ληναίοις fcilicet fiue κατ'

ἀγρούς, quae tempore vindemiae, menfe Pofideone, celebrabantur; neque etiam cum his, quae Ληναῖα vel Ἀνθεστήρια vocabantur. Difcrimina horum omnium accurate enodauit *Spanhemius* ad Ariftoph. Ranarum ὑπόθεσιν pag. 297. et ad Ranas v. 310. Ceterum actiones bacchantium adeo notae, vt tuto fileri nunc poffint; adeo etiam bacchationes receptae, vt Graecis matronis eas agere, impudicum haud fuerit. vid. *Barthius* Aduerfar. V. 2.

(x) οὐκ ὀρνίθων ᾠδαῖς] Similiter de Verre *Tullius* in Verrina vltima pag. 487. *Quum autem ver effe coeperat, cuius initium non a Fauonio, neque ab aliquo aftro notabat, fed quum rofam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur.*

(y) εὔστομοι] *Aelian.* hift. anim. I. 20. Τὰ μὲν ἄλλα τῶν Ἰνδικῶν ὀρνίθων εὔστομα.

(z) Νύσαν] Indiae ciuitatem, a qua Νύσιος dictus Bacchus, quia ibi nutritus. Scribitur Νύσα vel cum vno vel cum gemino ς, et pofteriore modo cumprimis τὸ κτητικὸν, Νυσσαῖος nempe. Euolue *Blancardum* ad Arriani res Indicas p. 508.

(a) Αἰθίοπας] Solebant enim Dii ap. Aethiopas conuiuari, fide *Homeri* Iliad. A. 423. feq. quem fecuti funt recentiores, nominatim *Lucianus* de facrificiis p. 362. τοὺς δ' αὖ Αἰθίοπας καὶ μακαρίους καὶ τρισευδαίμονας εἴποι τις ἄν, εἴγε ἀπομνημονεύει τὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Ζεὺς, ἣν ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρὸς αὐτὸν ἐπεδείξαντο, δώδεκα ἑξῆς ἡμέρας ἑστιάσαντες. καὶ ταῦτα, ἐπαγόμενον καὶ τοὺς ἄλλους θεούς. *Statius* Thebaid. V. 426.

- - *Arcana fic fama erumpere porta*
Coelicolas, fi quando domus litusque rubentum
Aethiopum, et menfas amor eft intrare minores.

Quam tamen hiftoriolam ipfe ridet *Lucian.*

ἐπὶ (b) Τμῶλον κωμάζει, καὶ Πακτωλὸν, καὶ τὰς Βάκχας (c) ἐπὶ τὸ σκίρτημα σπευσάσας αἴσθονται, τότε καὶ ἔαρ ἥκειν νομίζουσι, καὶ μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ὥραν ἀσπάζονται. Λυδοῖς μὲν οὖν ἔαρ Διόνυσος ἄγει καὶ τὰ Διονύσου βακχεύματα, σὺ δὲ ἡμῖν τε καὶ (*) λόγοις· ἐκμαίνεις δὲ ἀντὶ μὲν Βακχῶν τε καὶ Σατύρων τοὺς (d) Μουσῶν τε καὶ Ἑρμοῦ προφήτας, ἀντὶ δὲ (e) τοῦ βοὸς (f) Εὔιον σαυτὸν ἡμῖν δίδως ἀνακαλεῖν τε καὶ ἀναφθέγγεσθαι, μέγα (g) μουσικῆς χορείας σύνθημα.

VII. Καὶ μηδεὶς ὑμῶν θαυμάσῃ, εἰ θεοῖς (h) τὸν ἄνδρα εἰκάζειν οἱ λόγοι βούλονται. Εἰ γὰρ δὴ (i) Ὁμήρῳ μὲν ἔξεστι καὶ τρισὶν

εἰκάζειν

ctolum, relicta Nysa et Aethiopibus, nec non ex bacchantium feminarum impetu, quem probe animaduertunt, ad saltandum. Tunc ver adpropinquauisse iudicant, tunc in comitatu Dei hanc anni partem aduenientem laeti excipiunt. Ita Dionysus, et in honorem eius instituta Bacchanalia, ver adferunt Lydis, tu vero nobis et studiis. Tu loco bacchantium turmae Satyrorumque furore percellis Musarum et Mercurii interpretes; tu loco Euii concedis vt te ipsum salutemus et inuocemus, tanquam chori litterati magnum signum.

VII. Iam vero nemo vestrum miretur, quod cum Diis hunc virum componere gestiat oratio. Num enim soli Ho-

Mmmmm mero

τίαν. in Philopatr p. 767. τὸ δὲ καὶ Αἰθίοψι συνευωχεῖσθαι (Iupiter nimirum) ἀνδράσι μελαντέροις καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις, καὶ εἰς δωδεκάτην ἡλίκης μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλ' ὑποβεβρεγμένος καθέδεσθαι παρ' αὐτοῖς, πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια;

(b) Τμῶλον] Phrygiae magnae montem, ex quo Pactolus fluit. Scribitur etiam Τύμωλος a *Steph. Byz.* in hac voce, et a *Suida* in Γάλλος.

(c) ἐπὶ τὸ σκίρτημα] Genus est saltationis Νύσσια, a ciuibus vrbis Nyssi in honorem Bacchi adhibitum. Vid. *Meursius* de saltationibus veterum in Διονυσιακὴ et in Νύσσια.

(*) λόγοις] *Studiis, disciplinis.* Ita apud *Lucian.* de Astrolog. p. 848. πρῶτον μὲν οὖν Αἰθίοπες οἵδε τὸν λόγον ἀνθρώποισι κατεστήσαντο. *Primum Aethiopes hanc disciplinam* (non vero *rationem*, vt male interpres habet) *hominibus tradiderunt.* Ibidem paullo post παλαιὰ τὸν λόγον παρέδοσαν. Pag. 849. Λίβυες ἐπέβησαν τοῦ λόγου. *Libyes artem hanc sunt adgressi.* Pag. 850. ἐς τούτους ὁ λόγος ἀφίκετο. *Ad hos ista scientia peruenit.* Ibid. οὐδὲ ἐς Φάος τὸν λόγον προσήγαγον. Pag. 852. εἰς ἔρωτα τοῦ λόγου ἀπίκετο. *Artis amore captus est.*

(d) Μουσῶν τε καὶ Ἑρμοῦ προφήτας] id est, omnium artium, inprimis oratoriae, magistros. Namque Mercurius λόγιος dicitur a *Choricio* orat. in Procop. p. 861. et Ἑρμοῦ παλαίστρα, *oratoria palaestra* ab eodem p. 843. et Ἑρμοῦ ἀθληταὶ, *eloquentiae athletae* pag. 847. Προφήτης autem generatim designat interpretem, speciatim poetam, quod nuper etiam ostendit illustre in Republica litteraria nomen *Io. Alb. Fabricius* ad Sextum Empir. aduersus Grammat. L. 2. pag. 227.

(e) τοῦ βοὸς] Legendum βοᾶν. Si tamen falsa lectio non est, tunc in animo habet bouem, in Panathenaeis tam minoribus quam maioribus, ab vrbibus Atticae, quae coloniae erant Athenarum, ad mactandum missum. Vide sis *Meursii* Panathenaea cap. XV.

(f) Εὔιον] Bacchi cognomen satis notum, ex acclamatione εὐοῖ, qua Numen prosequebantur mulieres bacchantes, ortum. Quare vero Iulianum Bacchi nomine ornet Noster, ratio est, quoniam Liber Pater leges tulit aequas, homines ad ciuilem vitae cultum et Deorum cognitionem perduxit, populos subegit plurimos, beneficiis adfecit genus humanum: quae omnia Iuliano quoque conueniunt, prout ex parentali in illum oratione, a *Libanio* conscripta, potissimum videre licet. Haec ad illustrationem vulgatae lectionis, non eius, quam nos attulimus, βοᾶν Εὔιον, vel εὐοῖ.

(g) μουσικῆς χορείας] Musarum vel litterati chori. Eleganter. Namque Erato, vna Musarum, inuentrix choreae siue saltationis; etiamque Minerua puellarum amabat choros. vide *Paschalium* de Coron. II. 15. p. 125.

(h) τὸν ἄνδρα] Δεικτικῶς. Vel Iulianus eminente ratione ἀνὴρ vocatur, quomodo Pythagoras dictus ὁ ἀνὴρ, non expresso eius nomine, teste in ipsius vita *Iamblicho* cap. XVIII. ante finem.

(i) Ὁμήρῳ] Iliad. B. 477.

- - - μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,

Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Repetit

εἰκάζειν θεοῖς τὸν βασιλέα τῶν Ἀχαιῶν τὸν Ἀγαμέμνονα, ἡμῖν δὲ οὐδαμῶς; μᾶλλον μὲν οὖν οὐκ ἄν τις ἡμᾶς ὡς οὐ μέμψαιτο, ὅτι μὴ ποιητικὰ κομπάζομεν, μηδὲ πόῤῥω τῆς ἀληθείας βαίνομεν, καὶ ταῦτα πλείω ἐπὶ τούτῳ ἔχοντες φθέγξασθαι ἢ κατ' Ἀγαμέμνονος Ὅμηρος εἴρηκεν.

mero licuit cum tribus Diis Achiuorum regem, Agamemnonem, conferre, nobis haud licet? immo reprehendendi nequaquam sumus, quia nec Poetica crepamus, nec vltra veritatis limites progredimur, quum inprimis de hoc longe dicere possimus plura, quam de Agamemnone Homerus.

VIII. Ὦ (*k*) θεοῖς μὲν φίλε, θεοῖς δὲ καὶ πρέπων εἰκάζεσθαι. Διῒ μὲν, οἶμαι, τάχα μὲν καὶ αὐτῷ τῷ προσώπῳ καθ' Ὅμηρον· ὄμματα γὰρ (*l*) εἴκελος (*m*) τερπικεραύνῳ, κατὰ σοῦ μᾶλλον ἂν (*n*) Ὁμηρίδαι φθέγξαιντο· πολλῷ δὲ πλέον οἶμαι, καὶ ὅτι τοῖς τῆς ψυχῆς κάλλεσι Διΐ σε πρέπει εἰκάζεσθαι· οὐ γάρ ἐστι τῶν σῶν ἀτελεύτητον ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσεις, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Διὸς (*o*) ἐγκώμιον· οὐδέ τις ἀνθρώπων τοσοῦτον αὐχήσει ποτὲ, ὡς ἀπατήσας κατὰ σοῦ χρησάμενος, οὐδ' εἰ (*p*) τὸν κεστὸν ἔχων τὸν Ὁμήρου φθέγξαιτο, ᾧ καὶ αὐτὸν ἔξαι τὸν Δία φησὶν ἡ ποίησις.

IX. Σοὶ

VIII. O Diis amice, et digne, quem Diis similem pronuntiemus! Ioui quidem similis es, quantum iudico, ipso vultu, si Homerum sequi velimus. De te enim potius, quam de alio, adhiberi possent Homeri imitatores illud: Oculos similis (*Ioui*) fulmine gaudenti. Multo autem magis ad similitudinem Iouis accedis animi praestantia. Nullum quippe factorum tuorum irritum est, quodcunque capitis nutu iusseris; quae Iouis laus est. Nec id gloriabitur quis temere, quod fraude te deceperit, ne quidem si cingulo, quale Homerus descripsit, praecinctum (*se id effecisse*) dixerit, quantumuis ipsum Iouem illi cessisse certo Poeta narret.

IX. Etiam

Repetiit ex Homero *Achilles Tat.* lib. I. pag. 31. Ἀγαμέμνονα ἔδει φανῆναι τὸν καλὸν, οὗ κάλλος οὐράνιον ἦν,

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ.

Poetarum Graecorum princeps aliquoties Δῖον vocat Agamemnonem, Iliad. Α. 223. Η. 312. et alibi. A Lacedaemoniis pro Deo cultus, et Ζεὺς dictus fuit. Loca veterum multa in *Meursii* Miscell. Lacon. I. 4. quibus addi debet *Eustath.* ad Iliad. B. p. 168. edit. Rom. Δοκεῖ εὐλόγως παρὰ Λάκωσι Ζεὺς Ἀγαμέμνων ἐπιθετικῶς εἶναι, ὡς ὁ Λυκόφρων λαλεῖ &c. Agamemnonis imaginem cognosci ἀπὸ τοῦ ἤθους, *ex diuina quadam maiestate*, quam prae se fert, scribit *Philostr.* Icon. II. 7. pag. 820. Ceterum, quia Iulianum forma eleganti, ac oculis maxime, similem Ioui adfirmat Noster, operae pretium erit audire *Ammianum Marcellinum* lib. XXV. qui Iulianum sic pingit: *Mediocris erat staturae; capillis tamquam pexisset, mollibus* - - - VENVSTATE OCVLORVM MICANTIVM *flagrans.* Atqui diuinitatis nota erant oculi ignei. Vide, si tanti videtur, obseruationes nostras sacras lib. IIII. p. 64. seqq.

(*k*) Θεοῖς φίλε] Homerus Διῒ φίλους vocat Achillem, Vlyssem, Agamemnonem. Diximus de hoc elogio obseruat. sacr. lib. I. pag. 127-150.

(*l*) εἴκελος] *Poetis tantummodo vsitatum hoc vocabulum* scribit *Stephanus* in L. Gr. quod falsum esse euincit locus *Luciani* ex libello de Astrolog. p. 850. μόνῳ ἔζεται εἴκελος ἀοιδοῖς.

(*m*) τερπικεραύνῳ] Iouis epitheton in Iliad. Α. 419. Θ. 2. Odyss. Ζ. 268. et passim.

(*n*) Ὁμηρίδαι] Imitatores Homeri hoc nomine veniunt. *Aelian.* Hist. Anim. XIIII. 25. in fine: Εἴποι ἂν Ὁμηρίδης, δρυῶν στελέχη ἕλκειν ἡμιόνους τινὰς, οἷς ἐπὶ τῇ Πατρόκλου ταφῇ ᾄδει ταῦτα δήπου τὰ ὑμνούμενα. *Diceret sane aliquis Homeri studiosus, mulos hoc pacto in Patrocli funere, quod Poeta celebrat. quernos aduexisse truncos.* Pariter *Isocr.* encom. Helenae p. 518. λέγουσι δὲ τινες καὶ τῶν Ὁμηριδῶν &c.

(*o*) ἐγκώμιον] Apud *Homerum* Il. Α. 526. vbi Iupiter de seipso ita:

- - - οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Quod imitatur *Callimachus* hymn. in lauacr. Pallad. v. 135.

- - - κορυφᾷ Διὸς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ
Ἔμπεδον· ὡσαύτως ᾧ κάν οἱ ἁ θυγάτηρ.
Iouis vertex cuicunque adnuerit, firmum erit:
Similiter cuicunque et filia eius, Minerua scilicet.

(*p*) τὸν κεστὸν - τὸν Ὁμήρου] Cingulum

IX. Σοὶ μὲν καὶ (q) Ἀπόλλων φίλος, καὶ διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ ὅμοιος. (r) Μουσηγέτης ἐστὶ καὶ ἐκεῖνος, καὶ χοροὺς Μουσῶν καθ' Ἑλικῶνα τὸν Βοιώτιον ἵστησιν, ἔνθα δὴ καὶ τοὺς ποιμένας αἱ Μοῦσαι (s) ποιητὰς ἐργάζονται. Οὐκοῦν καὶ τοῦτο αὐτοῦ σε τῷ θεῷ συνάπτει; (t) μουσικῆς μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς τὴν (u) Ἀθηνῶν πεποίηκας ἐργαστήριον, ὥσπερ τὸν Ἑλικῶνα ὁ Ἀπόλλων, μουσικὴν δὲ καὶ ἡμᾶς κελεύεις ἐργάζεσθαι, αὐτὸς (x) ἐνδιδοὺς τὸ σύνθημα, ὥσπερ ὁ Θεὸς ταῖς Διὸς παρθένοις ταῖς Μούσαις.

X. (y) Ἵππειον Ποσειδῶνα τιμῶσιν Ἕλληνες,

IX. Etiam tibi amicus Apollo, qui ipse Musarum ductor est, similis in hoc tibi, vt arbitror, Musarumque choros in Helicone Boeotiae monte instituit, vbi ex pastoribus Musae faciunt Poetas. Nonne et hoc te cum Deo illo coniungit, quod sicut is Heliconem, ita tu Atticam, reddis humaniorum litterarum officinam? tu enim artes liberales exercere nos iubes, atque signum das ipse, quemadmodum Apollo Iouis filiabus, Musis.

X. Venerantur Graeci Neptunum eque-

lum Veneris, quo Iuno decepit Iouem, descriptum ab *Homero* Iliad. Ξ. 214. seqq. et copiosissime illustratum in notis Germanicis ad illum locum a *Christ. Henr. Postel.* Hamburgi 1700. 8. pag. 264-278.

(q) Ἀπόλλων] Marti, cum quo Agamemnonem contulerat Homerus, substituit Apollinem, in comparatione Iuliani cum Diis, Himerius; qui duo reliqua numina a Poetarum patre nominata, Iouem puta et Neptunum, seruauit. Quamuis enim cum Marte contendere potuisset Iulianum, et iure quidem summo, vtpote cuius epitaphio Tarsi in Cilicia, apud *Zosimum* Hist. III. 34. legendo, inscriptum erat:

Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται,
Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

quod elogium fortibus promeruit factis: tamen, quia ad Vrbem venerat non vt hostis, sed hospes, et solennium sacrorum spectator Musarumque protector, visum fuit Himerio, non Martem salutare illum, sed, quod vere tunc erat, Apollinem.

(r) Μουσηγέτης] Apollinis epitheton, vbiuis obuium. *Pausan.* Atticis post initium: Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε, ἐφ' ὁποίῳπερ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην. *Heliodorus* II. 27. pag. 108. καὶ μουσεῖόν ἐστιν ἀτεχνῶς ἡ πόλις ὑπὸ Μουσηγέτῃ θεῷ φοιβαζομένη. *Orpheus* hymno in Apoll. v. 6.

Μουσαγέτα, χοροποιὲ, ἑκηβόλε, τοξοβέλεμνε.

Et talis Musageta erat Iulianus, prout ex *Ammiano Marcellino*, *Pomponio Laeto*, *Zosimo*, *Libanio*, aliis, immo ipsis, quae supersunt, imperatoris operibus, abunde constat.

(s) ποιητὰς ἐργάζονται] Ad Heliconem pastores, Musarum beneficio, fieri poetas, constat exemplo *Hesiodi*, qui in Θεογ. v. 22. sic de Musis:

Αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν,
Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο.

Quid? quod ipse Apollo Laomedontis pastor fuerit, auctoribus *Homero* Iliad. Φ. 449. *Longo* ποιμενικῶν lib. IIII. pag. 158. ac reliquis.

(t) μουσικῆς] Humaniores litteras omnes aliquando declarat haec vox, obseruante *Budaeo* comment. L. Gr. col. 1525. Adde notas Fabricianas ad Sext. Empir. initio libri aduersus Musicos. Et talem sensum postulant, quae in oratione sequuntur.

(u) τὴν Ἀθηνῶν ἐργαστήριον] *Diod. Sic.* lib. XIII. Athenas vocauit κοινὸν παιδευτήριον, prout Cicero *omnium doctrinarum inuentricem*. Plura elogia apud *Meursium* de fortuna Athenarum cap. VIII. et *Iac. Gothofredum* ad Geographum veterem incertum p. 37. quibus adiice Ἑλλάδος μουσεῖον, quomodo aliquis illas vocauit apud *Eustath.* ad Iliad. B. 546. Hinc *Athenae* pro litteris ac humanitate ponuntur a *Iuuenali* Sat. XV, 110.

Nunc totas Graias nostrasque habet orbis Athenas,

id est, Romanas litteras cum Graecis.

(x) ἐνδιδοὺς τὸ σύνθημα] *Lucian.* de saltat. p. 790. καὶ τὸ πρῶτον ΣΥΝΘΗΜΑ Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ΕΝΔΙΔΩΣΙ.

(y) Ἵππειον Ποσειδῶνα] Neptunus ἵππειος vel ἵππιος memoratur ab *Aristoph.* Nub. v. 83. *Suida* in ἵππιος, *Pausania* Eliacis poster. p. 199. edit. Francof. 1583. folio, *Polyaeno* VIII. 3. et aliis. Omnia simul

νες, καὶ (z) θύουσιν ἐπὶ ἰσθμῷ τῷ θεῷ, δεικνύοντες αὐτὸν (a) ἡνίοχον καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγάλμασιν. Ἆρ' οὖν ἄν εἴ τις (b) περὶ σὲ καὶ τῷδε δικαίως ἂν τῷ θεῷ περιβάλλοιτο, ἢ μαθητὴν προσαγορεύων τῆς τέχνης, διαμαρτάνοι τῆς κλήσεως; πῶς γὰρ οὐ σοὶ μᾶλλον προσήκοι Ποσειδῶν (c) ἱππικῆς διδάσκαλος, ἢ τῷ (d) Πολίῳ τῷ νεανίσκῳ; ὁ μὲν γὰρ (e) βραδὺς τοῖς ἵπποις ὀχούμενος τὸ διὰ τὴν τέχνην ἤλεγχε· σὺ δέ μοι δοκεῖς καὶ αὐτὸν τὸν Βουκέφαλον καὶ Πήγασον καὶ τὴν ἀθάνατον (f) συνωρίδα (g) τὴν Ἀχιλλέως.

equestrem, cui propter Isthmum sacra faciunt, quem veluti aurigam in ipsis adeo statuis exhibent. Si ergo aliquis ex merito cum illo Deo te conferret, aut discipulum eius diceret in arte (*equestri*) num a vero nomine aberraret? Quomodo enim non ad te potius spectaret Neptunus rei equestris magister, quam ad Pelopem iuuenem? qui ex veloci cursu, quo incitabat equum, se artem a Deo didicisse ostendebat. Tu vero mihi videris et Bucephalum, et Pegasum, et immortale par equorum Achillis (*regere posse.*)

XI. ὅμηρος

XI. Home-

mul Neptuni epitheta magno studio collegit *Bernardus Aldrete* del origen y principio de la lengua Castellana, ò Romañce, que oi se vsa en España, Romae 1606. 4. lib. III. cap. 6. p. 349. seq. Aiunt Poetae, Neptunum dici ἵππιον ideo, quod primus e terra, quam tridente percusserat, equum produxerit; quo spectant illa *Virgilii* Georg. I. 12.

- - - *Tuque o, cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa tridente,
Neptune.

Alii ideo, quia fuerit εὑρετὴς ἱππικῆς, quod ex Homero, et Pamphi, antiquissimi poetae, hymnis probat *Pausanias* Achaicis p. 227. cuius opinionem, etsi Pausania haud nominato, suam facit *Ioach. Camerarius* De equis curandis, tomo XI. antiquitt. Graec. Iac. Gronouii col. 826. seq. adductis iisdem Homeri et Pamphi versibus. Est autem ἵππιος non solius Neptuni cognomen, sed etiam Mineruae. Vtriusque numinis coniunctim meminit *Aelian.* hist. anim. XIIII. 18 p. 824. ἴστω δὲ καὶ εἰ δοκεῖ ἵππιος Ποσειδῶν ἢ Ἀθηνᾶς ἱππίας τοῦτο δῶρον ἵπποις δοθέν. Et *Pausanias* Attic. p. 30. Λέγεται δ' οὖν καὶ βωμὸν Ποσειδῶνος ἱππίου καὶ Ἀθηνᾶς ἱππίας. Seorsim Mineruae ἱππίας mentio apud eundem in Eliac. prior. pag. 162. in Arcad. p. 275. vbi etiam ratio adpellationis datur, nec non in Attic. p. 31. Quin et ab *Orpheo* γιγάντων ἱππηλάτειρα dicitur.

(z) θύουσιν ἐπὶ ἰσθμῷ] Neptuni Isthmii ara, statua, templum, obuia apud *Pausaniam*. De Neptuni simulacro, sacrificiis, ludis in eius honorem Circensibus, legendus *Vossius* de orig. et progr. idololatr. lib. IX. cap. 18. toto.

(a) ἡνίοχον] *Pausan.* Attic. post initium: τῷ ναῷ δὲ οὐ πόῤῥω Ποσειδῶν ἐστιν ἐφ' ἵππου &c.

(b) περὶ σὲ - - περιβάλλοιτο] Lego, εἴ τις σὲ - - περιβάλλοι.

(c) ἱππικῆς διδάσκαλος] Iam dictum de Neptuno Hippio. Is primus artem equitandi docuit mortales, ac equos freno domuit. *Statius* Theb. VI. 302.

- - *Neptunus equo (si certa priorum*
Fama) pater. primus teneris laesisse lupatis
Ora, et litoreo domitasse in puluere fertur.

Alioquin non ignoti sunt in fabulis Neptuni equi, quos Chemice interpretatus est *Tollius* Fortuit. cap. XV.

(d) Πολίῳ] Πέλοπι rescribendum esse, ex ipso manifestum est auctore, qui supra in ἐπιθαλαμίῳ sect. VI. totam de Pelope, quem in equitandi arte instituit Neptunus, fabulam narrauit. Eam nisi ipse Himerius subministraret emendationem, existimarem legendum Πηλεῖ, nec sine ratione, vt opinor. Peleus quippe Neptuni filius fuit, testante *Hygino* fab. 157. et a patre duos equos, Balium et Xanthum, dono accepit nuptiali, v. *Apollodor.* III. 12. pag. 218. *Ptolemaeus Hephaestionis filius* περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας lib. VI. pag. 332. *Eustathius* ad Iliad. π. p. 1096. linea 41. et cumprimis ad Iliad. τ. p. 1190. lin. 55. seqq.

(e) βραδὺς] Aut negandi particula excidit ante hanc vocem, aut ταχὺς legendum. Nam Pelopis equi fuerunt alati, de quibus *Palaephatus* cap. 30.

(f) συνωρίδα] Proprie est par equorum, vt h. l. *Eustath.* ad Il. E. p. 573. ξυνωρίς, ἡ συζυγία ἵππων. Vnde apud *Lucian.* in Timone p. 152. συνωρὶς πωλικὴ, *biga pullorum equinorum*; et Nostrum supra orat. nupt. sect. 12. συνωρὶς πώλων. Dicitur tamen de aliis quoque animantibus. Συνωρὶς λευκὴ βοῶν est in *Heliodoro* III. 4.

pag.

XI. Ὅμηρος μὲν γὰρ τὸν Διὸς παῖδα τὸν Κάστορα ὡς ἀγαθὸν ἱππεύειν (h) ὑμνεῖ τοῖς ἔπεσι, καὶ τοῦτο (i) αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ (k) χαρίζεσθαι, ὡς ἀρκοῦν οἴμενος καὶ μόνον καὶ Διὸς ὄντα παῖδα κοσμῆσαι τὸν Κάστορα. Βελλεροφόντην δὲ (l) τὸν Ἐφυραῖον ᾠδῆς τε καὶ μέλους ἄξιον (m) ἵππος ἐποίησεν, καὶ βασιλέα μὲν (n) Δαρεῖον ἐν Πέρσαις, μέγαν δὲ ἐν Μακεδόσιν (o) Ἀλέξανδρον· σὺ δὲ οἶμαι ἀθύρματα τὰ τῶν βασιλέων ἐγκώμια.

XII. Βούλομαι σοί τι καὶ διήγημα τῆς τε πόλεως ἐπιχώριον καὶ τῆς πανηγύρεως ἐφ' ἣν ἡμεῖς συνήχθημεν, πάνυ ἡδὺ καὶ ἀξιάγαστον. Οὐ θεᾶται μόνον Παναθήναια, ἀλλὰ καὶ λέγεται περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ὅταν ἐν τῇδε τῇ πανηγύρει (p) τὴν ἱερὰν Ἀθηναῖοι τελέτη

XI. Homerus Iouis filium, Castorem, carmine laudat tanquam peritum equitem, atque hoc vnicum ipsi tribuit; existimans id solum sufficere ad laudes vel ab Ioue ipso orti. Etiam Bellerophon Ephyraeus canticis et carmine propter equum dignus habitus fuit, sicuti et apud Persas Darius, et apud Macedonas Alexander magnus; quorum praeconia regum tibi oblectamento esse confido.

XII. Nunc domesticam de hac vrbe, et hoc coetu, ad quem venisti, narrationem, prorsus iucundam et admirabilem, tibi narrabo. Non spectantur modo Panathenaea, verum etiam sermones de illis habentur inter Graecos, quando in so-

Nnnn lenni

pag. 133. X. 6. in fine, χυτρῶν, lib. X. 26. p. 495. ταύρων, ibid. cap. 28. initio, ἱπποτρόφων cap. 29. etiamque de pari hominum, eodem libro X. cap. 40. in fine, vbi de pari desponsatorum: ξυνωρίδα ταύτην γαμηλίοις νόμοις ἀναδείκνυμι, et in Himerio l. c. ἡ πατρῷα ξυνωρὶς καὶ μάλα τὴν τοῦ γάμου &c. Sic ἀῤῥένων ξυνωρὶς in Choricii orat. in Procop. pag. 855. et δυοῖν ἀνδρῶν ξυνωρὶς apud eundem oratione in Summum ducem pag. 868. Sic ἀθλία ξυνωρὶς, miserum par, amantium scilicet, in Heliodori VII. 14. pag. 330.

(g) τὴν Ἀχιλλέως] Achillis equi ἄμβροτοι siue ἀθάνατοι dicuntur a Poeta, quoniam proles illorum per multa durauit saecula, obseruante *Eustath.* ad Iliad. Π. p. 1051. lin. 30. Genealogiam horum equorum habes apud *Hom.* Il. Π. 150. et *Quintum Calabrum* VIII. 154 Primum a Neptuno, dein a Peleo, tum ab Achille, denique a Neoptolemo domiti fuerunt; idem *Calaber* III. 754. Suntque illi ipsi, quos paullo ante nominabamus, Xanthus et Balius, *Hom.* l. c. et in fine Iliados memoratae. Dicuntur voce humana locuti, ab eodem Iliad. T. 404. *Aeliano* hist. anim. XII. 3. ac *Luciano* in Gallo, Tom. II. p. 159. De Xantho equo consulendus *Barthius* ad Stat. Theb. VI. p. 526. et ad XII. p. 1431. et *Rittershusius* ad Oppian. Cyneg. I. 226. pag. 24.

(h) ὑμνεῖ] Castor saepe ab *Homero* ἱππόδαμος, *equorum domitor*, vocatur, veluti Il. Γ. 237. Odyss. Λ. 299. Fuit enim Castor eques, et frater Pollux pugil. Hoc nemo ignorat. Castoris equus dicebatur Cyllarus, de quo *Rittersh.* l. c. ad II. 4. p. 49.

(i) αὐτὸ] Puto αὐτῷ ponendum; quamuis nec αὐτὸ prorsus est reiiciendū.

(k) χαρίζεσθαι] Scrib. χαρίζεται.

(l) τὸν Ἐφυραῖον] Ephyra vrbs, quae nunc dicitur Corinthus, quam Sisyphus condidit Aeoli filius. Hic Sisyphus filius habuit Glaucum, qui pater fuit nostri Bellerophontis. Lege *Apollodorum* I. 9, 3. pag. 38. et II. 3.

(m) ἵππος] Pegasus nempe alatus: sed per quem intelligenda nauis, in qua alatus equus erat insigne, secundum *Palaephat* cap. 29. et *Lactatium* ad Stat. Theb. I. 545. Adde *Phil. Beroaldum* ad Apuleii asin. aur. lib. VI. p. 806.

(n) Δαρεῖον] Maior equi huius gloria, quam Darii fugientis. Hunc equas, a partu recentes, relictis domi pullis, in pugnam duxisse, scribit *Aelian.* Hist. Anim. VI. 48. ac talem ipsum conscendisse equam, ἵππον ἀνέβη θῆλυν, quum fuga ex praelio ad Issum quaereret salutem. Addit Aelianus in laudem equae: τὸ δεσπότην ὑμνεῖται τῆς ἀκμῆς τῶν ἐπικειμένων κινδύνων ἐξαρπάσαι. De eodem animali *Arrianus* de exped. Alex II. 11. loquens de Dario: αὐτὸς δὲ ἵππου ἐπιβὰς ἔφυγε. Tractant de eadem re interpretes ad haec verba *Curtii* III. 11. *in equum, qui ad hoc sequebatur, imponitur.*

(o) Ἀλέξανδρον] Cuius Bucephalum pueri nominare didicerunt. Videndi de eo commentatores ad *Gellii* N. A. V. 2. ad Curtium, ad Arrianum; nec non *Rittersh.* ad Oppian. Cyneg. I. 230. p. 24. seq.

(p) τὴν ἱερὰν - τελέτην] E triremi suspensum Mineruae peplum in maioribus duntaxat fuisse Panathenaeis, censet cum multis

τριήρη (q) τῷ θεῷ πέμπουσιν. Ἄρχεται μὲν εὐθὺς (r) ἐκ πυλῶν οἷας ἔκ τινος εὐδίου λιμένος τῆς ἀναγωγῆς ἡ ναῦς, κινηθεῖσα δ᾽ ἐκεῖθεν ἤδη, (s) καθάπερ κατά τινος ἀκυμάντου θαλάσσης διὰ μέσου τοῦ δρόμου κομίζεται, ὃς εὐθυνής τε καὶ λεῖος (t) καταβαίνων ἄνωθεν, σχίζει (u) τὰς ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατεταμένας στοάς, ὑφ᾽ ὧν ἀγοράζουσιν Ἀθηναῖοί τε καὶ οἱ λοιποί.

XIII. Τὸ μὲν οὖν (x) πλήρωμα τῆς νεὼς ἱερεῖς τε καὶ ἱέρειαι, εὐπατρίδαι πάντες, χρυσοῖς, οἱ δὲ ἀνθινοῖς, ἐστεφανωμένοι τοῖς στέμμασιν· (αὕτη δὲ ὑψηλὴ καὶ μετέωρος οἷον ὑπό τινων κυμάτων ὑποκειμένων κύκλῳ φέρεται) οἱ πολλοῖς τε καὶ ἐπικαρσίοις ἀνηρμοσμένοι τοῖς ἄξοσιν, ἀκωλύτως ἄγουσιν ἐπὶ (y) τὸν κολωνὸν τῆς Παλλάδος τὸ σκάφος· ὅθεν ἡ θεὸς ἐποπτεύει τὴν πανήγυριν, ὡς ἔοικε, καὶ τὴν παροῦσαν ἱερομηνίαν.

XIIII. Λύσει δὲ ᾠδὴ τῆς νεὼς τὰ πείσματα, ἣν ἱεροὶ προσᾴδουσιν Ἀθηναίων χοροὶ (z) λαλοῦντες ἐπὶ τὸ σκάφος τῷ ἀνέμῳ, περαιοί

lenni hocce conuentu facra triremis mittitur Mineruae. Ex ipfis portis fubducitur nauis, non aliter quam ex tuto portu; inde vbi proceffit, quafi per mare tranquillum fertur toto curfu, quem rectum feruat ac aequabilem, diuinitus venientem, fecatque viam per protenfas ex vtraque parte porticus, fub quibus et Athenienfes et reliqui mercandi cauffa verfantur.

XIII. Vectores nauis facerdotes funt vtriufque fexus, omnes natalibus illuftres, aureis redimiti coronis, quidam etiam floreis; (ipfa vero nauis celfa et fublimis, veluti fuppofitis fluctibus, voluitur) qui multis transuerfifque axibus fimul infidentes, ad collem Mineruae abfque impedimento deducunt nauigium, ipfa Dea hanc folennitatem, hos feftos dies, vt videtur, fpectante.

XIIII. Soluuntur retinacula nauis ad cantilenam, quam chori Athenienfium in ipfa naui inftituunt, fermones cum vento

multis *Meurfius* cap. XVII. cui contrarius h. l. Nofter eft. Dicta enim oratio haec, vt ex infcriptione patet, Panathenaeis ἀρχομένου τοῦ ἔαρος celebratis, quae nulla alia effe poffunt quam minora. Itaque Nofter facit cum *Schol. Ariftoph.* ad Equit. ἐπεσκευάζετο οὖν ὁ πέπλος καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Ἀθηναίοις. Quod tanquam fingulare notandum.

(q) τῷ θεῷ] Legendum τῇ θεῷ, hoc eft Mineruae, in cuius honorem Panathenaea fuerunt celebrata. Et fic mox fect. XIII. ἡ θεὸς ἐποπτεύει.

(r) ἐκ πυλῶν] Pompa enim extra vrbem inftituta in Ceramico, vbi quum Cereris Eleufiniae templum circumuecta nauis fuiffet, praeter murum Pelafgicum et Apollinis Pythii templum, deducebatur in arcem, v. *Meurf.* cap. XIX.

(s) καθάπερ κατά τινος ἀκυμάντου θαλάσσης] Recte dixit: *QVASI per mare tranquillum.* Nec enim aqua vehebatur nauis illa, fed terra, machinis fubterraneis propulfata, *Meurfius* l. c. Vnde mox Nofter de facra hac naui: ΟΙΟΝ ὑπό τινων κυμάτων ὑποκειμένων κύκλῳ φέρεται. Et circa finem τῆς μελέτης: ἡ ἱερὰ τριήρης διὰ τῆς ἠπείρου στέλλεται.

(t) καταβαίνων ἄνωθεν] Ἄνωθεν reddidi *diuinitus*, quo fenfu ponebatur fupra in orat. nuptiali fect. VII. ἵνα δὴ τοῦτο ἄνωθεν ἄρξαιτο, θάλαμος τὸ πανὶ τὸ πᾶν ἐγένετο. Et in *Aeliano* de nat. anim. IX. 30. in fine: καὶ ταῦτα μὲν λεόντων ἴδια δῶρα φύσεως, ἄνωθεν αὐτοῖς δοθέντα. Phrafis integra καταβαίνειν ἄνωθεν occurrit ap. S. Iacobum epift. I. 7. Indicat vero Himerius, quod finus pepli vento profpero fuerit repletus, de quo *Meurfius* d. l. et ipfe auctor paullo poft: πολὺς δὲ πνεύσας κατὰ πρύμνης ἄνεμος. ἐλαύνει τὴν ὁλκάδα τῷ πνεύματι. Ac fectione XVI: αὖραι ταύτην λιγυρὸν ἐπιπνεύσαι &c.

(u) τὰς - - στοάς] Porticum puta Iouis, τῶν Ἑρμῶν, item τὴν ποικίλην, et alias.

(x) πλήρωμα τῆς νεὼς] Probe obferuandum; quod de facrae nauis vectoribus eorumque ornatu habet Nofter: alibi enim non legitur.

(y) τὸν κολωνὸν τῆς Παλλάδος] Siue, in Acropolin: quae arx Athenarum in rupe praerupta erat fita, et Mineruae confecrata. Vide *Meurfii* Cecropiam cap. IIII. et Lectiones Atticas VI. 33. In Acropolin vero peplum fuiffe deductum, notiffimum eft.

(z) λαλοῦντες - - τῷ ἀνέμῳ] Alioquin prouerbium eft de re inani, ἀνέμῳ ἢ αὔραις διαλέγειν, de quo V. CL. *Berglerus* ad Alciphr. lib. I. ep. 8. Sed id huc non quadrat. Familiaritatem potius cum vento

ναί τι αὐτὸν καὶ (a) τῇ θεωρίδι συμπέπνευκ. Οἶδε θέλγειν, οἶμαι, τὴν Κείαν ᾠδὴν, ἣν (b) Σιμωνίδης αὐτῷ προσῇσε μετὰ τὴν θάλασσαν, ἀκολυθεῖ μὲν εὐθὺς τοῖς μέλεσι, πολὺς δὲ πνεύσας κατὰ πρύμνης οὔριος, ἐλαύνει τὴν ὁλκάδα τῷ πνεύματι.

vento miscentes, ac vt adesse velit, et cum sacro nauigio celeriter volare, (*inuitantes*.) Et sane ventus, quasi Ceium carmen, quo Simonides ipsum inter nauigandum prosecutus olim fuerat, intelligeret, modulos e vestigio sequitur, multoque et prospero flatu puppim propellit, totamque nauim agitat.

XV. Νεῖλον μὲν δὴ λόγος τὸν ποταμὸν τὸν Αἰγύπτιον, ἐπειδὰν ἤρανῦ τὸ μέσον ἱππεύων ἥλιος ὥραν τὴν θερινὴν (c) ἐργάζηται, (d) ὑπὲρ γῆν Αἰγυπτίαν χεόμενον, καὶ κρύπτοντα τὰς ἀρύρας τῷ ῥεύματι, (e) πέλαγός τε ναυσίπορον καὶ πλωτὴν ὁλκάσιν ἀποφαίνειν τὴν Αἴγυπτον.

XV. De Nilo Aegypti fluuio referunt, eum tunc, quando solis equi per medium coelum currentes aestatem prohiuint, ac vltra Aegyptiorum terram sese ipse diffundit Nilus, agrosque fluentis tegit, eum tunc, inquam, nauigabile reddere mare, onerariisque nauibus peruiam Aegyptū.

XVI. Ἡ ἱερὰ τριήρης ἡ τῆς παρθένυ ὑ Νειλώυ τινὸς ὕδατ[ος] ἔχει δεηθεῖσα ῥεύματος διὰ τῆς ἠπείρυ συστέλλεται· ἀλλ' αὖραι πνεῦσαι λιγυρὸν ἐπηχῦσαι πέμπουσιν ἐξ αὐλῶν Ἀττικῶν πνέουσαι. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον θαῦμα, αὐτὸς ἡλίῳ (f) συνεκλάμπων ἑωσφόρος, καὶ μόνος ἀστέρων τότε ἄλλων (g) συμφαινόμενος μεθ'

XVI. Sacra haec Mineruae triremis nullius Niliaci, quantumuis admirabilis, fluenti indigens, per terram continentem deducitur, illamque suauiter spirantes ex Atticae angulis aurae dimittunt, et, quod maxime mirandum, ipse Lucifer vna cum sole resplendens, ac solus tunc

Nnnn 2

ex

vento indicat, et vectores nauis veluti amantes sistit Noster, qui cum arboribus, vento, animalibus, colloqui solent tanquam cum personis quas depereunt.

(a) τῇ θεωρίδι] Proprie sic dicebatur nauis, quam Athenienses quotannis mittebant in Delum, prout ἡ θεωρία, sacra eiusmodi legatio religionis caussa ad locum numinis fama inclitum, et οἱ θεωροὶ, qui ad illa loca missi primitias aliaue dona secum ferebant. De quo ritu pauca *Salmasius* ad Achill. Tat. p. 7.5. cum *Bourdeloto* ad Heliod. p. 33. plura *Gronouius* ad Arrian. de exped. Alex. M. II.24. De naui ipsa, θεωρὶς dicta, *Meursius* in Theseo cap. XVI. *Petrus Castellanus* de festis Graecorum, voce Δήλια, *Paschalius* de Coronis IIII. 18. pag. 259. seq. *Spanhemius* ad Callimachi hymnum in Delum v. 314. p. 514. Noster autem eo nomine compellat nauem, quae peplum Mineruae ferebat, sicut *Aeschylus* ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. v. 864.

ναυστολον θεωρίδα
τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι,

nauigantem theorida vocat Charontis cymbam, quae sit *inuia Apollini*, in oppositione illius apud Athenienses, quae Delii Apollinis vsui seruiebat et cultui. Obiter notandum, quod Himerius nauem hanc Mineruae consecratam non modo ναῦν adpellet, quo nomine ceteri scriptores fere omnes in hoc negotio vtuntur, sed etiam τριήρη, σκάφος, ὁλκάδα, promiscue. Θεωρίδα iure nuncupare potuit, eo quod Mineruae fuerat missa, prout altera Apollini Delio.

(b) Σιμωνίδης] Vide supra ad initium huius orationis.

(c) ἐργάζηται] *promit*. Ad imitationem *Horatii* in carm. saeculari:

Alme sol curru nitido diem qui
Promis et celas. - - - -

(d) ὑπὲρ γῆν Αἰγυπτίαν χεόμενον] De Nili exundatione et veteres et recentiores multa. Consule *Bourdelotium* ad Heliod. p. 53. seqq. *Wagenseilium* ad Sota p. 303. ss. *Ludolfum* comment. ad hist. Aethiop. pag. 126. seqq. qui plures dabunt auctores.

(e) πέλαγός τε ναυσίπορον] *Ammianus Marcell.* lib. XXII. loquens de aquis Nili decrescentibus: *Minuitur postea, et mitigatis ponderibus aquarum, NAVIBVS antea PERVIVS equitabiles campos ostendit.* Idem alii, quos adscribere piget.

(f) συνεκλάμπων] Non est hoc verbum in Lexicis. Vtitur tamen *Longinus* sect. XLIIII. pag. 132. vbi de oratorum dotibus: τοῖς πράγμασι, κατὰ τὸ εἰκὸς, συνεκλάμπει.

(g) συμφαινόμενος] Etiam hoc desideratur in Lexicis. Est in *Achille Tatio* lib. II. pag. 87. τὸ δὲ μέσον σῶμα λευκὸν τῷ μέλανι

μεθ' ἡμέραν, καὶ συνάπτων ὑπὲρ τῆς νεὼς (h) τῷ πατρὶ τὴν (i) λαμπάδα.

XVII. (k) Ἐφάνης τοίνυν (l) οὗτος ἐκεῖνος ἀστέρων παρόντων ὁ κάλλιστος. Σὲ γὰρ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἕωσφορον, καὶ (m) δεξιὰν ἤγαγες τὴν (n) ἐρημίαν Ἕλλησι, χρηστὰ δὲ ἐπαγγέλλῃ συμβόλοις αἰσίοις τὰ μέλλοντα· ὡς ὁ δῆμος τε ὧδε εἴρηκε, κἀγὼ τοῖς ῥηθεῖσι πείθομαι.

ex stellis omnibus interdiu simul adparens, patri facem praefert ob gaudium de hac naue.

XVII. Tu nobis adparuisti inter praesentes stellas longe pulcerrima, te Luciferum salutant Athenienses, tu faustam Graecis attulisti quietem, tu prospera promittis ventura quaeuis auspicatis ominibus. Ita populus hic dicit, ac ego dictis facile accedo.

μάλαν συνεφαίνετο. Loquitur de lapidibus.

(h) τῷ πατρὶ] Sol est, quem vel praecedit vel subsequitur Hesperus.

(i) λαμπάδα] Post quam vocem vel deest aliquid, vel pro καὶ συνάπτων legendum συνάπτει, omisso καὶ.

(k) Ἐφάνης] Quo modo sub initium adlocutus fuerat imperatorem: ἐφάνης ἡμῖν, ἐφάνης &c. eodem nunc etiam sub finem προσφωνεῖ.

(l) οὗτος ἐκεῖνος] Dico ad *Luciani* Somnium pag. 8.

(m) δεξιὰν] Expono ad *Alciphr.* lib. 3. ep. 44. pag. 372. vbi δεξιὰ τύχη.

(n) ἐρημίαν] Omnino emendandum ἠρεμίαν.

Ex eodem codice XXIIII.

Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν Τρωϊκῶν.

α. Περὶ τριπλῆς πορθήσεως τῆς Τροίας.

Τροίαν πρότερον μὲν ἐπόρθησεν Ἡρακλῆς, ὁ Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιτρύωνος ἢ Διος, εἶτα αἱ Ἀμαζόνες· αἱ γυναῖκες ἦσαν οὕτω καλούμεναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μαζὸν δεξιόν· ἀπέτεμον γὰρ αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐν ταῖς τοξείαις προσίστατο, ἢ ἐν νηπίᾳ τῇ ἡλικίᾳ μύδρῳ ἔκαιον τὸ μέρος τῆς ἐκφύσεως τοῦ μαστοῦ· τρίτη δὲ πόρθησις Τροίας ἡ παρὰ τῶν Ἑλλήνων, ὑφ' ἧς καὶ ἐξεπορθη πλέον ἥτε πόλις καὶ ἡ χώρα σύμπασα, (*) δεκαστοῦ συγκροτηθέντος πολέμου, Πριάμου ἐν αὐτῇ βασιλεύοντος, τοῦ υἱοῦ Λαομέδοντος καὶ Λευκίππης, ὃς Ἑκάβην γήμας τὴν Δύμαντος ἢ Κισσέως, υἱοὺς ἐξ αὐτῆς πλείστους καὶ θυγατέρας ἐγέννησεν. Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δεινοῦ καὶ τῆς ἐκπορθήσεως τῆς Ἰλίου, ὁ Πάρις Ἀλέξανδρος, ὁ υἱὸς τῆς Ἑκάβης καὶ τοῦ Πριάμου. Ἑκάβη γὰρ ἐγκυμονοῦσα τὸν Πάριν ἔδοξε καθ' ὕπνους καιόμενον τίκτειν δαλὸν, καὶ τοῦτο διαπιστευθέντα τὴν Τροίαν τε κατοφλέξαι, καὶ πάσας τὰς ὑπ' αὐτὴν πόλεις. Τῶν δὲ μάντεων ἀλιτήριον εἰπόντων ἐκβῆναι τῇ πατρίδι τὸ τεχθησόμενον, ἄρτι γεννηθέντος Ἀλεξάνδρου Πρίαμος ὁ πατὴρ ἐφίσταται τῷ μαντείῳ τοῦ Λητοΐδου Ἀπόλλωνος, πυθόμενος ὁποῖον ἔσται τὸ βρέφος, καὶ ἀκούει, ὡς (**) τριακοντακτὴς ὁ παῖς γενόμενος, ὀλέσει τὴν πατρίδα. Τοῦτο μαθὼν,

(*) Leg. δεκαετοῦς. (**) Forsitan τριακονταέτης, vti mox cap. 3.

Incipit B. C. D. historia Troiana.

I. De tergemino Troiae excidio.

Troiam primum expugnauit Hercules, Alcmenae et Amphitruonis, seu potius Iouis, filius, tum Amazones (feminae sic dictae, quod dextra caruerint mammilla, quam vel resecuerunt ne impedimento esset in eiaculandis sagittis, vel in tenera aetate ferro ignito vsserunt eam partem corporis, in qua olim conspicienda mamma esset;) denique Graeci, qui maiorem vrbi ac regioni vniuersae vastitatem inferebant quam antecedentes, decennali conflato bello, tunc quum Priamus ei imperaret, Laomedontis et Leucippes filius, qui ducta in vxorem Hecuba, Dymantis vel (*vt alii volunt*) Cissei filia, multos ex ea filios suscepit filiasque. Occasio calamitatis et excidii Paris fuit, siue Alexander, Hecubae et Priami filius; quem cum in vtero gestaret mater, visa sibi est in insomniis titionem apparere ardentem, qui Troiam eiq; subiectas ciuitates omnes combusturus crederetur. Quum ergo vates edicerent, partum hunc patriae exitialem futurum, vix nato Alexandro Priamus pater oraculum adiit Apollonis Latonae filii, sciscitaturus, qualisnam futurus esset infans? Is quum audiuisset, quod trigesimo aetatis anno delenda ab eo sit patria, Archelao

θῶν, Ἀρχελάῳ τῷ οἰκέτῃ δίδωσι τὸ βρέφος εἰς ὄρος ἐκρίψαι, ὡς θηρίοις καταβρωθῇ.

β'. Περὶ τῆς ὑπ' Ἀρχελάου υἱοποιήσεως Ἀλεξάνδρου.

Ἀρχέλαος δὲ εἰς Ἴδην ἀπέρριψεν· ἄρκτος δὲ παραδόξως ἐφ' ἡμέρας πέντε τοῦτο ἐθήλαζεν. Ἐν τούτῳ θνήσκει τέκνον Ἀρχελάου νήπιον . . . τῇ ὁμευνέτιδι συμβουλευσάμενος, τὸ μὲν νεκρὸν εἰς Ἴδην ἀπέρριψε, τὸ δὲ βασιλικὸν βρέφος ἀναλαμβάνει, καὶ υἱοποιησάμενος τὴν ποιμενικὴν ἐξεπαίδευσε· καὶ οὕτω τὸν μόρον τε περιτρέχει ὁ Πάρις, καὶ εἰς ἄνδρας προέρχεται.

γ'. Περὶ τῆς ἐν Παρίῳ βασιλικῆς ἀνατροφῆς Ἀλεξάνδρου.

Ἄλλοι πάλιν ἐξιστοροῦσι, τὸν Πρίαμον ἐλεῆσαι τὸ τέκνον, καὶ μὴ ἐκθεῖναι αὐτὸ πρὸς θηρίων βορὰν, δοῦναι μέν τοι τῷ θεράποντι Ἀρχελάῳ ἐκτρέφειν βασιλικαῖς τοῦτο τροφαῖς, ἀγαγόντα εἰς χωρίον ἄνανδρον, ὁ Πρίαμος εἰς πόλιν μεταποιήσας Πάριον μετωνόμασεν εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ· προσεδόκησε γὰρ καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ Πάριδος ὄλεθρον ἐκφυγεῖν, εἰ τὸ τριακοστὸν οὗτος ὑπερβάλῃ ἔτος ἔξωπι τῆς πόλεως διαιτώμενος. Παρεκλάπη γὰρ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ ἀκούσας, ὡς τριακονταετὴς ὁ παῖς ἔσεται ὀλέθριος, καὶ ὑπονοήσας, ὡς μετὰ τοὺς τριάκοντα λοιπὸν οὐκ ὀλέθριος. Ἐν τοίνυν τοῖς ἀγροῖς εἴτε ποιμενικῶς εἴτε βασιλικῶς τρεφόμενος Ἀλέξανδρος ἱστορεῖται κρῖναι τὰς θεὰς κρίσιν τῷ Ἰλίῳ ἀρχέκακον, Ἀθηνᾶν, Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

δ'. Περὶ τοῦ γάμου Πηλέως καὶ Θέτιδος, καὶ τοῦ μήλου τῆς Ἔριδος, καὶ τῆς ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρίσεως τῶν θεαινῶν.

Ἐν ὄρει Πηλίῳ γάμοι Πηλέως ἐτελοῦντο καὶ Θέτιδος· ἐν τούτοις παρῆσαν αἱ θέαιναι, μετὰ τῶν ἄλλων, Ἥρα καὶ Ἀφροδίτη καὶ Ἀθηνᾶ, ἡ δὲ θεὸς Ἔρις οὐκ ἐκλήθη παρὰ τοὺς γάμους ὡς μάχιμος· ζηλοτυπήσασα γοῦν μηχανᾶται συγχῦσαι τὴν τοῦ γάμου πανήγυριν, καὶ χρυσοῦν μῆλον κατασκευάσασα καὶ τοῦτο ἐγγράψασα, τῇ καλῇ τὸ μῆλον, εἰς μέσον τὸν ἐν τῷ γάμῳ σύλλογον ἔρριψεν. Ἥρα γοῦν μετὰ τῆς Ἀφροδίτης καὶ Ἀθηνᾶς τῷ καινῷ μήλῳ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ γράμμασιν ἐπιβαλοῦσαι

Archelao seruo tradit puerum in monte exponendum, a ferisque animantibus deuorandum.

II. Quod Archelaus Paridem adoptauerit.

Et Archelaus quidem in Idam proiecit puerum, vrsa vero, quod fidem superare videtur, per quinque dies papillam praebuit sugendam. Interea filius Archelai, nec is adultus, moritur; quare consilio cum coniuge communicato, mortuum in Idam abiicit, regiumque loco eius puerum adoptat, ac in arte pastoria instituit. Ita Paris mortem effugit, ad virilemque peruenit aetatem.

III. Quod Alexander in Pario regie educatus fuerit.

Alii sic rem enarrant. Priamum miseratione erga filium commotum, non exposuisse illum ad cibum ferarum, sed Archelao seruo tradidisse, regiis sumtibus enutriendum, et in villam ab humano commercio semotam abducendum, quam in vrbem conuerterit Priamus, et Parium a filio Paride nominauerit. Sperabat enim fore, vt cladem effugeret a Paride inferendam, si hic trigesimum aetatis annum, ruri semper agens, superauisset. Neque enim recte percepit mentem oraculi, quod puerum XXX. annos natum exitio patriae fore praedixerat; vnde perperam concludebat, exacto illo tempore nullum amplius ab eo metuendum esse damnum. Paris, siue pastorum siue regio more in agris educatus, tres iudicauisse fertur Deas, (vnde caussa malorum quae Ilio obuenerunt) Mineruam, Iunonem et Venerem, sequenti de caussa.

IIII. De nuptiis Pelei cum Thetide, de pomo Eridos, et de iudicio Dearum, quod Alexander tulit.

In Pelio monte celebrabantur Pelei ac Thetidos nuptiae, quibus et Deae interfuerunt multae, et inter alias Iuno, Venus, Minerua; Eris vero Dea, contentionis auctor, eo non vocabatur. Igitur aemulatione incitata conatur nuptialis conuentus laetitiam turbare, ac pomum aureum a se factum, cum hac inscriptione: *Formosissimae pomum esto*, in medium proiicit hospitum ad nuptias inuitatorum. Quod pomum nouum litteras-

λῦσαι τὰς ὄψεις καὶ χεῖρας ἰσφετερίζοντο τὸ μῆλον ἰδίᾳ ἑκάστη, ἑαυτὴν εἶναι τὴν καλὴν ἰσχυριζομένη. Ὡς δ᾽ οὖν ἦν τούτων ἡ περὶ τοῦ κάλλους ἔρις ἄλυτος, πρὸς τὸν Δία τὸν Θεῶν ὕπατον παραγίνονται· ὁ δὲ τὴν κρίσιν ἀπαγορεύσας διὰ τὴν πρὸς τὰς θεὰς ἴσην στοργήν, ἐκπέμπει ταύτας διὰ τοῦ πομπαίου Ἑρμοῦ ἐς Ἴδην πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς κρίνας ταύτας τῇ ὡραιοτέρᾳ δοίη τὸ μῆλον ἔπαθλον. Γενόμεναι τοίνυν παρ᾽ Ἀλεξάνδρῳ, Ἥρα μὲν ὑπισχνεῖται τούτῳ ἐν ἀπορρήτοις ἀρχὴν τῆς ἑῴας τε καὶ τῆς δύσεως, εἰ ταύτῃ τὸ μῆλον ὡς ὡραιοτέρᾳ παράσχηται. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐφ᾽ ὁμοίοις ὑπερφυᾶ φρόνησιν αὐτῷ ἐπαγγέλλεται· ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ Ἀφροδίτη κατεγγυᾶται τῷ δικαστῇ ὡραιοτάτην γυναῖκα, τὴν Ἀργείαν Ἑλένην τοῦ Τυνδάρεως· ἀμέλει καὶ ταύτῃ δελεασθεὶς προέκρινε τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὸ μῆλον ταύτῃ παρέσχετο.

que ipsi inscriptas simul ac oculis manibusque vsurpauit Iuno, et Venus, et Pallas, quaelibet sibi vindicauit soli, ac se reliquis pulcriorem adfirmauit. Inde quum exorta de pulcritudine lis fuisset vix finienda, Iouem, inter Deos summum, conueniunt, sed qui iudicium ferre detrectauit, eo quod ex aequo Deas istas amaret, quas proinde in comitatu Mercurii deductoris ad Idam montem et Alexandrum ablegauit, futurum iudicem, qui formosissimae pomum, veluti certaminis praemium, daturus esset. Ad hunc vbi accesserunt, Iuno clam ipsi imperium orientis promittit et occidentis, si pomum sibi, vtpote formosiori, praebere vellet. Similiter Minerua admirabilem pollicetur prudentiam; ad eundemque modum Venus se conciliaturam iudici omnium pulcerrimam feminam, Argiuam Helenam Tyndaridem, spopondit. Veneris itaque promissionibus corruptus Paris, illam praetulit reliquis, pomumque obtulit.

ε. Περὶ τῆς ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου ἁρπαγῆς τῆς Ἑλένης.

Καὶ μετὰ τοῦτο πλοίοις ἐμβάς, ἃ Φέρεκλος ἐτεκτήνατο, καταπλεῖ εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἐκεῖθεν ἁρπάζει τὴν Ἑλένην, τῆς Ἀφροδίτης συναιρομένης αὐτῷ. Τινὲς οὕτω τὴν ἱστορίαν συντίθενται· μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος, ὡς ἤδη κινδύνου παρῳχημένου, Πρίαμος ἅμα (*) τοῖς Ἰλιάσιν ἐκ τοῦ Παρίου κατάγει τὸν παῖδα ἐς τὴν πατρίδα, ὑπὸ θριάμβῳ τε καὶ μολπαῖς, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ τοῖς πρώτοις θεοῖς ἑκατόμβας θύει πολυτελεῖς· ἔπειτα γράμμασι τὸν υἱὸν ἐφοδιάσας, καὶ ὀπαδοὺς δοὺς ἀριθμουμένους εἰς ἑκατὸν ἐκπέμπει πόντιον ἐς τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἑλλήνων, τοὺς ὁμαίμους τοὺς Ἀτρέως τε καὶ Ἀερόπης υἱούς, Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον, σὺν δώροις βασιλικοῖς, ὅπως εἰς φιλίαν αὐτοῖς συνελθὼν ἐν Ἄργει σῶστρα θυσιάσῃ Ἀπόλλωνι, ἐφ᾽ οἷς ἔδοξεν ἐκφυγεῖν σφᾶς αὐτοὺς τὰ ὀλέθρια. Γίνεται τοίνυν εἰς Σπάρτην, καὶ ὑπὸ Μενελάου ξενίζεται, δώροις τούτον δεξιωσάμενος. Ὃς δὴ Μενέλαος εὐθὺς ἐς Κρήτην ἐκπλέει, τῷ προπάτορι θύσων Διΐ, ὅπερ αὐτὸν τῆς καθ᾽ Ἕλληνας βασιλείας ἠξίωσεν, ἔλιπε δὲ ἐν τοῖς δόμοις Ἀλέξανδρον· καὶ ὃς δὲ ἰδὼν τὴν Ἑλένην ἰδεῖν ἐν λειμῶνι μετὰ τῶν θεραπαινίδων ἁπαλῶς βηματίζουσαν, καὶ κάλλει ἀστράπτουσαν, ἔρωτι ταύτης ἐπλήγη, καὶ ἀντέπληξε βλέψασαν, ἄρα καὶ αὐτὸς λάμπων· ἀγγέλλουσιν ἀλλήλοις

V. Quod Helenam rapuerit Alexander.

Postea naues a Phereclo fabricatas conscendens in Graeciam nauigat, indeque Helenam rapit, Venere opitulante. Alii sic narrant historiam. Priamus, elapso trigesimo anno, quum omne nunc euanuisse periculum arbitraretur, vna cum Troianis ex Pario in patriam deducit filium non sine triumpho et canticis, eiusque caussa praecipuis Deorum hecatombas immolat sumptuosas. Dein epistolas filio in viam tradit, comites itineris centum adiungit, atque per mare mittit ad Graecorum reges, sanguine secum iunctos, Atrei et Aeropes filios, Agamemnonem scilicet ac Menelaum, additis donis vere regiis, quo, amicitia cum illis inita, Argos quum peruenisset, Apollini sacra faceret, praemiaque offerret, eo quod huius ope tam ipse quam consanguinei exitium effugerint. Venit ergo Lacedaemonem, et a Menelao non hospitio solum sed et muneribus excipitur. Paullo post Cretam nauigat Menelaus, Ioui, quem inter maiores numerabat suos, solenne sacrificium, pro concesso in Graecos imperio, facturus, domi relicto Alexandro. Hic autem, conspecta Helena in pratis molliter cum ancillis deambulanre, cuius pulcritudo erat splendida, amore eius captus fuit, vti vicissim

(*) Aut τοῖς Ἰλιάσιν scribendum, aut, quod praeferendum videtur, τοῖς Ἰλιεῦσι.

ἀλλήλοις Αἴθρης μεσιτευούσης τὸν ἔρωτα, καὶ ὁμοφροσύνῃ ἐπὶ τὸ Ἴλιον ἀναπλέουσι, θεραπαινίδας ἄλλας τε καὶ αὐτὴν τὴν Αἴθρην καὶ κόσμον οὐκ ὀλίγον ἐν ταῖς ναυσὶν ἐπαγόμενοι. Ἀγγέλλεται ταῦτα τῷ Μενελάῳ ἐς Κρήτην, καὶ οὗτος εὐθὺς καταπλεύσας ἐκζητεῖ τοὺς μοιχοὺς, ἀλλ' οὐκ ἴσχυε καταλαβεῖν· οὗτοι γὰρ διὰ τοῦ Τυρίου πελάγους ὅλῳ μογοῦντες ἐνιαυτῷ καταπαύουσιν εἰς τὴν Ἴλιον· αἱ δὲ Τρῳάδες ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς Ἑλένης ἐκπλήττονται, καὶ Ἑκάβη φιλοῦσα ταύτην ἐν τοῖς βασιλείοις μεγάροις τιμῆς ἠξίου.

ciffim Helena amore Paridis, iuuenis perquam venufti. Amoris internuntia vtuntur Aethra, mutuoque confenfu Troiam nauigare decreuerunt, fecum nauibus ferentes cum alias feruas tum Aethram quoque, ac mundum muliebrem non exiguum. Quae vbi Menelao in Creta degenti nuntiantur, ftatim infequitur moechos, verum haud adfequitur, quippe qui in Tyrio mari per integrum iactatiannum tandem peruenerunt Ilium. Ceterum pulcritudo Helenae ftuporem iniecit Troianis feminis, Hecuba vero illam regiis aedibus beneuole exceptam, omni honore profequuta fuit.

ς'. Περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων πρεσβείας πρὸς Τρῶας ὑπὲρ Ἑλένης.

Πέμπουσι τοίνυν Ἕλληνες πρέσβεις εἰς Τρῶας, Ὀδυσσέα, Παλαμήδην, Μενέλαον καὶ λοιποὺς, αἰτοῦντας τὴν ἁρπαγεῖσαν· ἀνύουσι δὲ οἱ πρέσβεις οὐδὲν, ὅτι μὴ μᾶλλον καὶ παρὰ Ἀντιμάχου ἐπιβουλεύονται, εἰς τοῦτο ἐξωνηθέντος χρυσῷ παρ' Ἀλεξάνδρου. Ἀντήνωρ δὲ ῥυσάμενος αὐτοὺς τοῦ ὀλέθρου ξενίζει φιλανθρωπότερον, ᾧ δὴ Ἀντήνορι πορθουμένης ἐπὶ ὕστερον Τροίας τὴν ἀμοιβαίαν χάριν κατέθεντο, τά τε γὰρ προσόντα ἅπαντ' ἔσωσαν, καὶ δῶρα ἁδρὰ προσεπιδεδώκασι. Παλινοστήσαντες γοῦν οἱ πρέσβεις ἐκ Τροίας εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰ τῆς πρεσβείας ἄπρακτον ἀπαγγείλαντες, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιμάχου ἐπιβουλὴν, κατὰ τῶν Ἰλιέων τὸν τῶν ὁμογενῶν θυμὸν ἐξεκίνησαν.

VI. De legatis Graecorum ad Troianos miffis, Helenae cauffa.

Mittunt ergo Graeci legatos ad Troas, Vlyffem, Palamedem, Menelaum, aliosque, raptam repetituros Helenam. Tantum vero abeft vt legati commiffa fibi fuerint exfecuti, vt infidiis etiam peterentur ab Antimacho, quem Paris quidem pecunia ad hoc conduxerat, Antenor autem ex pernicie liberauerat, et fumma cum humanitate in domum fuam receperat: vnde Antenori, capta infequente anno Troia, fimilem rependerunt gratiam, dum omnia eius bona faluarunt, ac munera infuper obtulerunt fplendida. Legati Troia in Graeciam redeuntes, legationemque optato fucceffu carere nuntiantes, atque infidias Antimachi exponentes, popularium fuorum iram aduerfus Ilienfes concitauerunt.

ζ'. Περὶ τῆς κατὰ Τρώων συγκινήσεως τῶν Ἑλλήνων.

Καὶ τότε δὴ ὁ τῶν Ἑλλήνων ἅπας στρατὸς ἐκ ἠπείρων τε καὶ νήσων εἰς ἓν ἀθροίζονται κατὰ Τρώων, ἐν ὅλῃ δεκάδι ἐνιαυτῶν, ἐξ ὅτου περ ἡ Τυνδαρὶς Ἑλένη τῆς Τρωϊκῆς ἐπέβη χθονός. Καὶ μετὰ τοῦτο πάντες κατὰ τῆς Τροίας ἐκπλέουσι· καὶ γὰρ ὅρκοις εἰς τοῦτο προσπεπεδήθησαν πρόπρῳ ταῦδε.

VII. De expeditione, quam Graeci omnes contra Troianos fufceperunt.

Tunc vniuerfus Graecorum exercitus, in terra continente infulifque collectus, in vnum congregatur aduerfus Troianos, per decemque annos, ex quo Tyndaris Helena Troicum confcendit folum, bellum cum illis geffit, cui omnes interfuerunt viri in Graecia illuftres, Troiamque nauigarunt, iureiurando ad hoc obftricti, ex cauffa quam nunc edifferemus.

η'. Περὶ τοῦ πρὸς Τυνδάρεων ὅρκου τῶν Ἡρώων τῆς Ἑλένης.

Τυνδάρεως ὁ πατὴρ Ἑλένης (*) μᾶλλον ἐκδοῦναι ταύτην ἀνδρὶ, ἰδίᾳ ἑκάστῳ τῶν ἀρίστων τε καὶ ἡρώων κατηγγυᾶτο τὸν γάμον αὐτῆς ἀμηχάνως· εἶτα σύλλογον αὐτῶν ποιησάμενος,

VIII. De iureiurando quod Heroes, Helenae proci, Tyndareo praeftiterunt.

Tyndareus, Helenae pater, filiam fuam nuptui collocaturus, priuatim cuilibet heroum praeftantiffimorum fpem fecerat nuptiarum prout poterat maximam; deinde vero, congregatis omnibus, eos

(*) Legendum μέλλων.

νος, ὅρκον ἐζήτησεν σφᾶς ὑπὲρ τῶ προθύμως εἶναι τῷ ἐσομένῳ τῆς Ἑλένης συνεύνῳ ὑπερμαχεῖν, εἰ ἀδικοῖτο πρός τινος ἐπ᾽ αὐτῇ. καὶ οἱ ἄριστοι ἄσμενοι τοὺς ὅρκους ἐτέλεσαν, διὰ τὸ ἕκαστον αὐτῶν τὸν τῆς Ἑλένης γάμον καραδοκεῖν, καὶ οἴεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ τελεῖσθαι τοὺς ὅρκους· αὐτὸς δὲ μετὰ τὴν ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν, Μενελάῳ τὴν θυγατέρα ἐκδίδωσι. Διὰ ταῦτα κατὰ τῶν Τρώων πάντες συγκεκίνηνται Μενελάου ὑπερμαχοῦντες.

adigebat, vt iureiurando fefe deuincirent ad defendendum illum, qui Helenae futurus effet maritus, fi forfan huius rei cauffa aliquis illum praeter ius ac fas adgrederetur. Libenter iusiurandum praestiterunt Graecorum optimi, eo quod quilibet horum nuptias Helenae anxie exfpectaret, atque illa iureiuranda fui cauffa effe danda exiftimaret. Qua interpofita facramenti fecuritate, filiam Menelao tradidit. Atque haec ratio eft, ob quam aduerfus Troianos Graeci omnes arma fumferint, ac pro Menelao pugnauerint.

θʹ. Περὶ τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀνδρείων στρατηγῶν. Περὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Μενελάου.

Ἀλλὰ φέρε τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἐξιστορήσωμεν, καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἀνδρείᾳ προφέροντας, ἔπειτα δὲ τοὺς συνέσει προήκοντας· ἀλλὰ προτακτέον τοὺς βασιλεῖς. Βασιλεῖς τοῦ Ἑλληνικοῦ παντὸς Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος, ὡς προείρηται, Ἀτρέως παῖδες καὶ Ἀερόπης, ἀπόγονοι τοῦ Διός, ἐκ προγόνων τὴν βασιλείαν κατεχθεῖσαν εἰς αὐτοὺς κληρωσάμενοι. Ὁ Ἀγαμέμνων προεῖχεν εἰς τὴν ἀρχήν· ἦν καὶ ἀρχικὸς καὶ εὐπαίδευτος καὶ εὐόμιλος, καὶ ἀνδρεῖος ὑπὲρ πολλοὺς καὶ αὐτὸν τὸν ἀδελφὸν Μενέλαον. Ἐν Μυκήναις αὐτῷ τὰ βασίλεια, τῷ Μενελάῳ ἐν Σπάρτῃ, ἀμφότερα κατὰ Πελοπόννησον.

IX. De excellentibus Graecorum imperatoribus, fpeciatim de Agamemnone et Menelao.

Age vero excellentes Graecos percenfeamus, ac primum quidem eos qui fortitudine, rum illos qui prudentia eminuerunt, initium facturi ab imperatoribus. Totius Graecanici exercitus duces ac imperatores fuerunt, quod iam dictum, Agamemnon et Menelaus, Atrei et Aeropes filii, Iouis pofteri, qui maiorum imperium hereditario iure ad fe deuolutum obtinuerunt. Primas in imperio Agamemnon tenuit, eratque artis regendi populus peritus, difciplinis probe imburus, admodum affabilis, ac fortitudine cum alios multos tum ipfum Menelaum fratrem fuperans. Regia eius Mycenis fuit, vti Menelai Spartae; vtraque Peloponnefi ciuitas.

ιʹ. Περὶ Ἀχιλλέως.

Ἀχιλλεὺς Φθιώτης ἦν, τοῦ ἥρωος Πηλέως καὶ τῆς θεᾶς Θέτιδος παῖς, κατὰ δὲ τὸν μῦθον, Διὸς καὶ Θέτιδος. Οὗτος ἀνδρειότατος πάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ ἀλτικώτατος, ὡραῖος ὑπὲρ ἡλικίαν καὶ γυναικόμορφος. σκληρός γε μὴν καὶ ἀδυσώπητος ἐν ὀργαῖς· ἐτράφη γὰρ ἐν Πηλίῳ τῷ ὄρει παρὰ Χείρωνι τῷ ἱπποκενταύρῳ, ἱππεύειν τε καὶ θηρομαχεῖν παιδευόμενος ἐπ᾽ αὐτοῦ· αὐτῷ δὲ καὶ διδασκάλῳ καὶ ἵππῳ ἐνίχρητο· ἦν γὰρ ὁ Χείρων τὰ μὲν κατὰ τὴν κεφαλὴν ἄνθρωπος, ἵππος δὲ τὰ λοιπά, καὶ τετρασκελὴς ἔβαινεν. Εἱστία δὲ τὸν Ἀχιλλέα οὐ συνήθει τροφῇ, ἀλλὰ τῶν ἐλάφων τοῖς μυελοῖς, ὅθεν καὶ Ἀχιλλεὺς ἡ κλῆσις τῷ ἥρωϊ· τὸ γὰρ ά. τὴν στέρησιν, τὸ δὲ χιλὸς ἐσήμαινε τὴν τροφήν. Τινὲς ἐκ τοῦ Ἀχαιοῖς ἰλλὸν εἶναι τὸν ἄνδρα, ἤγουν ὀφθαλμὸν, κλέος τε καὶ ἰσχὺν, τὸ ὄνομα περιετυμολόγησαν. Οὗτος ἐκστρα-

X. De Achille.

Achilles Phthiota Pelei herois et deae Theridos filius, vel, fecundum fabulas, Iouis et Thetidis, fortiffimus fuit inrer Graecos omnes ac faltu celebratiffimus, formofus etiam vlrra fexum, immo plane muliebri pulcritudine; durus tamen ac implacabiliter irafcens. Enutritus in Pelio monte fuit apud Chironem hippocentaurum, a quo artem equirandi et venandi didicit, poftea vero ipfo magiftro vfus fuit pro equo. Erat quippe Chiron quoad caput homo, quoad reliqua membra equus, quatuorque incedebat pedibus. Is Achillem non confueta ratione nutriuit, fed ceruorum medullis, vnde et heroi adhaefit nomen *Achilles*. Namque *ά* priuatinum eft, *χιλὸς* vero cibum declarat Cerealem. Alii inde deducunt id nominis, quod Achiuorum fuerit *ἰλλὸς*, hoc eft oculus, gloria et robur.

ἐκστρατεύων ἐπὶ τὴν Τροίαν ἐπήγετο τὸν παιδαγωγὸν Φοίνικα, γηραιὸν ὄντα καὶ εὐσύνετον, υἱὸν τοῦ Ἀμύντορος, καὶ στρατιώτην εἶχε Πάτροκλον υἱὸν Μενοιτίου, τὸ εἶδος χαρίεντα, καὶ ἐκθύμως αὐτῷ φιλούμενον· οὗτος ὁ Ἀχιλλεὺς ἡ πᾶσα σχεδὸν ἢ ἡ μείζων τῶν Ὁμήρῳ ὑπόθεσις ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ, ὡς ἀνδρικώτατον τοῦτον ἐξαίρετον.

bur. Hic in expeditione aduersus Troiam secum duxit praeceptorem Phoenicem, senem ac prudentem virum, Amyntoris filium; socium expeditionis habuit Patroclum Menoetii filium, decorum forma, et impense a se amatum. Hic est ille Achilles, qui totum fere, vel certe praecipuum, est argumentum Homericae poeseos, et quem sibi poeta, veluti manu promtissimum, delegit.

ια΄. Περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου· περὶ τοῦ Διομήδους· περὶ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ· περὶ Τεύκρου. περὶ Φιλοκτήτου.

Αἴας ὁ μέγας υἱὸς ἦν Τελαμῶνος καὶ Ἐριβοίας· ἀνδρειότερος πάντων μετὰ τὸν Ἀχιλλέα καὶ ὡραιότερος, ὃς καὶ πύργος τῶν Ἑλλήνων ἐλέγετο. Ἦν δὲ καὶ μεγάλου σώματος, καὶ σάκος ἔφερεν ἑπταβόειον, εἰς πύργον ὥσπερ μεγεθυνόμενον. Διομήδης υἱὸς ἦν Τυδέως καὶ Δηιπύλης, μικρὸς τὸ δέμας, ἀλλὰ μαχητὴς ἀνδρεῖος παρὰ πάντας μετὰ Ἀχιλλέα καὶ τὸν Τελαμώνιον Αἴαντα. Αἴας ὁ Λοκρὸς, υἱὸς ἦν Οἰλέως, γενναῖος καὶ ἀλτικός. Τεῦκρος ἀδελφὸς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου, δεξιώτατος εἰς τοξείαν καὶ εὐστοχώτατος. Φιλοκτήτης υἱὸς ἦν Ποίαντος· οὗτος δηχθεὶς τὸν πόδα ὑπ' ὄφεως ἐν τῷ ἀναπλεῖν τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν Τροίαν, ἐξερρίφη εἰς Λῆμνον τὴν νῆσον, καὶ ἐκεῖσε τοῖς αὐτοῦ τόξοις θηρεύων ἀπετρέφετο.

XI. De Aiace Telamonio, Diomede, Aiace ex Locride, Teucro, atque Philoctetа.

Aiax magnus filius erat Telamonis et Eriboeae, fortitudine inter omnes Graecos secundus ab Achille, et forma venustissimus, *turris Graecorum* dictus. Erat procerus, scutumque gerebat ex septem pellibus bubulis confectum, ac instar turris in longitudinem protensum. Diomedes Tydei et Deipylae filius, corpore exiguo fuit, sed pugnator strenuus, qui magno animo ac robore omnes, Achille et Aiace Telamonio exceptis, post se reliquit. Aiax Oilei filius Locrus, fortitudine saltusque peritia inclaruit. Teucer Aiacis Telamonii frater, in sagittando peritissimus fuit atque felicissimus. Philoctetes Paeantis filius, serpentis morsu tactus in pede, quum Graeci Troiam nauigarent, in Lemnum insulam expositus fuit, vbi sagittis feras conficiendo victum sibi quaesiuit.

ιβ΄. Περὶ Πρωτεσιλάου· περὶ Ἀντιλόχου· περὶ Νιρέως.

Πρωτεσίλαος υἱὸς ἦν Ἰφίκλου, Λαοδαμείας ἀνὴρ, νέος τὴν ἡλικίαν καὶ ὥρας οὐκ ἄμοιρος. λιπὼν δὲ Λαοδάμειαν νύμφην ἐν τῷ θαλάμῳ, συνεξεστράτευσεν Ἕλλησι, καὶ ἐν μάχῃ πίπτει πρῶτος πάντων τῶν Ἀχαιῶν, ὡς τῶν ἄλλων προπηδήσας κατὰ Τροίας ἐκ τῆς νηός. Ἀντίλοχος παῖς ἦν τοῦ (*) Πηλίου Νέστορος, πάντων Ἑλλήνων νεώτερος, φιλοπάτωρ τε μάλιστα, ἐπεὶ καὶ κατὰ τοῦ πατρὸς φερόμενον βέλος ποτὲ, αὐτὸς ἑκὼν πρὸ τοῦ φύσαντος στὰς, ἐδέξατο τὴν βολὴν ἐν τῷ σώματι. Νιρεὺς υἱὸς ἦν Χαρόπου καὶ Ἀγλαΐας, ὡραιότερος μὲν πάντων κατὰ τὸν Ἀχιλλέα, ἀσθενέστερος δὲ πάντων τῶν τοῦ πανελληνίου στρατηλατῶν.

XII. De Protesilao, Antilocho ac Nireo.

Protesilaus Iphicli filius, maritus vero Laodamiae fuit, aetate tener, forma non inuenustus. Is relicta in thalamis Laodamia vxore expeditioni Graecorum simul interfuit, primusque omnium Achiuorum in pugna occubuit, quippe qui primus ex omnibus e naui prope Troiam exiit. Antilochus, patre Pylio Nestore genitus, aetate minimus inter Graecos fuit, sed patris amantissimus. Etenim quum sagitta parens peteretur, ipse vltro pro genitore sese obiecit, corporeque ictum excepit. Nireus Charopi et Aglaiae filius, formosissimus omnium fuit post Achillem, sed maxime debilis ex omnibus Graeci exercitus ducibus.

ιγ΄. Περὶ Παλαμήδους.

Τῶν μὲν συνέσει καὶ σοφίᾳ διαφερόντων ἡρώων

XIII. De Palamede.

Heroas inter, qui prudentia et sapientia

(*) Πυλίου scribendum. *Pylius* enim ac *Pylius rex* Nestor est, prout vel ex cap. sequente liquet.

ἡρώων πρῶτιστος ὁ καλὸς Παλαμήδης ὁ Εὐβοεύς. Οὗτος γὰρ σοφώτατος ἦν καὶ μηχανικώτατος, καὶ τειχομαχικῶν ὀργάνων δεξιώτατος ποιητής· εὑρετὴς δὲ καὶ ἑτέρων πολλῶν σοφῶν ἐπιτηδευμάτων· οὗτος τοῖς Ἕλλησιν ἐξεῦρε ἐν Τροίᾳ τὰ γράμματα, δι' ὧν τοῖς οἰκείοις παρεμυθοῦντο τὴν πολυχρόνιον ἐκδημίαν αὐτῶν. ἐξεῦρε καὶ τὰς πεσσούς, δι' ὧν ἐν ἀργίαις καιροὺς ἐβραστώνευον; καὶ τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα εὐμήχανα. Διὸ καὶ ὡς θεὸς ἐτιμᾶτο τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλ' ὁ δόλιος Ὀδυσσεὺς ζηλοτυπήσας τὸν ἄνδρα θανάτῳ παρέδωκεν, ὡς ἐν τοῖς (a) ἔμπροσθεν ἀκριβῶς ἐξιστορηθήσεται. Λέγεται, καὶ ἄθυμον τὸν Παλαμήδην εἶναι τέλεον καὶ ἀόργητον.

tia excelluerunt, primas tenuit praestantissimus Palamedes Euboeus. Sapientissimus enim fuit, ac fabricandarum machinarum peritissimus, instrumentorumque ad muros oppugnandos idoneus artifex, multorum denique aliorum prudentissimorum institutorum inuentor. Hic litteras Graecas ad Troiam inuenit, quibus diuturnae absentiae solatium praebebant familiaribus et cognatis; inuenit quoque calculos lusorios, queis otii tempora fallebant, et numeros, et alia ingeniosa non sane pauca: quam ob caussam diuino illum honore prosecuti fuerunt Graeci. Tantum virum inuidia dolosi Vlyssis ferre non potuit, prout paullo post accurate exponetur. Dicitur etiam omni prorsus bile ac ira caruisse Palamedes.

ιδ'. Περὶ Νέστορος.

XIIII. De Nestore.

Νέστωρ Νηλέως ἦν υἱὸς καὶ Χλωρίδος ἐκ νήσου τῆς Πύλου, γεραρὸς καὶ πολυετής. ἐν συμβολαῖς φρονιμώτατος, ἐν ὁμιλίαις ἀγχίνους τε καὶ (b) ἡδυεπὴς, ὡς καὶ δοκεῖν ῥέειν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ μέλιτος γλυκυτέραν φωνήν. ὅθεν καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως εὖ μάλα ἐστέργετο. Τὸ ἦθος χρηστὸς ἦν, οὐ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα ὕπουλος καὶ πονηρός.

Nestor Nelei et Chloridis filius, ex Pylo insula oriundus, vir fuit venerandus et annosus, in consiliis prudentissimus, in colloquiis cautus et adeo suauis, vt ex eius lingua melle dulcior oratio fluxerit, quam ob caussam impense illum amabat Agamemnon. Moribus erat placidis, non vero subdolus aut malus, qualis fuit Vlysses.

ιε'. Περὶ Ὀδυσσέως.

XV. De Vlysse.

Ὀδυσσεὺς υἱὸς ἦν Λαέρτου καὶ Ἀντικλείας ἐξ Ἰθάκης τῆς νήσου, φρόνιμος ἢ μᾶλλον πανοῦργος, εἰς δημηγορίαν πολὺς, ὡς καὶ ἐοικέναι νιφάσι (c) χειμερίαις τὴν πυκνότητα τῶν λόγων αὐτοῦ. (d) δημοχάριστος ἦν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα δολίως ὑποποιούμενος· ὄλεθρος δὲ γέγονε μεγίστων ἡρώων καὶ θαυμαστῶν, Παλαμήδους, Αἴαντος, Φιλοκτήτου. ἐν Λήμνῳ γὰρ αὐτὸν ἔλιπε τὰς νῆας ἐπιταχύνας· καὶ τὸν Λοκρὸν ἀπώλεσεν Αἴαντα φυγόντα δι' αὐτὸν ἐπὶ θάλασσαν.

Vlysses Laertae et Anticleae filius, ex Ithaca insula, prudens erat, vel potius astutus, multa praeditus facundia, cuius densae orationes imbribus niualibus hibernis videbantur similes. Praeterea populi captabat gratiam, ipsumque adeo regem in suas trahere partes fraudulenter studebat. Is caussa exitii fuit maxime admirandis heroibus, Palamedi, Aiaci, Philoctetae, quem in Lemno reliquit, dum ipse interea nauibus ad Troiam festinauit. Periit quoque eius caussa Aiax Locrorum rex, quum fugam et salutem in mari frustra quaesiuisset.

ιϛ'. Περὶ Κάλχαντος τοῦ μάντεως.

XVI. De Calchante vate.

Κάλχας Θέστορος ἦν υἱὸς, πολιὸς μάλιστα, τὴν μαντικὴν ἐξησκημένος ἐπ' ἀκριβὲς, (e) ἐπιστήμενος ἐνεστῶτα, παρῳχημένα, καὶ μέλλοντα, (f) ὡς καὶ τὰ συμπίπτοντα τοῖς Ἀχαιοῖς ἅπαντα προεμήνυεν.

Calchas Thestorides incanus erat, in arteque diuinandi accuratissime exercitatus, qui praesentia, praeterita et futura nouerat, atque euentura omnia Achiuis praedixerat.

ιζ'. Περὶ

XVII. De

(a) Leg. ὄπισθεν. (b) Ex Iliad. α'. 249. seq. (c) Ex Iliad. γ'. 222. (d) Scrib. δημοχαριστὴς, quomodo Vlysses salutatur ab *Euripide* Hecub. v. 134. (e) Leg. ἐπιστάμενος. (f) Emend. ὅς.

ιζ'. Περὶ Ἐπειοῦ τοῦ τέκτονος.

Ὁ Ἐπειὸς τέκτων ἦν δεξιώτατος, καὶ κατασκευαστὴς εὐμηχάνων τεκτονημάτων. Οὗτος καὶ τὸν Δούρειον ἵππον συνεπήξατο, δι' οὗ ἑάλω τὸ Ἴλιον, ὅπως δὲ, κατὰ καιρὸν ἐξιστορηθήσεται. Δειλὸς ἦν ὑπὲρ ἐλάφους, ὅμως πυγμάχος ἐνδέξιος. Λέγεται δὲ οὗτος καὶ πρᾳότατος εἶναι κατὰ τὸν Παλαμήδην καὶ ἄθυμος. Οὗτοι τῶν ἀρίστων τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν οἱ ἐπισημότεροι, οἱ δὲ λοιποὶ παρείθησαν· ἵνα τι μὴ εἰς ἀμετρίαν ὁ λόγος ἐκμηκυνθῇ, καὶ διὰ τὸ μὴ πάνυ τι τὸ κατ' αὐτοὺς πλεῖον ἀξιόλογον. ἀλλὰ διηγητέον ἐνταῦθα κἀκεῖνα, ἣ ὡς ἀστεῖόν τι καὶ χρήσιμον ἔχοντα, ἃ καὶ συμβέβηκε πρὸ τῆς ἀποπλοίας τῶν Ἀχαιῶν, ἐν τῷ αὐτοὺς συναθροίζεσθαι πρὸς τὸν πόλεμον.

XVII. De Epeo fabricatore.

Epeus fabricator solertissimus fuit structorque ingeniosorum operum, quippe qui Durium equum fabricauit, cuius ope Troia capta fuit eo modo, quem suo tempore enarrabo. Hic, timidior quamuis ipsis ceruis, pugil tamen exercitatissimus fuit. Dicitur lenitate animi secundus a Palamede, et irae expers fuisse. Atque hi sunt inter non ignobiles Graecorum duces praestantissimi; ceteros omisimus, partim ne in immensum excurriat tractatus, partim quod vix aliquid singulare et memoratu dignum de illis suppetat. Nunc et ea recensenda veniunt, quae iucunda auditu ac vtilia euenerunt antequam Graeci Troiam nauigarent, dum adhuc conueniebant ad bellum.

ιη'. Περὶ τῆς ἐν τῷ παρθενῶνι τοῦ Λυκομήδους ἀποκρυβῆς τοῦ Ἀχιλλέως.

Θέτις ἡ μήτηρ Ἀχιλλέως λαβοῦσα αἵρεσιν ἐκ Διὸς, ἢ πολυχρόνιον αὐτῆς τὸν υἱὸν γενέσθαι καὶ ἄδοξον, εἰ ἐπὶ Τροίαν μὴ ἐκστρατεύσειεν, ἢ ὀλιγοχρόνιον καὶ ἐπίδοξον ἐπὶ μεγάλοις τοῖς τροπαίοις ἐκεῖσε πεσόντα, προκρίνει τὸ πρότερον, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων συγκινήσεως γενομένης, περιστέλλει τὸν ἥρωα γυναικείοις ἱματίοις, καὶ εἰς τὸν τοῦ Λυκομήδους παρθενῶνα καθίζει μετὰ τῶν ἐκεῖ νεανίδων, τῶν περὶ ἠλακάτην τε καὶ ἱστόν· ἦν γὰρ καὶ ἄλλως γυναικοειδὴς ὁ ἀνὴρ, ὡς ἂν οὕτως ὑποκλέψῃ τοῦτον ἐκ τοῦ πολέμου. Ὑποψιθυρίζουσι τὸ δρᾶμα τινὲς, καὶ Ὀδυσσεὺς δελεάσι γνωρίζει τὸν ἥρωα. μετασχηματισθεὶς γὰρ ταῖς ἀναβολαῖς καὶ κρύψας τὸν Ὀδυσσέα, λαβὼν γυναικείους ἀτράκτους καὶ σὺν αὐτοῖς ἀνδρικοὺς οἰστοὺς εἰσῄει τὸν παρθενῶνα, ὡς ταῦτα ἀπεμπολῶν· αἱ μὲν κόραι ἐπὶ τὰ γυναικεῖα ὥρμησαν ἔργανα, ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τὰ ἀνδρικὰ ὑπὸ τῆς φύσεως νικηθεὶς, ὅθεν καὶ καταφωραθεὶς ἐξάγεται καὶ συνεκστρατεύει τοῖς Ἕλλησι.

XVIII. Quod in Lycomedis conclaui, quo virgines asseruabantur, abscondicus fuerit Achilles.

Thetis, mater Achillis, data optione ab Ioue, vtrum mallet longaeuum et inglorium habere filium, ad Troianam expeditionem non abeuntem, vel ad exiguum tempus, sed multa cum gloria, ob maxima reportanda tropaea, viuentem, quamuis in pugna cadentem, prius elegit, ac, dum vniuersi Graeci arma sumunt, iuuenem heroem muliebribus indutum vestimentis, in Lycomedis conclaue, virginum custodiae dicatum, mittit, vbi inter puellas colum et lanam tractantes consedit vir iuuenis, vultu non absimilis mulieri; quod eo fine factum a matre, vt bello subtraheret filium. Clanculum ea de re murmurauerunt quidam, donec latentem heroa illecebris adhibitis detexit Vlysses, quippe qui mutato habitu, et alium se fingens, sumtisque femineis fusis, et sagittis virilibus, veluti horum venditor, conclaue virginum ingressus fuit. Ac puellae quidem ad muliebria ruebant instrumenta; Achilles vero, naturae impetu motus, ad arma virorum; quare deprehensus educitur ex eo loco, atque expeditioni deinceps Graecorum interfuit.

ιθ'. Περὶ τῆς πεπλασμένης μανίας τοῦ Ὀδυσσέως.

Τί δὲ καὶ ὁ πολύμητις Ὀδυσσεύς; ὀκνῶν τὴν ἐπὶ τὸ Ἴλιον ἐκστρατείαν, μανίαν καὶ φρενῶν ἔκστασιν πλάττεται, καὶ βοῒ συζεύξας ἵππον

XIX. De ficta Vlyssis insania.

Quid vero consilio vafer Vlysses? Is quum Troianum sequi bellum nollet, simulato furore et vesania, boui equum iunxit

ἵππον ἀνέτεμεν αὔλακα. Παλαμήδης δὲ ὁ σοφώτατος ἐλέγξαι βουληθεὶς τὴν τούτου σκηνὴν, λαμβάνει τὸν υἱὸν Ὀδυσσέως Τηλέμαχον, βρεφοκομούμενον ἔτι καὶ νήπιον, καὶ πρὸ τῆς ἁμάξης ῥίπτει, ὡς ἂν εἰ ἀληθῶς μαίνοιτο ἐλάσειε κατὰ τοῦ παιδὸς τὴν ἅμαξαν. ὁ δ' (*) ἀλλ' εὐθὺς ἐξέκλινεν, ἐσωφρόνει γάρ. ὡς γοῦν ἡ αὐτοῦ ἐξηλέγχθη ὑπόκρισις, ἐκπλέει καὶ ἄκων εἰς Ἴλιον.

iunxit sulcosque proscidit. Sapientissimus vero Palamedes quum in animum induxisset, fictam eius amentiam experiri, Telemachum, Vlyssis filium, tenellum adhuc et infantem, aratro obiecit, vt, si vere desiperet pater, aratrum ipsi induceret; at Vlysses, quoniam compos mentis fuerat, sedulo cauebat, ne filium ferro tangeret. Quo pacto quum simulatio ipsius deprehensa fuisset, vel inuitus Troiam nauigabat.

κ'. Περὶ Ἐχεπώλου καὶ Κινύρου μὴ ἐκστρατευσάντων εἰς Τροίαν.

Ἄλλοι δέ τινες τῶν δειλῶν καὶ ἀνάνδρων τὸν πόλεμον ἔφυγον πλέον, μεθ' ὧν καὶ ὁ Σικυώνιος Ἐχέπωλος. ἀποχαρίζεται γὰρ τὴν Αἴθην ἵππον τῷ βασιλεῖ Ἀγαμέμνονι ὀξύδρομον οὖσαν καὶ πετομένην σχεδὸν ἐπὶ τῷ μὴ ἐκστρατεῦσαι. Κινύρας δὲ ὁ Κύπριος δωροφορεῖ βασιλεῖ θώρακα καινόν τινα καὶ τεράστιον ἐπ' αἰτίᾳ γε τῇ αὐτῇ.

XX. De Echepolo et Cinyra, expeditionem Troianam declinantibus.

Fuerunt et alii nonnulli timidi ac ignaui, qui bello huic sese prorsus subduxerunt, quos inter Echepolus fuit Sicyonius. Hic enim Aetham equam, quae non currere sed propemodum volare videbatur, Agamemnoni regi donauit, vt abesse a bello sibi liceret; eundemque ob finem Cinyras Cyprius nouum ac prodigiosum thoracem Agamemnoni dono dedit.

κα'. Περὶ Θερσίτου.

Ἀλλὰ φέρε παραγράψωμεν καὶ τὸν Θερσίτην τὸν τῆς Δίας καὶ τοῦ Ἀγρίου υἱόν. οὗτος εὐγενέστατον μὲν εἷλκεν ἐκ προγόνων τὸ γένος, ἦν δὲ δυσμορφότατος, χωλὸς, παραβλὼψ, φοξὸς, κυρτὸς, ψεδνόθριξ, τὸ ὅλον, ἀμορφίας ἔμπνουν ἀφίδρυμα· ὅθεν κἂν τοῖς καιροῖς τοῦ πολέμου, συνεξεδήμησε γὰρ τοῖς λοιποῖς, ἀφορμὴ γέλωτος τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων προέκειτο.

XXI. De Thersite.

Age nunc etiam Thersiten Diae et Agrii filium describamus. Hic maiores quidem habuit illustrissimos, sed corpore fuit foedissimus, vtpote claudus, strabus, acuto capite, gibbosus, raris praeditus capillis, et vt paucis dicam, viua deformitatis imago. Qua de caussa belli tempore (namque huic interfuit) risus materiam principibus Graecorum praebuit.

κβ'. Περὶ τῆς ἐν Αὐλίδι συναγωγῆς τῶν Ἑλλήνων, καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων.

Ἀθροίζετο γοῦν πᾶν τὸ Ἀχαϊκὸν στράτευμα εἰς Αὐλίδα, πεδιάδα οὖσαν πολύπλεθρον, τῆς κατὰ θάλατταν Εὐβοίας ἐγγύς. ὁ δὲ σύμπας ἀριθμὸς τοῦ στρατοῦ, (**) χιλιάδες δισχίλιαι πρὸς διακοσίαις τε καὶ πεντήκοντα, ἐξ ὧν συνεκροτήθη νηῶν στόλος μακρῶν εἰς χιλιάδα τε καὶ ἑκατοντάδα καὶ ὀγδοηκοστὴν πρὸς τῇ ἑξάδι συγκορυφούμενος.

XXII. De conuentu Graiorum in Aulide, horumque numero.

Congregabantur vniuersi Achiuorum milites in Aulide, planitie spatiosissima, insulae Euboeae obiecta. Totus exercitus plus quam decem myriadibus constabat armatis, qui mille, et quod excurrit, nauibus longis impositi fuere. Atque hic est numerus in vnum collectus.

κγ'. Περὶ τῆς τρωθείσης ἐλάφου παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος, καὶ τῆς ὀργῆς τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ περὶ τῆς Ἰφιγενείας.

Ἐν τοίνυν τῇ Αὐλίδι Ἀγαμέμνων κυνηγετῶν εὐστόχως βάλλει ἔλαφον εὐστοχώτατα, καὶ κομπάσας φησὶν, οὕτως οὐδὲ ἡ Ἄρτεμις. Ὀργίζεται ἡ θεὸς, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπέχει παντοφορὸν

XXIII. De vulnerata ab Agamemnone cerua, de ira Dianae, et de Iphigenia.

Agamemnon in Aulide venans iaculo ceruam dexterrime ferit, ac gloriose ait: tam scite ne ipsa quidem potuisset Diana. Irascitur eam ob rem Dea, Graecisque et ventum

(*) Distinctius ἄλλῃ alio, aliam in locum, scriberetur. (**) Numerum exercitus Graeci nauiumque in versione expressi, quem adnotauit Eustath. ad Iliad. β'. pag. 260. lin. 10. seqq. qui omnino videndus.

φορὸν ἄνεμον καὶ κωλύει τὴν ἔκπλοιαν· ὁ γοῦν μάντις Κάλχας ἐπισκήπτει τὴν θεὰν ἱλεώσασθαι διὰ σφαγῆς τῆς κόρης Ἰφιγενείας. αὕτη δὲ θυγάτηρ ἦν Ἀγαμέμνονος. Ἄγεται τοίνυν ἡ παρθένος ἐκ τῆς Μυκήνης, καὶ πρὸς τὸ τυθῆναι παρασκευάζεται· ἀλλ᾽ ἡ θεὸς ἔλαφον αὐτῆς ἀντιδίδωσι, καὶ διατρέχουσαν λαμβάνουσιν οἱ σφαγεῖς, καὶ τῇ θεῷ θυσιάζουσι. τὴν δὲ κόρην ἔμβιον Ἄρτεμις ἐξαρπάζει, καὶ ποιεῖται ἱέρειαν ἑαυτῆς, ἐπὶ Σκυθίαν ἀπαγαγοῦσα τοὺς Ὑπερβορέους. ἔνθα καὶ ξενοκτονεῖν καὶ λῃστεύειν ἡ σωθεῖσα ἐξήσκησεν.

κδʹ. Περὶ τῶν ἐν Αὐλίδι νεοσσῶν οὓς ἔφαγεν ὁ δράκων, καὶ τί προεμήνυε τοῦτο.

Εἶτα πομπίμων ἀνέμων πνευσάντων καὶ ἐπιτηδείων εἰς πλοῦν, ἔθυον Ἕλληνες τῷ Διῒ ἐν Αὐλίδι παρά τινα κρήνην. παρὰ ταύτῃ πλάτανος ἵστατο· ἐπὶ τῆς κορυφῆς τῆς πλατάνου στρουθὸς ἀμφέπουσα νεοσσῶν ὀκτάδα ἐν καλιᾷ. ἀνερπύει δράκων ἐπὶ τὸ δένδρον, καὶ πρῶτα μὲν τὰ τέκνα, ὕστατον δὲ τὴν μητέρα καταβροχθίζεται, καὶ γενόμενος πάλιν τῆς γῆς ἐν σωρῷ λίθων ἐγκαταδύεται καὶ ἐξαφανίζεται, ὅπερ καὶ ἀπολίθωσιν τοῦ δράκοντος ἐμυθεύσαντο. Ἦν δὲ πως τὸ συμβὰν μελλόντων αἴνιγμα καὶ τούτων μεγίστων. καὶ ἡ μαντεία πάλιν προσαγορεύει τοῦ Κάλχαντος, καὶ τοὺς μὲν ὀκτὼ νεοσσοὺς εἴς τε τοὺς Τρῶας καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς τοσαυταρίθμους ἀλληγορεῖ, τὴν δὲ στρουθὸν, ἥτις ἀμφέπει τὴν καλιὰν, εἰς τὸν τῆς Τροίας ὑπέρμαχον Ἕκτορα, τὸν σωρὸν τῶν λίθων εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, εἰς δὲ δράκοντα τὸν φοβερὸν τὸ Ἑλληνικὸν μεγαλοδύναμον στράτευμα· δι᾽ ὀκτὼ γοῦν φησι ἐτῶν ἀναιροῦντες ἔσεσθε τοὺς Τρῶας οἱ Ἕλληνες, ἐν τῷ ἐννάτῳ δὲ καὶ τὸν Ἕκτορα, τελευτῶντες δὲ τῷ δεκάτῳ καθελεῖτε καὶ τὰ τοῦ Ἰλίου πυργώματα, καὶ ἀφανεῖς ἐκεῖθεν ἀποχωρήσαντες γένοισθε. Τούτων ἀκούσαντες Ἀχαιοὶ φρικώδεις ὤμοσαν ὅρκους, μηδένα ἐκ τῆς Τροίας πρό γε πορθήσεως ταύτης ὑπονοστεῖν. Καὶ λύσαντες τὰ πρυμνήσια, καὶ τὰ ἱστία πετάσαντες, ἤδη λοιπὸν ὡς ἐπὶ τὴν Τροίαν ἀπέπλεον.

κεʹ. Περὶ τῆς τῶν Τρώων παρατάξεως.

Τηνικαῦτα ἔριδες ἐναέριοι τοῖς Τρωσὶν ὤφθησαν, σημεῖον πολέμου μείζονος. ἀθροισθέντες γοῦν καθοπλίζονται, καὶ περὶ πόλιν Μύρριναν ἀγχιθυροῦσαν τῇ Τροίᾳ στρατοπεδεύονται, καὶ συνδεδραμηκότες περὶ τὴν θάλασσαν

ventum secundum et enauigationem non concessit; Calchas vero vates Deum placare mandat mactatione virginis Iphigeniae, quae filia erat Agamemnonis. Adducitur puella ex Mycenis, et ad immolationem aptatur. Verum Dea loco eius substituit ceruam, quam hinc inde discurrentem sacrificuli capiunt, ac deae pro hostia offerunt. Puellam vero viuam saluamque e periculo ereptam, suam constituit sacerdotem Diana, ad Scythasque abducit Hyperboreos, vbi et hospites occidit, et ex rapto vixit, quae tantum discrimen euaserat virgo.

XXIIII. De pullis passerum in Aulide a dracone deuoratis, et quid ea res praedixerit?

Vento secundo flante et nauigationi apto, Ioui sacra fecerunt Graeci in Aulide propter fontem, apud quem terrae platanus erat defixa. In cacumine arboris nidum habebat passer, qui octo pullos suos fouebat; interea draco conscensa platano primum recentes a partu auiculas, deinde matrem ipsam deuorauit, ac quum in terram se rursum demisit, tumulum ingreditur lapideum, ex conspectuque hominum subducitur; vnde fabula de mutatione draconis in lapidem nata fuit. Indicabat vero hoc factum res futuras maximi momenti. Etenim Calchas octo pullos de Troianis et octo annis, matrem pullos in nido fouentem de Hectore, Troianorum propugnatore, aceruum lapideum de muro ciuitatis, draconem formidabilem de Graecorum fortissimo exercitu, pro sua vaticinandi peritia exposuit, atque sic Graecos adlocutus fuit: Vos per octo annos interficietis Troianos, nono anno Hectorem, tandem decimo turres Ilii destruetis, atque his omnibus peractis inde discedetis. Quae vbi audiuerunt Achiui, horrendis iureiurandis mutuo sese obstrinxerunt, neminem domum rediturum prius quam Troia ad hunc modum excisa esset. Itaque rudentes soluerunt, velisque passis adusque Troiam nauigarunt.

XXV. De Troianorum instructa acie.

Viderunt illo tempore Troiani certamina in aere, futuri belli maximi praesagia. Conuenerunt ergo armati, et apud Myrinam vrbem, Troiae vicinam, castra posuerunt, factoque agmine ad mare accurren-

σαν ἀποβαίνειν τῶν ὁλκάδων τοὺς Ἕλληνας ἐκώλυον.

κϛ'. Περὶ τῶν ἐκκρίτων στρατηγῶν τῶν Τρώων. Περὶ Ἕκτορος.

Ἦσαν δὲ ἡγεμόνες τῶν Ἰλιέων ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι τὴν ἀνδρείαν ἐπιφανεῖς, καὶ Ἕκτωρ αὐτὸς, ὃς πρόβολος ἦν ἁπάντων καὶ πρόμαχος, ὡς καὶ πολλῷ ἀνδρειότερος. Ἀλλὰ γὰρ φέρε τουτουὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐπισημοτέρους ἐκθήσωμεν, καὶ πρῶτον αὐτίκα τὸν Ἕκτορα. Ἕκτωρ Πριάμου ἦν καὶ Ἑκάβης υἱὸς τῶν τῆς Τροίας κρατούντων, τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, ψελλὸς καὶ βαρύφωνος, καὶ δῆτα δὲ καὶ παραβλὼψ, μαχητὴς πάνυ τι γενναιότατος, καὶ τοὺς παρ' Ἕλλησι στρατηγοὺς ὑπερβάλλων ἐκτὸς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος· τῷ μὲν γὰρ ἀνθάμιλλος, πρὸς δὲ τὸν Ἀχιλλέα τὸ δευτερεῖον ἠνέγκατο, ὡς μετ' αὐτὸν εὐθὺς τετίθεσθαι. Ὅμηρος δὲ καὶ ὡραῖον τὸ εἶδος τοῦτον ἀνέγραψεν, ἐβασίλευε δὲ τῶν Τρώων συνάμα τῷ φύσαντι.

κζ'. Περὶ Αἰνείου· περὶ Πανδάρου· περὶ Ἱπποθόου.

Αἰνείας Ἀγχίσου καὶ Ἀφροδίτης παῖς ἦν, πολλῶν δὲ τῇ φρονήσει διέφερε, καὶ τῶν Δαρδανιδῶν ἦρχε σὺν τῷ Ἀκάμαντι καὶ λοιποῖς. Πάνδαρος Λυκάονος καὶ Ἰδέας ἐξέφυ. ἦν δὲ περὶ τοξείαν δεξιώτατος ἁπάντων καὶ εὐστοχώτατος. Ἱππόθοος τὸν (*) Λῆθον ἔσχε γεννήτορα· ἐστρατήγει δὲ Λαρισσαίων εἴτ' οὖν Πελασγίων.

κή. Περὶ Σαρπηδόνος καὶ Γλαύκου.

Ὁ Σαρπηδὼν δὲ καὶ ὁ Γλαῦκος τῆς τῶν Πατερίων ἡγεμονίας ἠξίωντο· οὗτοι γοῦν σὺν ἑτέροις στρατηγοῖς καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι παρατεξάμενοι παρὰ ταῖς ἀκταῖς, οὐ συνεχώρουν τοὺς Ἕλληνας ἐπιβῆναι τῆς γῆς. Ἵσταντο γοῦν ἀντιμέτωπα τὰ στρατεύματα, τὸ μὲν κατὰ γῆν, τὸ δὲ κατὰ θάλατταν· καὶ χρησμοῦ δοθέντος πεσεῖν τὸν ὁρμήσαντα πρῶτον εἰς σύρρηξιν, εἴτε Τρῶα, εἴτ' Ἀχαιὸν, ὤκνουν πάντες τὴν συμπλοκήν.

κθ'. Περὶ τοῦ Πρωτεσιλάου, ὅπως προπηδήσας πάντων Ἑλλήνων εἰς τὸν πόλεμον ἀνῃρέθη.

Ὁ τοίνυν θαυμάσιος Πρωτεσίλαος τὴν τῶν ὁμοφύλων δειλίαν ἰδὼν, καὶ ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ γένους, καὶ ἀδόξου ζωῆς προκρίνας ἔνδοξον θάνατον μόνος ἁπάντων κατὰ τῶν Τρώων προάλλεται, καὶ γίνεται πρωταγωνιστής τε καὶ πρόμαχος. Ἕκτωρ δὲ καὶ Εὔφορβος καὶ

rentes, Graecos excensu e nauibus in terram prohibere conati fuerunt.

XXVI. De inclitis Troianorum belli ducibus, ac speciatim de Hectore.

Erant Troianis cum alii bene multi, et fortitudine celebres belli duces, tum Hector inprimis, fortissimus ille defensor et propugnator suorum. Age vero praestantiores horum imperatorum in scenam producamus, et primo statim loco Hectorem. Hic Priami et Hecubae, Troianis imperantium, filius, procero fuit corpore, sed balbus et titubante ore, et strabus; miles nihilominus maxime strenuus, quippe qui omnes Graecorum duces, Achille et Aiace exceptis, superauit: huius enim aemulus fuit, secundas vero ab Achille tulit, post quem merito locandus. Venustum vultu Homerus descripsit; Troianis, vna cum patre, imperauit.

XXVII. De Aenea, Pandaro et Hippothoo.

Aeneas Anchisae et Veneris filius, sapientia multos post se reliquit, cum Acamante et reliquis imperium in Dardanidas exercuit. Pandarus Lycaone et Idea parentibus in lucem editus est, vir in sagittandi arte et peritissimus et felicissimus. Hippothous patrem habuit Lethum, fuitque dux Larissae Pelasgidarum.

XXVIII. De Sarpedone et Glauco.

Sarpedon et Glaucus Patareorum duces, cum ceteris imperatoribus ac toto exercitu litora occuparunt, vt Graeci in terram exscendere haud potuerint. Sic itaque ex aduerso positi erant duo exercitus, vnus in terra, alter in mari. Praeterea quum oraculo praedictum fuisset, eum, qui primus ad conflictum prodierit, siue Troianus sit siue Graecus, casurum, detrectauerunt pugnam omnes.

XXIX. De Protesilao, qui primus e Graecis ad pugnandum processit, ac interemtus fuit.

Tandem admirabilis ille Protesilaus, conspecto popularium suorum pauore, gloriam suae gentis defensurus, et ignobili vitae illustrem praeferens mortem, solus ex omnibus contra Troianos procedit, antesignanus et defensor suorum, cum

(*) Non Lethum, sed Pyleum, Hippothoi patrem facit *Dictys* II. 35.

καὶ Ἀχάτης ὁμαίχμῳ τούτῳ προσερήγνυντο. συγκαταπλήττουσι τῆς μάχης τὸν ἀρχηγὸν, καὶ πίπτει κάλλει τε λάμπων καὶ θάλλων τὸ νεοτήσιον, καὶ ἀκμάζων ἀνδρεῖον, πολέμου καὶ θανάτου πρωτόλειον, δακρύων ἅμα καὶ θαύματος ἄξιον. καὶ θνήσκει μὲν σώματι, τῇ δὲ μνήμῃ τῆς εὐτολμίας εἰς αἰδιον ζῇ. ἡ δὲ τούτου σφαγὴ τοῖς ὁμογενέσιν ὥσπερ θυσία λυτήριος γίνεται, καὶ νικηφόρος καὶ βραβείων προάγγελος.

cum quo Hector, Euphorbus et Achates, tanquam cum fibi aequali pugnatore, manus conferuerunt. Hi pugnae ducem percufferunt, ceciditque pulcritudine fplendens iuuenili, vigore autem virili praeditus Protefilaus, belli et caedis primitiae, lacrimis et admiratione dignus. Corpore quidem mortuus eft, memoria vero audaciae eius in perpetuum viuit. Fuitque huius mors victima quafi piacularis Graecorum, multarum victoriarum ac tropaeorum praenuntia.

λ'. Περὶ τῆς ἐκ τῶν νεῶν ἐξορμῆς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῆς ἥττης τῶν Τρώων.

Καὶ αὐτίκα θαρσήσαντες ἐξεχύθησαν τῶν νεῶν, καὶ συμβαλόντες τοῖς ἀντιμάχοις κατὰ κράτος τρέπουσι, καὶ αἱμάτων χύσεις ὡσεὶ χειμάρροι ἐκ τῶν σωμάτων ἀναστομοῦσιν αὐτῶν· νυκτὸς δὲ ὁ τῶν Ἰλιέων στρατὸς τὴν πόλιν Τροίας εἰσέδραμε, καὶ τὰς πύλας συνέκλεισαν.

XXX. De Graecorum exfcenfu e nauibus, Troianorumque fuga.

Actutum fumtis animis e nauibus prodierunt Graeci, hoftefque adgreffi in fugam eos verterunt, tanta edita ftrage, vt fanguis veluti torrens e corporibus late fluxerit. Hinc noctu Troianus exercitus vrbem petiit, atque portas occlufit.

λα'. Περὶ τῆς αὐτόχειρος σφαγῆς τῆς Λαοδαμείας.

Ἡ δὲ Πρωτεσιλάου σύνευνος Λαοδάμεια καθ' Ἑλλάδα πυθομένη τὴν τοῦ νεαροῦ νυμφίου ἀναίρεσιν, εὐθὺς οἷα σώφρων καὶ φίλανδρος, ἀποδυσαμένη τὸν νυμφικὸν στολισμὸν χειρισαμένη μάχαιραν τοῖς σπλάγχνοις ἐμβάπτει, καὶ ἐκ ταύτης ὁδὸς κατάγει πρὸς ᾅδην αὐτήν. ἐκεῖ νύμφη καλὴ τὸν καλὸν νυμφίον ζητοῦσα καὶ συνενδιαίζεται καὶ συζυγεῖ τῷ συνεύνῳ, καὶ τὴν πρὸς θάνατον εὐτολμίαν συμπνεύσασα καὶ συνεκπνεύσασα τῷ ἀνδρί. Τῶν δὲ Τρώων ἐγκατακλεισθέντων τοῖς τῆς Τροίας πυργώμασιν, ἠρέμουν πως καὶ Ἕλληνες τοῖς Τρωϊκαῖς περιχώροις μηδὲν λυμαινόμενοι.

XXXI. De voluntaria nece Laodamiae.

Protefilai coniux Laodamia, audito in Graecia noui mariti fato, ftatim depofito, vti caftam et viri amantem feminam decet, nuptiali habitu, prehenfoque enfe corpus transfixit, atque fic viam e thalamo ad inferos fibi parauit. Noua et formofa nupta maritum ibi quaerit pulcrum, cum quo et vnitur et coniuncta poft mortem manet, eadem generofa mente, qua vir, mortem contemnens, animamque cum marito efflans. Interea dum muro inclufi manferunt Troiani, pacifice fe gefferunt Graeci, nullumque regioni Ilio vicinae damnum intulerunt.

λβ'. Περὶ Κύκνου τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.

Ἀλλὰ Κύκνος ὁ Ποσειδῶνος καὶ Σκαμανδρονίκης τῶν Τρώων ὑπερμαχῶν ἐξορμᾷ τῆς Τενέδου, καὶ στόλος ἐπεισπίπτει τοῖς Ἀχαιοῖς, παραυτίκα δὲ τοῦτον Ἀχιλλεὺς κατακτείνει, καὶ τὸ τούτου στράτευμα πᾶν ἐκθερίζεται. ὅρκοι λοιπὸν πλέκονται τοῖς Ἕλλησι τὰς τῶν Ἰλιέων περιχώρους πορθεῖν, ὅτι μηδὲν τι δεινὸν ἐργασάμενοι ἐκείνοις τούτων ἐξ αὐτοῦ ἠδικήθησαν τοῦ Κύκνου πρωτομαχήσαντος.

XXXII. De Cycno a Graecis interfecto.

Cycnus Neptuni et Scamandronices filius, Troianos fuos defenfurus Tenedo foluit naues, nocturnoque tempore Achiuos adgreditur; eum vero Achilles confeftim interemit, totumque ipfius exercitum deleuit. Poftea iureiurando fefe obftrinxerunt Graeci ad vaftanda loca omnia, quae Troianos circumiacent, eo quod, licet nullis horum intulerint iniuriam damnumue, Cycnus tamen aufus fuerit primum ipfos adoriri.

λγ'. Περὶ τῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐκπορθήσεως τῶν περιχώρων τῆς Τροίας.

Καὶ τότε δὴ κατασκευάσαντες πλεκτὰς σκηνὰς

XXXIII. De locis circa Troiam, quae Graeci vaftauerunt.

Atque tum quidem conftructis tento-

ὰς σκηνάς, οἱ μὲν αὐτοῦ που ἔμενον στρατοπεδευόμενοι, οἱ δὲ τὰ περίχωρα τῶν Τρώων ἐδῄουν καὶ ἐλῄζοντο, μάλιστα δὲ πάντων ὁ Ἀχιλλεὺς καὶ πόλεις ἐξεπόρθει καὶ χώρας, τοῦ σοφοῦ Παλαμήδους συστρατηγοῦντος αὐτῷ. Ἐπόρθησε καὶ Διομήδης τὴν τοῦ Κύκνου πόλιν καὶ τοὺς παῖδας ἀνεῖλεν αὐτοῦ. Αἴας ληΐζεται Θρᾴκην, κἀκεῖθεν αἰχμάλωτον ἄγει τὴν Τέκμησσαν, ἑπτακαιδέκατον ἔτος οὖσαν καὶ ταύτῃ συνοικεῖ πρὸς ὅλους τοὺς τῆς μάχης ἐνιαυτοὺς, καὶ τὸν Εὐρυσάκην ἐκ ταύτης γεννᾷ.

riis plicatilibus, alii eo in loco, quo erant, castra ponebant, alii regiones Troiae vicinas depopulabantur, et igne vastabant ferroque; id quod Achilles potissimum fecit, sapientissimo Palamede manus auxiliatrices praebente. Etiam Diomedes Cycni vrbem deleuit, filiosque eius interfecit. Thraciam vastauit Aiax, indeque captiuam abduxit Tecmessam, puellam septendecim annorum, cum qua per totum Troiani belli tempus vixit, ex eademque Eurysacen filium habuit.

λδ΄. Περὶ Τηλέφου καὶ Ἱερᾶς.

Κατὰ δὲ Μυσίαν μεγάλης μάχης συγκροτηθείσης, μικροῦ ἂν πάλιν ἡττήθησαν Ἕλληνες, εἰ μὴ Ἀχιλλεὺς Τήλεφον τὸν βασιλέα Μυσῶν ἔτρωσε δόρατι κατὰ τὸν μηρὸν, καὶ Νιρεὺς ἀπέκτεινε τὴν τοῦ Τηλέφου σύνευνον, Ἱερὰν ὄνομα, μαχομένην ἐφ' ἅρματος, ἥτις τῷ κάλλει τόσῳ τὴν Ἑλένην ὑπερηκόντιζεν, ὅσῳ περ αὕτη τὰς ἄλλας γυναῖκας.

XXXIII. De Telepho et Hiera.

Quum acre in Mysia praelium committeretur, parum abfuit quin Graeci prorsus victi fuissent, nisi Achilles Telephum Mysorum regem hasta in femore sauciauisset, coniugemque eius Hieram, de curru pugnantem, Nireus interfecisset. Dicitur Hiera pulcritudine tantum superauisse Helenam, quantum haec feminas reliquas.

λε΄. Περὶ τῶν πόλεων, ἃς ἐπόρθησεν ὁ Ἀχιλλεύς.

Ὁ δ' Ἀχιλλεὺς μετὰ τοῦ Παλαμήδους, ὡς ἔφημεν, συμμάχους τῶν Τρώων πόλεις εἴκοσι καὶ τρεῖς ἐξεπόρθησεν, οἰκείᾳ μὲν χειρὶ χρώμενος, ταῖς δὲ τοῦ Παλαμήδους βουλαῖς· αἱ δὲ πόλεις, Λέσβος, Σμύρνη, Τῆνος, (*) Φώκεα, Τένεδος, Κολοφὼν, Κύμη, Σίδη, Χρύσα, Κύλλα, (**) Ἀτραμύτικη, καὶ λοιπαί· καὶ τὰ ἐκ τούτων λάφυρα πάντα τῷ βασιλεῖ ἀναφέρει καὶ τῷ στρατῷ, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι πορθηταὶ μαχηταὶ τῆς λείας μηδὲν παρανοσφιζόμενοι· ὅρκοις γὰρ τοῦτο προσβεβαιώσαντο καὶ αἱρίσαντο.

XXXV. De vrbibus ab Achille vastatis.

Achilles adhibito Palamede, prout diximus, vrbes Troianorum foederatas viginti tres propria quidem manu sua, verum consilio Palamedis adiutus, deuastauit. Vrbium nomina sunt: Lesbus, Smirna, Tenos, Phocaea, Tenedos, Colophon, Cyme, Side, Chrysa, Cylla, Adramyttium, et aliae. Spolia vero omnia ex his ciuitatibus capta, ad Agamemnonem detulit et ad exercitum, quod etiam reliqui depopulatores fecerunt: iure enim iurando confirmauit antea quisque, nihil se de praeda surrepturum, aut in proprios conuersurum vsus.

λϛ΄. Περὶ Χρυσηΐδος καὶ Βρισηΐδος.

Ἀλλ' ἔμελλεν Ἀχιλλεὺς ἔρωτι γυναικὸς αὖθις σκυλευθῆναι καὶ ταύτης αἰχμαλωτίδος, καὶ πατῆσαι τὰ τῶν ὅρκων θεσμά· ἀπὸ γάρ τοι τῆς Χρύσης τὴν θυγατέρα Χρύσου τοῦ ἱερέως ἀνδραποδίζεται, τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς παρώνυμον Χρυσηΐδα, Ἀστυνόμην δὲ τὸ ἴδιον ὄνομα, καὶ τὴν πόλιν δὲ τοῦ Βρισέως παραστησάμενος, ἐκεῖθεν ἄγει τὴν Βρισηΐδα δορύκτητον, τὴν καὶ Ἱπποδάμειαν. Καὶ τὴν μὲν Χρυσηΐδα μετὰ τῆς ἄλλης λείας εἰς μέσον παρήγαγε τὸ Ἑλληνικόν, τῷ δὲ τῆς Βρισηΐδος πόθῳ ἀνδραποδισθεὶς ὅλος αὐτῆς, σφετερίζεται ταύτην,

XXXVI. De Chryseide et Briseide.

Ipsum tamen mox Achillem spoliauit amor feminae captiuae, violata fide et iureiurando. Etenim ex Chryse captiuam adduxit sacerdotis Chrysis filiam, a nomine paterno *Chryseis*, proprio autem suo *Astynome* vocatam; ac praeterea Brisi vrbe occupata, Briseidem puellam, quae et Hippodamia adpellatur, bello captam seruauit. Ac Chryseida quidem vna cum reliqua praeda in medium Graeci exercitus duxit, totus vero Briseidis desiderio captus, eam sibi vindicauit, et iuxta suum tento-

(*) Scrib. Φώκαια. (**) Corrig. Ἀδραμύττιον.

τιν, καὶ παρακρύπτει παρὰ τὴν ἰδίαν σκηνὴν, ὡς τινὲς ἐξιστόρησαν ἐξ αὐτῆς Ὁμηρικῆς ἀφηγήσεως. Τὸ δὲ στράτευμα τὸν ἐκ τῆς λείας παρανοσφισμὸν τοῦ Πηλείδου μαθὸν, ἐν θορύβῳ γίνεται καὶ ἀγανακτεῖ, περιφρονητὴν τῶν ἄλλων ἀρίστων καὶ τοῦ στρατοῦ κρίνον τὸν Ἀχιλλέα, ὡς δεῖτε καὶ ψεύδορκον· ἔδοξε τὸ λοιπὸν πᾶσι ἐκεῖνον μὴ στρατηγεῖν μηδὲ τῆς μάχης αὐτοῖς κοινωνεῖν.

λζʹ. Ἀρχὴ τῆς κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλῆς τοῦ Ὀδυσσέως.

Ὁ δὲ δόλιος Ὀδυσσεὺς ἀνῆπτε μᾶλλον τὸν θυμὸν τοῦ στρατοῦ, καὶ τῷ σοφῷ Παλαμήδῃ τὴν αἰτίαν τοῦ πλημμεληθέντος τῷ Πηλείδῃ προσέτριβε, καὶ κατ' αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς ὑπεκίνει τοὺς βασιλεῖς, λέγων ὑπὸ τούτου τὸν Ἀχιλλέα πρὸς θράσος ἐνάγεσθαι καὶ βασιλείαν. Ἤχθαινε γὰρ ὁ πολύμητις τῷ σοφῷ, ὅτι τε τὴν πάλαι ψευδῆ μανίαν τούτου ἐξήλεγξε, ὡς ἐξιστορήσαμεν ἄνωθεν, καὶ ἤγαγεν εἰς τὸν πόλεμον, καὶ ὅτι παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι πλέον Ὀδυσσέως ἐτιμᾶτο καὶ ἐθαυμάζετο, ὡς τὴν σοφίαν παντοδαπὸς, καὶ θεὸς σχεδὸν, ὡς πρὸς ἄνθρωπον αὐτὸν φημὶ τὸν ἀντίζηλον· ἦν γὰρ ὁ θαυμαστὸς Παλαμήδης καὶ πρᾶος καὶ εὐπροσήγορος καὶ μέτριος τὸ ἦθος πρὸς ἅπαντας, καὶ πάντας φιλῶν κατὰ τὸν ἀκριβῆ τῆς φιλίας ὅρον, ὡς καὶ αὐτόν· ἀντιποθεῖτο γοῦν παρὰ πάντων ἅμα καὶ δι' ἐκεῖνα, καὶ ὡς εὐγενοῦς γένους τετυχηκὼς, ὡς στρατηγὸς σοφὸς, ὡς ἰατρὸς φιλάνθρωπος, ὡς μάντις ἔνθεος, ὡς εἰς ἑλεπόλεις εὐμήχανος, ὡς γραμματικομιστὴς καὶ ψηφοφόρος τοῖς Ἕλλησιν. αὐτὸς γὰρ καὶ γράμματα καὶ ψήφους τούτοις ἐκόμισεν ἐξ εὑρέσεως, ὡς καὶ πολλῶν ἄλλων βιωφελῶν εὑρετής. Οὗτος ἄρτι τοὺς ὁμοφύλους ἐξ Εὐβοίας ἐπὶ Τροίαν ἐκπλεύσαντας καὶ ἀθυμοῦντας ἐπὶ τοῖς φανεῖσι τηνικαῦτα σημείοις ἐν ἀέρι φρικώδεσιν, ἀστραπαῖς τε ὑπερλάμπροις, καὶ βρονταῖς βαρυβρόμοις, καὶ ἐκλείψεσι σεληνιακαῖς καὶ ἡλιακαῖς, καὶ ὄμβροις αἱμοσταγέσι, καὶ ἄλλοις τέρασι, παρεμυθήσατο, καὶ τῆς (*) τροίας ἀπήλλαξε, διαγνοὺς κατὰ τῶν Τρώων εἶναι τὰ τέρατα· πρὸς ἕω γὰρ φησὶν ἐκφαίνεται ταῦτα, καθ' ἣν τὸ φῦλον τὸ Τρωϊκόν. Αὖθις δὲ στρατοπεδευομένων ἐν Τροίᾳ τῶν Ἀχαιῶν, θῆρες λύκοι ποθὲν ἐπὶ τὰς σκηνὰς συνεξώρμων, καὶ ἐκ μέσου

(*) πτοίας ad marginem apographi sui emendauit illustrissimus *Steinbelius*, quem merito sequimur.

tentotium abscondidit, prout ex ipsa Homerica narratione nonnulli referunt. Verum exercitus, cognita spoliorū hac subtractióne ab Achille commissa, tumultum excitat et vehementer indignatur, statuitque illum et contemtorem ducum esse totiusque exercitus, et periurum. Visum insuper omnibus fuit, vt nec copias posthac duceret, nec in pugnae societatem amplius veniret.

XXXVII. De insidiis Palamedi structis ab Vlysse.

At fraudulentus Vlysses iram exercitus magis accendit, dum sapientissimo Palamedi caussam eorum, quae Achilles deliquerat, adscripsit, et contra eum ipsos excitauit duces, dum a Palamede, et ad hanc tementatem et ad capessendam summi imperatoris dignitatem, inductum fuisse Achillem, audacter adfirmauit. Erat quippe Palamedi infensus Vlysses, eo quod is fictam suam insaniam detexerat quondam, quemadmodum supra memorauimus, et quod se in bellum traxerat, et quod suus honor et auctoritas tanta non esset apud exercitum, quanta Palamedis, viri vere sapientis, immo fere Dii: sic enim illum, vel ipso audiente aemulo Vlysse, vocare ausim. Etenim admirabilis ille Palamedes placidus fuit, affabilis, moderatus erga omnes, ac quemlibet sic amabat, vt seipsum, id quod accuratissima amicitiae norma postulat. Itaque vicissim amabatur ab omnibus, partim dictis de caussis, partim quod illustri genere ortus, quod prudens belli dux, quod medicus humanissimus, quod vates diuinus, quod helepoleon sagax fuerit fabricator, quod litterarum et aleae vsum tabulaeque apud Graecos introduxerit: haec enim, nec non alia quamplurima in vita vtilia, inuenit Palamedes. Hic popularibus ex Euboea ad Troiam nauigantibus, animumque ob visa in aere horrenda signa, et fulgura supra modum splendida, ac tonitrua horrisona, defectusque lunae et solis, pluuias item sanguineas, atque alia prodigia, despondentibus, solatia praebuit, metuque liberauit; gnarus quippe portenta illa Troianorum significare interitum. Dixerat enim, orientem versus, ad quem Troiana gens erat sita, adparere ea prodigia. Rursum quum ad Troiam posuissent castra Graeci, atrocesque lupi tentoria inuaderent, ac e medio

μέσου πάντων ἀνθρώπους τε καὶ κτήνη συνήρπαζεν καὶ ἐσπάραττον. Καὶ Ὀδυσσεὺς τῇ σοφίᾳ τοῦ Παλαμήδους ἀνθαμιλλώμενος, καὶ θέλων λυσιτελεῖν Ἕλλησι, τοξότας προσλαβόμενος ἐχώρει πρὸς τὰ ὄρη τὰ τοὺς λύκους τρέφοντα, ὡς ἂν κατεπεξευὼν τοὺς θῆρας ἐξαναλώσειεν, ἀλλ' ἔκαμεν εἰς ἀνήνυτον· ὁ γὰρ σοφὸς Παλαμήδης τὸ τῶν λύκων θράσος καὶ τὴν ἐπέλασιν, ἐπέλασιν λοιμικῆς νόσου μελλούσης ἔκρινε, καὶ οὐ τόξα πρὸς ἀποτροπὴν ταύτης, ἀλλὰ φάρμακα ηὐτρέπιζε προφυλακτικά, καὶ ἐμπλεῖν θαλάσσῃ τοὺς ὁμογενεῖς παρεσκεύαζε, καὶ ναυσὶν ἐμφέρεσθαί τε καὶ ἐνοικεῖν, ὡς τινας φερεοίκους, φεύγοντας τὴν κατὰ γῆν σῆψιν τῶν νεκρῶν σωμάτων, καὶ τὸν ἐκεῖθεν διεφθαρμένον ἀέρα. Ἐντεῦθεν τὸν λοιμὸν ἀπεδιδρασκον Ἕλληνες, καὶ τῷ Παλαμήδῃ προσεῖχον ὥσπερ γε καὶ θεῷ, καὶ προφητευομένῳ καὶ σώζοντι.

medio cum homines tum animalia raperant lacerarentque, Vlysses, qui sapientiam Palamedis aemulabatur, et Graecorum quaerebat commoda, assumtis sagittariis ad montes, in quibus lupi degebant, eo animo abiit, vt sagittis feras conficeret, irrito quamuis labore. Aliter prudens Palamedes, qui luporum temeritatem et inuasionem, aduenturi pestilentis morbi indicium esse statuit, eoque non sagittis hanc auertendam iudicauit calamitatem, sed aliis medicamentis praecauentibus. Iussit ergo populares suos in mari perpetuo nauigare, naues nunquam relinquere, sed constanter, instar testudinis, inhabitare, contra vero putredinem cadauerum, in terram proiectorum, vitiatumque aera fugere. Quo facto, pestilentiam effugerunt Graeci, et Palamedem non aliter quam Deum suspexerunt, vtpote qui non modo futura praedixerat, sed et e periculo instanti saluauerat.

λη'. Περὶ τοῦ φόνου Παλαμήδους.

XXXVIII. De Palamedis nece.

Ἀλλ' ἐκ τούτων πρὸς μείζονα φθόνον Ὀδυσσεὺς ὑπεκαίετο, καὶ μείζονα λοιπὸν καὶ τὸν δόλον ἤρτυε κατὰ τοῦ σοφοῦ· καὶ ὁ φθόνος δόλον, ὁ δόλος δὲ φόνον πικρὸν ἀπεγέννησεν· ἐξέμηνε γὰρ καὶ τοὺς βασιλεῖς κατὰ τοῦ ἀνδρὸς, πείσας σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ τοῦτον βασιλειᾶν. Τὰ δὲ τοῦ δόλου τίνα καὶ οἷα; Ἄνδρα Τρῶα κατεῖχεν Ὀδυσσεὺς, καὶ τούτῳ λύσιν ἐνόρκως ἐπαγγειλάμενος, ἐν πίνακι γράψας πείθει γράμματα Τρωικὰ, ὡς ἐκ τοῦ Πριάμου πρὸς τὸν Παλαμήδην ἐπιστολὴν, καὶ γράψαντα εὐθὺς ἀποσφάττει, καὶ ὅρκους ψευδεῖς καὶ δόλους καὶ φόνον ἐπιπλέξας, εἰ μόνον καὶ τὸν τοῦ Παλαμήδους προσεξεργάσηται. Τὸ δὲ γράμμα τοῦ δόλου λαβὼν, καί τινα δοῦλον τοῦ Παλαμήδους ὑπαγόμενος χρήμασιν, ἐπίβουλον τῷ δεσπότῃ, καὶ οἰκετικὸν κακὸν καὶ ἐφέστιον πέπεικεν ὑποθέσθαι τὸν χάρτην τοῦ δεσπότου τῇ κλίνῃ, τούτου τηνικαῦτα τῆλε βου . . . ἐνδιατρίβοντος. Ἐκεῖθεν γοῦν ὑπὸ τῶν βασιλέων ὁ σοφὸς μετακέλλεται, ὡς ἐπὶ κατασκευῇ μηχανημάτων πορθητῶν. Παραστάντα δὲ κόσμιον κοσμίως τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ στρατῷ, προδότην ἀποκαλεῖ τοῦτον ὁ συκοφάντης καὶ διάβολος Ὀδυσσεὺς, καὶ ἀπιστίαν πρὸς Ἕλληνας τούτου κατηγορεῖ,

Haec tamen omnia maioris inuidiae materiam praebebant Vlyssi, qui maioribus propterea insidiis petebat Palamedem. Inuidia fraudem genuit, fraus amaram necem. Excitauit enim Vlysses furibundam indignationem belli ducum aduersus Palamedem, quem vna cum Achille regnum affectare dixerat. Quaenam vero fraus ista et qualis fuit? Habebat secum Vlysses Troianum hominem, cui libertatem interposito iureiurando promiserat, si chartae Troica inscribere vellet verba. Et persuasit homini, vt epistolam quasi a Priamo ad Palameden datam exararet. Vix dum litteras absoluerat, cum pauperculum trucidat Vlysses, et iusiurandum violans, et fraudes struens, et homicidium patrans, eum in finem, vt simili ratione Palamedem e vita tolleret. Fictitias porro litteras tradidit alicui seruorum Palamedis, quem pecunia ad suas traxerat partes, hominem leuissimum, insidiatorem heri, domesticum pessimum, vt in domini poneret lectum, dum is peregre domo abest. Aduocatur proinde ab imperatoribus Palamedes, sub colore conficiendi machinas obsidionales; qui simulac bellus belle coram senatu et exercitu comparuit, proditor vocatur a sycophanta et calumniatore Vlysse, qui mala cum Graecis

τηγορεῖ, καὶ τὰς ἀποδείξεις ἀπαραγράπτους ἔχειν φησίν. Ἄγεται τοίνυν ἐκ τῆς κλίνης τὸ δόλιον ἐπιστόλιον, τὸ γραμματεῖον τῆς ἀδικίας, μάρτυς ψευδὴς ὅμως κατηγορῶν διαῤῥήδην καίπερ ἄφωνος. καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀπόφασις εὐθὺς κατὰ τοῦ σοφοῦ, καὶ Μυκηναῖοι καὶ Ζακύνθιοι λίθοις τοῦτον πυκνοῖς ὡς νιφάσι βάλλοντες, ὃν ἔδει στεφανοῦσθαι τοῖς πανευτίμοις, κατακτείνουσιν ὡς κύνα, τὸν ἔνθεον, τὸν σοφώτατον, τοῦτο μόνον κτεινόμενον ἐκφωνήσαντα, χαῖρε ἀλήθεια. πρὸ ἐμοῦ γὰρ τέθνηκας· οὕτω πικρῶς τοῦ θαυμασίου Παλαμήδους ἀποῤῥήξαντος τὴν ψυχὴν, ἐδάκρυεν ὁ στρατὸς. πλὴν ἐν κρυφῇ καὶ καρδίας τὸ πλεῖον μυχοῖς διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ὀργήν· οὐ συνεχώρει γὰρ θάπτειν ἢ σταλάττειν ῥανίδα πενθικὴν ἐπὶ τῷ σοφῷ, ἐῤῥίφθαι δὲ τοῦτον ἄκλαυστον ἄθαπτον. Ἀλλ' ὁ μέγας Αἴας ὁ Τελαμώνιος ἐκμαθὼν τὴν ἐπὶ τῷ . . .

Λείπει τἄλλα.

cis fide egisse Palamedem, eiusque rei demonstrationes minime reiiciendas sese habere, professus est. Educitur ergo e lecto fraudulenta epistola, litterae iniquae, testis falsus, qui sine voce, palam tamen accusauit Palamedem. Statim a rege sententia contra sapientissimum virum fertur, quem Mycenaei et Zacynthii densis lapidibus, niuis instar irruentibus, obtegunt. Atque sic vir, praestantissima corona dignus, ad modum canis interficitur, vir, inquam, diuinus et sapientia clarissimus, qui dum occiditur, non aliam edidit vocem, quam hanc: Vale veritas, tu enim ante me obiisti. Palamedem, tam crudeli ratione animam emittentem suam, lacrimis prosecutus fuit exercitus, sed clam et intra pectus, doloremque cohibuit, ob Agamemnonis iram. Hic enim et sepelire eum prohibuit, et ne lacrimulam quidem stillare huius viri sagacissimi caussa; indefletum et inhumatum esse voluit. Verum magnus ille Aiax Telamonius cognita . . .

Reliqua desunt.

XXV.

Codex vigesimus quintus chartaceus est in quarto foliorum scriptorum CXVI. non quidem ante multa saecula exaratus, de praestantia tamen commendabilis, continens quippe tres priores *Aeschyli* Tragoedias, quarum nomina sunt, Προμηθεὺς δεσμώτης, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, et Πέρσαι. Praemissa est vita Aeschyli Graece scripta, eadem, quoad rem, cum illa, quae in editione Henr. Stephani an. 1557. et aliis conspicitur; quoad verba autem in quibusdam varians. Scholia habet tam interlinearia, vt vulgo vocant, quam marginalia. Illa verborum nudas praebent expositiones, haec sensum enarrant copiosius. Differunt porro illa scholia ab his quae *Petrus Victorius* publicauit; nescio an ab iis etiam, quae *Thomas Stanleius* ex variis MSS. adiecit: nobis enim pulcerrima illa editio haud est. Dabimus tamen, vt componi cum istis queant, Scholia ad primae Tragoediae versus priores XXI. eo modo, quo in codice nostro leguntur, descripta.

	γῆς μακρὸν καὶ ὑψηλόν·	ἀφ' οὗ πόλυ καὶ μακρὰν τις δύναται
Τὸ κράτος καὶ ἡ βία.	Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον	(subaudi ὁρᾶν.) λέγει δὲ τὸν καύκασον, ἤγουν τὸ μακρόθεν ὁρώμενον.
	τὴν ὁδόν.	
	Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.	
	ὦ πρέπει ἐντολὰς, προστάξεις (leg. προστάξεις.)	
	Ἥφαιστε σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς,	
	ὁ Ζεὺς ἔδωκε, ἐκέλευσε	
	ἅς σοι Πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις	
	ἢ τὸν Προμηθέα συνδῆσαι	
	ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι,	
	πτέῤῥαις (sic) σιδηραῖς	
	ἀδαμαντίναις πέδαισιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις.	

λαμπηδὼ
τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
ἀνθρώποις ἔδωκε ἕνεκα οὖν
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. Τοιᾶσδέ τοι
αὐτὸν τὸν Προμηθέα
ἁμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην
ὅπως τὴν βασιλείαν
ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
τιμᾶν
στέργειν· φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.
ὁρισμὸς
Ηφ. Κράτος Βία τε σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς
καὶ ἐμπόδιον τοῦ πληρωθῆναι· ἐπιῤῥηματικὸν εἰς τὸ ἐξῆς
ἔχει τέλος δὴ, κ' οὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι.
ἀπρόθυμος
ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
ὥστε αὐτὸν ἄκοντα. ἐπὶ τῇ πέτρᾳ· εἰς τὸν χειμῶνα ἔσω κειμένῃ. (sic)
δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ
ἀποῤῥίπτειν δεινὸν καὶ ἐπαχθές.
(*) ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.
καὶ ὀρθὰ βουλεύουσαν αἱ ὑψηλὰ κατὰ τὴν βουλήν.
τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,
μὴ θέλοντα μὴ βουλόμενος δεσμοῖς σιδηροῖς
ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
προσδήσω· προσηλώσω. τῷ ἐρήμῳ ἀπανθρώπῳ τόπῳ.
προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
κλύεις ὄψει τινός
ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὀπτώμενος φλογιζόμενος καιόμενος καθαρᾷ θέρμῃ.
ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ &c.

Et ad marginem additur: σταθεύων γάρ φησιν Ἀττικόν· τὸ κατ' ὀλίγον ὀπτᾶν. Atque vt de marginalibus etiam Scholiis iudicari possit, vnum ex illis alterumue adscribemus. Ad versum 41. et verba αἰεί τε δὴ νηλὴς σύ, haec notantur: ἐπειδὴ τὸ κράτος θεὸς ἦν, διὰ τοῦτο ἀρσενικῶς προσείρηκε, καὶ πρὸς τὸν Δία ἀπέδωκε ταῦτα. τὸ γὰρ κράτος ἀπὸ τοῦ Διός· ἐξουσία αὐτοῦ ἐστιν ὁ Ζεύς. Quae conueniunt cum editis Scholiis, si sensum attendas, non verba. Ad versum 47. sequentia leguntur, in Scholiis, a *Victorio* in lucem publicam emissis, non obuia: εἰπόντος Ἡφαίστου περὶ τῆς αὐτοῦ τέχνης, ὡς ἐκ θεοῦ ταύτην ἔλαχεν, πρὸς τὸ κράτος φησὶν, ὡς ἅπαντα ἐπράχθη καὶ ἐγεγόνει τοῖς θεοῖς πλὴν τοῦ κοιρανεῖν καὶ ἄρχειν· τουτέστι, ἅπαντα δέδοται τοῖς θεοῖς, ὅπλα μὲν Ἄρει, Ἀρτέμιδι τόξα, Ἀπόλλωνι δὲ μουσική, σοὶ δὲ νῦν ἔχεις τέχνην, καὶ ἕτερα ἑτέροις, τὸ δὲ βασιλεύειν μόνος ὁ Ζεὺς ἐκληρώσατο· ἐπεὶ οὖν ταῦτ' ἔχει, ἀνάγκη καὶ σοὶ ἣν παρέλαβες τέχνην στέργειν, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Διὸς ἐπιτεταμένα σοι ἐκτελεῖν. Ad versum 60. haec obseruat Scholiastes: τουτέστιν, ἵνα γνοίης ὡς εἰ καὶ τὸν Δία ἀπατᾷ καὶ σοφίζεται, ἀλλ' οὐδέ τι πλέον δύναται, ἐλάττων τούτου τυγχάνων· ἢ οὕτω νόει. ἵνα μάθοι νωθέστερον καὶ ἀμελέστερον καὶ ῥαθυμό-

(*) Praemittitur in editis versus, qui non est in codice nostro.

θυμότερον ἔχειν πρὸς τὸ τὸν Δία σοφίζεσθαι. τυπτέον; ἵνα παντελῶς ἀφίστηται τούτου; ἀντείπωμεν πρὸς αὐτόν: ἀλλὰ δὲ τὸ εἰπεῖν ΕΙΝΑΙ, πρὸς μετοχὴν ἔτρεψεν ΩΝ εἰπών· ὅπερ ἐπικρατεῖ.

APPENDICVLA.

XXVI.

Adnectimus duos codices, Latinos quamuis, e fonte tamen Graeco ductos, et ab *VFFENBACHIO* meo ad recensendum missos. Praesens

Codex vigesimus sextus chartaceus est in quarto, constans foliis scriptis LII. calamo Italico et eleganti exaratus A. C. 1479. continens, vt titulus habet, librum *Andromachi in arte tryace magne*, siue, de Theriaca, ex Graeca linga, vt persuadere nobis translator vult, in Latinam traductum. Interpres homo rudis fuit, vt tunc erant saecula, et ne Latini quidem sermonis exacte peritus. Is in praefatione (quam praecessit index materiarum in hoc volumine tractatarum) multum commendat Andromachi hocce opusculum, atque sic praeloquium auspicatur. *Hoc est quo incepimus a translatione huius libri quem composuit Andromachus medicus in arte huius tryace magne. Verba translationis. O quam bonum quidem fecit Andromachus cum hunc composuit et aggregauit ipsum super precedentium medicorum sententiam in arte medicine profectorum quia composuit eum cum modo iuuamentorum et causarum omnium medicinarum que sunt in ipsa et in quantitate ponderum eorum et proprietatibus iuuamentorum ipsa expositione sufficienti et ostensione manifesta* &c. Subiicit mox quaedam, ex quibus non minus Democritum; (quem *Galenus* passim Damocratem, *Plinius* vero H. N. XXIV. 8. Democratem adpellat, noster vero et hic et alibi constanter Democritum salutat) quam Andromachum scripti huius auctorem existimare quis posset. *Et Democritus quidem*, inquit, *composuit hunc librum pecardo post exaltationem Christi qui est trecentessimus sexagessimus annus Alexandri. Et Galienus quidem in libro quem composuit de tryaca dixit quod quamuis consuetum sit Andromachum consuetus est tamen hunc regem cui Andromachus hunc composuit librum.* Haec quomodocunque intelligenda sint, (sunt enim ἄδυνατα) verosimile nobis videtur, quidquid heic legitur, neque Andromachi senioris esse, neque etiam iunioris. Ille enim carmine Theriacam descripsit; hic multo accuratius et elegantius proposuerit necesse est argumentum suum, laudatum quippe impense ab antiquioribus. Quid ergo? Theriacam conficere docet auctor codicis, ad praescripta Andromachi, et quidem filii, cuius haud sane interpretem agit, sed nugacissimum commentatorem, qui in exponendis sexcentis rebus, vnde fit Theriaca, et consideratione viperarum, laborem potissimum posuit. Quod vt mecum credas, lector, visum est XIIII. capitum, in quae diuiditur liber primus, summam, plane ad fidem et scripturam codicis MS. adpingere.

I. *Interpretatio translationis huius libri, cum expositione sermonis primi, cuius hec sunt verba.* Initium capitis est: *Tria sunt omnium medicinarum iuuamenta.*

II. *De medicinis.*

III. *Huius libri prologus completus est: et hec est intentio libri.* Incipit: *Dico quod necesse est nobis aggregemus in ipsis omnia.*

IIII. *De nutrimento.*

V. *De signis serpentum et viperarum malarum, que non conueniunt in opere huius tryace.*

VI. *Descriptio vipere conuenientis.*

VII. *Exemplum cognoscendi harum, et tempus capiendi serpentes.*

VIII. *Exemplum quod carnes piscium malorum sunt salse.*

IX. *Sermo trociscorum de squilla.*

X. *Sermo in trocisorum andracorum compositione.*

XI. *Sermo in trocisis Andromachi, et sermo in arte Tryace, et eius compositione.*

XII. *Sermo in arte tryace, et expermixtio-*

ne eius etiam in permixtione, et confectione tryace.

XIII. *Sermo experientie tryace cognitione infecta, et non infecte, et que de ea mala, et que bona.*

XIIII. *Sermo in iuuamento tryace et cui conuenit.*

Hactenus ſummarium libri primi. Sequitur enim poſt caput XIIII. in MS. haec adnotatio : *Iam compleuimus ſermonem in arte tryace et iuuamentis eius : incipiamus ergo, ſicut narrauimus, enunciemus cauſas et rationes que vnicuique earum rerum quarum rememorationem fecimus.* Ac ſtatim, non adpoſito vel primo vel ſecundo capite, initium ſumitur a tertio, atque hoc finito, caput 24. ſequitur, neglectis intermediis omnibus. Finem codex habet cum capite 91. cuius tamen ſiue innumerae ſunt ſectiones, ſiue totidem alia diuerſa capitula, quae vero diſtincte adnotare, nomenque cuiuſuis in fronte praeſcribere, viſum haud fuit librario. Harum ſectionum vltima eſt *De electione viperarum.* Vt vero dilucide magis conſtet, non ipſum hic Andromachum, ſed expoſitorem eius, prout dixi, quaerendum eſſe, vel ſola inſpicienda eſt capitis 48. ex libro II. inſcriptio, exſtans folio XXX. a. *Quare precepit Andromachus vt capiantur in littore maris vipere:* vna cum initio capitis: *Dico ergo quod ipſe praecepit.* Ac ruſum capitis 91. exordium, fol. 42. a. *Dico ergo quod Andromachus cum medicinis reliquis primis ponebat de cynamomo.* Quae omnia, non ipſum hic loqui Andromachum, manifeſto docent. Commentator eius eſt, qui verba facit, ac mentem Andromachi enarrat ; quod cumprimis patebit ex libri primi capite vndecimo, quod nunc adferemus totum ex folio 14. b. *Dico quod melior distinctionum et deſcriptionum tyriace eſt hec deſcriptio, et magis completa ; que eſt electa et experta : et illud eſt vt ſumantur trociſcorum ſquile* ℨ. 48. *hec eſt Andromachi et omnium medicorum antequorum, excepto Democrito qui fuit tempore. 6. nam ipſe diminuit de hoc pondere* ℨij. *Et ſumantur trociſcorū viperarum* ℥. 24. *et trociſcorum andracharon, et piperis nigri, et opii, omnium* an. ℨ. 24. *de cynamomo vero omnes primi ponebant in ea* ℥. 12. *Sed Democritus premiſſus tempore Galeni poſuit de ipſo duplum huius quantitatis, roxarum* ℥. 12. *et ſeminis napi ſilueſtris, et Scordeon, et lilii celeſtis, et agarici, et ſucci liquiritie, et eſt robaſus, et olei balſami boni, omnium* an. ℥. 12. *mire et croci cinciberis, et reu, et pentafilon, et eſt planta quinque foliorum, et audengem montani, et macedonici, et ſticados, et coſti, et piperis albi, et de fremilii et epulengium et thuris, et floris quinanti, et ginalbati, et albenefit, et caſie lignee nigre, et ſpice aromatice, et polii, omnium,* an. ℥. 6. *ſtoraces et ſeminis apii, et ſileris, et ſeminis beleſil, et eſt daucus, et ameos, et camedreos, et camephiteos, et ſucci ipoquiſtidos, et herba irei, et ſpice celtice, et folii vidi, et meu, et gentiane, ſeminis feniculi, et ſigilla paludis, et eſt lutum romanum, et calcandis aſſati. In cuius vſtione non ſit vltimatio, imo aduratur ſecundum eius et medietatem, et amomi, et acore, et carpobalſame, et fu, et ipericon ; gumi et corduci, aniſi et acatie, omnium* an. ℥. 4. *et inſie, et eſt ſemen bancie et alkinari, et albendagur, et bytuminis aſpalti iudaici et genſere* 1. *opopomacum et centaurce minoris, et ariſtologie rotunde, omnium* an. aur. 2. *Primi autem ponebant de ariſtologia longa : mihi autem viſum eſt ponere de rotunda, et de caſtoreo quidem pondere aur. 2. et quidam poſuerunt pondus* ℥. 4. *de ſerapino vero Andromachus ponebat aur. 4. Keſi martes autem et Democritus et meabis poſuerunt aur. et melis albaſcia, et eſt mel quod ſugunt apes ex herba que dicitur albaſe diſpumati libr. 10. et vini antiqui odoriferi acidi vel acuti aut eius quod ei ſimilatur ex vino Kiſt. 1. Hec ergo omnia ſunt que ponuntur in tryaca ex omnibus medicinis ſecundum completionem deſcriptionem deſcriptionum.* Atqui haec eſt Andromachi iunioris deſcriptio theriacae, quam et *Galenus* ſeruauit lib. 1. de antidotis, tom. 2. operum pag. 430. edit. Graecae Baſileenſis. Verum longe meliore ordine et conciſius verba fluunt Andromachi apud Galenum, ex quo ea adferemus : Ἀρτίσκων σκιλλητικῶν δραχμαὶ μη΄. ἀρτίσκων θηριακῶν δραχμαὶ κδ΄. μάγματος ἡδυχρόου, πεπέρεως μέλανος, ἀνὰ δραχμὰς κδ΄. ὀπίου δραχμαὶ κδ΄. ῥόδων ξηρῶν, σκορδίου κρητικοῦ, βουνιάδος σπέρματος, ἴρεως ἰλλυρικῆς, ἀγαρικοῦ λευκοῦ, κινναμώμου, γλυκυρρίζης χυλοῦ, ὀποβαλσάμου ἀνὰ δραχμὰς ιβ΄. σμύρνης, κρόκου, ζιγγιβέ-

ζιγγιβέρεως, ῥήυ ποντικῦ, πεντάφυλλυ ῥίζης, νεπίτυ, ὅτως οἱ Ῥωμαῖοι τὴν καλαμίνθην ὀνομάζυσι, πρασίυ, πετροσελίνυ, στοιχάδος, κόστυ, πεπέρεως λευκῦ καὶ μακρῦ, δικτάμνυ κρητικῦ, σχοίνυ ἄνθυς, λιβάνυ, τερμινθίνης, κασσίας σύριγγος, νάρδυ ἰνδικῆς, ἀνὰ δραχμὰς ς. πολίυ κρητικῦ, σισέλεως, στύρακος, θλάσπεως, ἄμμεως, χαμαιδρύος, χαμαιπίτυος, ὑποκιστίδος, χυλῦ μαλαβάθρυ, νάρδυ κελτικῆς, γεντιανῆς ῥίζης, ἀνίσυ, μήυ ἀθαμαντικῦ, μαράθρυ σπέρματος, λημνίας μίλτυ, χαλκίτιδος ὀπτῆς, ἀμώμυ, ἀκόρυ, φῦ ποντικῦ, βαλσάμυ καρπῦ, ὑπερικῦ, ἀκακίας, κόμμεως, καρδαμώμυ, ἑκάστυ δραχμὰς δ. δαύκυ σπέρματος, χαλβάνης, σαγαπηνῦ, ὀποπάνακος, ἀσφάλτυ, καστορίυ, κενταυρίυ λεπτῦ, ἀριστολοχίας λεπτῆς, ἑκάστυ δραχμαὶ β. μέλιτος Ἀττικῦ δραχμὰς ρν. τῦ δὲ οἴνυ δραχμὰς π. Ecquis non videt, quomodo mutata verborum Andromachi series? quam multa addita? quam deprauate omnia scripta?


XXVII.

Codex vigesimus septimus chartaceus est in quarto, foliorum CCXII. scriptus A. C. 1537. sistens Odysseae *Homericae* interpretationem Latinam oratione prosa adornatam, incerto ab auctore profectam, ac verbum de verbo exprimentem, quamuis haud raro infeliciter. Exemplo sit ipsum Odysseae initium, quod sic in Latinum mutauit interpres:

Virum dic Musa multiscium qui valde multum
Errauit, postquam Troiae sacrum oppidum occidit,
Multorumque hominum vidit vrbes moresque cognouit.
Multos hic in ponto passus dolores suo in animo,
Vendicans et suam animam reditumque sociorum.

Quis toleraret versionem, *occidit oppidum?* quid *pontus*, vox origine Graeca, et Latinis Poetis pro *mari* vsurpata, in Latina interpretatione soluta? Et num ἀρνύμενος est *vendicans?* vel potius, *operam dans, vt et suam vitam conseruet, et amicis reditum paret?* Sic Iliad. A. 159. τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ. *operam in eo collocantes, vt poenas darent Menelao.* Alii ἀρνύμενος *iuxta aestimans* vertunt, secuti scholia, quae habent ἀντικαταλλασσόμενος. Neque id male. Plura specimina loco vt adferrem, nescio quid suadere possit. Nam ex hac particula totum corpus aestimare cuiuis licet. Id praetermittendum haud est, quod non integra semper singulorum versuum interpretatio legatur adposita, sed solum aliquando initium; id quod potissimum illis in locis factum, vbi crebrae earundem locutionum repetitiones per totum occurrunt opus. Tantum de hoc codice.

FINIS SECVNDAE PARTIS.



BIBLIOTHECAE UFFENBACHIANAE SEV CATALOGI MSSTORVM

PARS TERTIA

CONTINENS CODICES ORIENTALES RELIQVOS

PER

CAROLVM DADICHI ANTIOCHENVM

MAXIMAM PARTEM DESIGNATOS.

Volumen I. in quart.



Odex membranaceus Aethiopicus, Capsulae ligneae non ineleganti inclusus. Huius operculo sequens agglutinata est inscriptio Belgica:

Het nieuvve Testament en de Psalmen Dauids met Abyssieuse letters in die Tale geschreven, door de Zoon van den Abyssiensen Gesandt Chodja Morad, die het selue aen de Edle Heer Gouverneur Generael Ioan Camphuys in den Iare 1691. *heeft vereert, synde gem. syn Soon met hem uyt Abyssinien vertrocken, en op die reys overleden. Quae ita sonant verbotenus: Nouum Testamentum et Psalmi Dauidis Abyssinicis litteris inque eadem lingua scripti per Filium Abyssinici Legati Chodja Morad, qui illud (scil. Test.) Nobilissimo Gubernatori Generali Iohanni Camphusio an.* 1691. *donauit, proficiscente dicto eius Filio cum eo ex Abyssinia et in itinere* (postea) *mortuo.*

Ast haec merae sunt nugae. Versos est altera inscriptio ab alia manu rubro colore adpicta. Hanc enim sic lego ac, cum nonnullae litterae euanuerint, restituo:

Psalterium cum Canticis ex vet. Test. et Canticum Canticorum.

Vt vero plenius cognoscas vnicum, quem hactenus nancisci potui, codicem Aethiopicum, MAII mei de eodem iudicium proferam:

Continet codex hic Tuus Psalterium et Canticum Canticorum, suntque haec omnia eo ordine sibi innexa, quo in Ludolfiana conspiciuntur editione, vt nimirum Psalmis Dauidicis adiiciantur hymni prophetarum virorumque sanctorum vtriusque Testamenti, ac tum denique Canticum sequatur Salomoneum. Post hoc videas encomium, vt Aethiopes vocant, siue orationem ad Deum ac Deiparam Mariam directam, estque haec posterior, diebus Festis sanctissimae Virginis recitanda, prolixissima. In aliis vero litteris

teris tertio nonas Sept. MDCCXIV. ad me datis de eodem codice eiusque aetate haec scribit: *Aetatem Aethiopici codicis scire gestis, Amice. Lubens indicarem si ipsus nossem; longe excedit eam tempestatem, quam scheda affixa inuolucro ligneo prae se fert, et quae tota, opinor, ex mendaciis est conflata. Quaedam codici illi tuo praemissa sunt folia, in quibus huc facientia extare coniicio, sed scripta illa sunt lingua Amharica &c.*

Volumen II. in duod.

Psalmi Dauidici in linguam Moscouiticam traducti ac eleganti satis manu descripti.

Volumen III. in octau.

Philippi Baldaei Orationes et Catechismus in linguam Tamul vers. per Franciscum Fonsecam Canacapoli in regno Iafnapatarac. Volumen manu ac charactere elegantiss. exaratum.

Volumen IV. in quart.

Quod olim Theologi Celeb. Sal. van Til fuit, et in eius Librorum Catalogo p. 152. num. 17. hoc modo recensetur: Catechesis Sinensis cum addita vocum genuina lectione et versione Belgica de verbo ad verbum MS.

Volumen V. in quart.

Aliud ex eiusdem Bibliotheca. En titulum ex eodem Catalogo p. 152. n. 18. Quindecim Alphabeta Iauanica MS.

Volumen VI. in quart.

Complectens varia Grammaticalia Malabarica. Occurrit

I. Arte Tamul siue Institutio Grammatica linguae Malabaricae, idiomate Lusitanico, ex maiori Opere P. Casp. d' Aquilar Soc. Ies. confecta, quod ex praefatione patet. Attulit hoc volumen istis ex oris Philippus Baldaeus V. D. M. in regno Iaffnapatam in Belgium, et ex hac procul dubio desumsit, quae in Itinerario suo de hac lingua habet. Vid. eiusd. Beschryvingh van Coromandel.

II. Fidei Confessio lingua Tamul et Lusitanica: Confessionario Portugez et Tamul. Accedit in fine Oratio Dominica, Symbolum Apostolicum et variae preces lingua Malabarica.

III. De Malabaersche Schryffconst, id est: Ars scribendi linguam Malabaricam.

Volumen VII - XIV. Forma varia.

Octo haec volumina Sinica sunt, ex quibus duo variis figuris elegantibus ornata. Quid contineant, non constat, cum Oedipus, Interpres scilicet linguae Sinicae peritus, desit.

Volumen XV. Fol. forma max.

Chartophylax seu Chartophorum, quod Gallis *Porte-feuille* dicitur. Recondita in hoc folia chartae subtilissimae Sinicae sericea, in quibus varia animalia, plantae aliaeque res naturales eleganter depictae, adiectis earum non solum nominibus, sed et vberiore nonnullarum descriptione lingua Sinica. Insignis ad naturalem Orientis Historiam adparatus.

Num. XVI - XVIII.

Libri Tres Malabarici seu potius fasces foliorum Palmae, in quae stylo ferreo istis in oris scribere vel potius sculpere solent.

I. Continetur Euangelium Matthaei integrum in linguam Malabaricam translatum.

II. Euangelia quae vocantur Dominicalia, ex omnibus Euangelistis desumpta, et in eandem linguam versa.

III. Foliis crassioribus Iuccae, quae species Palmae est, constans, sistit rudimenta ipsius linguae Malabaricae.

Argumenta indicauit Vir Cl. M. Elers, qui hanc linguam optime callet. Notandum adhuc folia omnia in medio perforata esse, ac filis sericeis per isthaec deductis constricta. Ea etiam folia quae Euangelia Dominicalia complectuntur, asserculis rubro colore obductis inclusa sunt.

Num. XIX.

Diploma lingua Aramena exaratum, cuius argumentum, Interprete deficiente, haud constat.

Volumen XX. octau. mai.

Codex est lingua Persica scriptus, quem M. Ioh. Ernestus Mullerus, Gymnasii Isenacensis Director meritissimus, Praeceptor olim noster, in Gymnasio Rudolphopolitano, fidelissimus, nupertime dono misit. Complectitur, vt Vir ille linguarum tam Orientalium quam Occidentalium multarum peritissimus, in literis certiorem fecit, nonnulla Corani

capita vel Suratas, quae a Muhammedanae Religioni addictis tempore belli legi solent, quibus variae orationes et hymni immiscentur.

INDEX CODICUM ARABICO-TURCICORUM a CAROLO DADICHI ANTIOCHENO CONFECTUS.

Volumen XXI. in quart.

Codex praestantissimus ineditus continens partem Vitarum quadraginta sex Patriarcharum Alexandriae, a Marco Euangelista usque ad Cabilum. Opus e Coptica in Arabicam linguam versum, Auctore anonymo, qui adiutorem habuit quendam Diaconum, nomine Michaelem Filium Nadiri, prout verba declarant sequentia, quae fol. 6. leguntur:

Ego ex deserto patris Macarii ex eiusdem ac aliis Thebaidos monasteriis vitas Patriarcharum Alexandriae collegi, quarum nonnullas Diaconus Michael Nadiri filius vertit e lingua Coptica in Arabicam.

Idem forsan Michael Diaconus integrum postea hoc volumen traduxit. Series Patriarcharum haec est:

I. Marcus Euangelista, cuius vitam Author siue Interpres dicit peculiari libro contineri, quae altera huius operis pars videtur. II. Anianus qui praefuit Sedi Patriarchali annis 21. III. Melius an. 12. IV. Cardanus an. 11. V. Abrimius an. 12. VI. Iustus an. 11. VII. Eumenius an. 13. VIII. Mareianus an 9. IX. Clodinus an. 14. X. Agrippas an. 12. XI. Iulianus an. 10. XII. Demetrius an. 43. In huius Patriarchae vita haec notatu digna leguntur: Et erat similis Iosepho, quandoquidem uxorem habebat, sed erat Iosepho praestantior, quia vxorem suam nunquam cognouit. Si quis autem petat, quomodo liceat Episcopo vxorem habere, respondendum est: Apostolos definiuisse Episcopum non peccare si uxorem vnam habeat. Sub finem huius vitae, vbi de Canone S. Scripturae agit, dicit: Euangelium Matthaei scriptum fuisse Hebraice et asseruari integrum Caesareae in papyro Tumar apud quendam Proshopolitem, fuisseque Graece versum ipso inspirante Christo. XIII. Patriarcha Heraclas qui sedit an. 13. XIV. Dianysius an. 17. XV. Maximus an. 18 XVI. Theonas an. 19. XVII. Petrus an. 11. Patriarchà XVIII. vti etiam XXI. ac XXII. deficiunt. XIX. Alexander an. 16. XX. Athanasius an. 47. XXIII. Theophilus an. 28. XXIV. Cyrillus an. 32. XXV. Dioscorus cuius anni non notantur. Author appellat hunc Patriarcham Sanctum ac Martyrem, quamuis fuerit a Chalcedonensi Synodo condemnatus ob Eutychianismum. Hinc coniectura est ipsum quoque auctorem fuisse Eutychianum. XXVI. Patriarcha Timotheus, qui praefuit Sedi Patriarchali an. 22. XXVII. Petrus an. 8. XXVIII. Athanasius iunior an. 7. XXIX. Iohannes an. 8. XXX. Iohannes Solitarius an. 21. XXXI. Dioscorus iunior an. 3. XXXII. Timotheus an. 27. XXXIII. Theodosius an. 31. XXXIV. Petrus an. 2. XXXV. Damianus, cuius anni non exprimuntur. XXXVI. Anastasius, nec huius anni supputantur. XXXVII. Andronicus an. 7. XXXVIII. Beniaminus an. 39. Sub hoc Patriartha coepit Mohammades Prophetam se venditare. XXXIX. Agathus cuius anni non numerantur. XL. Iohannes Samnudensis an. 9. XLI. Isaacus an. 3. XLII. Simeon an. 9. cum dimidio. XLIII. Alexander cuius anni non recensentur. XLIV. Cosmus an. 1. cum dimidio. XLV. Theodorus an. 11. XLVI. Chabilus an. 23.

Volumen XXII. octau. mai.

Quod e Bibliotheca viri Celeb. Sal. van Til. sub hasta vendita comparaui, in cuius librorum Catalogo p. 152. num. 20. hoc modo recensetur: Insuf Beharadi Historia Prophetarum, praesertim Muhammedis et Familiae eius Persice. MS. Ast Carolo nostro Dadichi, cui maior omnino fides habenda, longe alius visus: Codex scilicet Turcicus sine notis vocalibus exaratus charactere forensi et lectu paulisper difficili, manu Abrahami, Filii Ali, anno Hegirae 1024. Asseruit vero Dadichi continere historiam quorundam Patriarcharum, Prophetarum, Chalifarum, eruditorum, ac nonnullorum principum Mohammedanorum.

Volumen XXIII. octau. mai.

Codex Turcicus partim cum notis vocalibus, partim sine illis descriptus. Continet vero duos libros, quorum prior in viginti capita tributus de peregrinatione Meccana; alter autem, eodem idiomate Turcico compositus, de peregrinatione Hierosolymitana agit. Author prioris vocatur Senex Seranus, Graecus, celebris in Mecca concionator; posterioris nulla fit mentio, idem tamen videtur et hunc concinnasse. Volu-

Volumen XXIV. Fol. min.

Codex Corani satis pulchro ac quidem distincto charactere cum notis vocalibus exaratus manu Mahmudi filii Abdolgafruri in oppidulo Aquisagia, absolutus die Martis mensis Rabiae secundi anni Hegirae 975. imperante Selimo. Deficiunt nonnulla in hoc codice, quod dolendum. Occurrunt autem sequentes lacunae I. ab initio primae Surae vsque ad tertium versum secundae Surae. II. A versu 74. decimae surae usque ad versum 66. surae vndecimae. III. A versu 9. surae quinquagesimae nonae usque ad versum 41. surae septuagesimae quartae, et a versu 16. surae septuagesimae quintae vsque ad initium surae centesimae decimae.

Volumen XXV. quart.

Codex Corani integer charactere eleganti ac admodum legibili exaratus, ac notis vocalibus instructus per manum Gaziliumscialensis anno Hegirae 1015.

Vol. XXVI. octau. mai.

Integerrimus Corani codex pulchro atque distincto charactere descriptus ac notis vocalibus insignitus.

Vol. XXVII. octau. mai.

Codex Corani cum notis vocalibus a duplici manu exaratus. Character vtriusque legibilis quidem est, ast non adeo elegans. Initio et fine aliquot Surae deficiunt.

Vol. XXVIII. octau. mai.

Codex charactere eleganti exaratus ac notis vocalibus instructus anno Hegirae 1076. per Mohammedem Filium Oromanni. Continet Textum totius Corani Arabicum.

Volumen XXIX. in quart.

Codex quem MAII mei liberalitati debeo, charactere perpulchro descriptus ac notis vocalibus instructus. Complectitur quaedam Corani fragmenta, decimam nonam scilicet partem, quae constat Suris poetarum, cum praecedentis Surae particula.

Vol. XXX. duod.

Habetur in hoc MSto Arabico selectus aliquot Suratarum ex Alcorano. Codex pulcherrimo charactere ac notis vocalibus exaratus.

Incipit (1.) *a Surata sexta Alcorani quae vulgo de bestiis inscribitur* (2.) *sequitur Surata Ias quae est XXXVI. in Alcorano. Huic* (3.) *attexta est Surata LVI. quae caput Irruentis dici solet.* (4.) *Accedit Surata Regni quae est numero LXVII. Denique* (5.) *agmen claudit Surata LXXVII. Caput Nuntii inscripta Hae omnes integrae hic leguntur.*

Volumen XXXI. duod.

Complectens nonnulla Corani capita, quibus variae subiectae sunt preces Arabicae, praefationibus Turcicis instructae. Codex vulgari charactere exaratus, cum notis tamen vocalibus.

Vol. XXXII. duod.

Codex praecedenti plane similis. Continet enim aliquot etiam Corani Suras ac orationes Arabicas.

Volumen XXXIII. duod.

Codex charactere vulgari nec admodum pulcro, partim cum notis vocalibus, partim sine illis exaratus anno Hegirae 1058. per manum Ali filii Mohammedis. Varia complectitur:

I. Quasdam Corani Suras.

II. Varias preces Arabicas cum praefationibus Turcicis.

III. Occurrunt circuli miris characteribus instructi, ita vt Amuleta videantur, in medio legitur: Non est Deus nisi Deus et Mohammedes eius Legatus.

IV. Tractatulus Turcicus de variis orandi modis, Arabica lingua conscriptus.

Vol. XXXIIII. duod.

Codicillus elegantissimus notis etiam vocalibus instructus. Continet quasdam Corani Suras, deinde varias preces Arabicas, quibus praescriptae leguntur praefatiunculae Turcico idiomate exaratae.

Volumen XXXV. duod.

Codex non vna manu nec eadem elegantia descriptus, notis tamen vocalibus vbique instructus. Continet quasdam Corani Suras, quibus additur oratio quaedam Arabica, quae tamen mutila, cum aliquot in fine folia excissa sint.

Volumen XXXVI. duod.

Codex cum notis quidem vocalibus ast charactere parum eleganti descriptus. Exhibet Corani Suram ordine trigesimam sextam, cum variis orationibus

Arabicis, quibus singulis additae sunt praefationes lingua Turcica.

Volumen XXXVII. duod.

Varia manu exaratum, media pars quae est elegantissima, per quendam Cosroe dictum, descripta est anno Hegirae 954. Est liber precum Mohammedanarum Arabicus cum praefationibus Turcicis. Praemittuntur duae e Corano Surae. Hoc vero volumen fine, medio ac ordine caret.

Volumen XXXVIII. duod.

Liber precum Mahommedanarum varia manu descriptus charactere non quidem eleganti, sed legibili. Notis vocalibus non vbique insignitus est. Singulis orationibus praemissa praesamina Turcica.

Volumen XXXIX. duod.

Codex sine notis vocalibus ac charactere vulgari descriptus. Sistit varias preces Arabicas cum praefationibus Turcicis.

Volumen XL. duod.

Codex fine carens partim cum notis vocalibus partim sine illis exaratus charactere vulgari. Complectitur orationes varias Turcicas cum praefatiunculis singulis praefixis.

Volumen XLI. in quart.

Codex Arabicus sine notis vocalibus varia manu exaratus, partim charactere simplici ac rotundo, partim vero Diuanico vel forensi, vtroque si non admodum eleganti, satis tamen distincto ac lectu facili. Complectitur autem varia.

I. Opus Morale-Theologicum Mohammedis Gaznarensis Filii Ahmadi. Tractat de purificationibus, lotionibus, oratione, Eleemosyna legali, et ieiunio Ramadanensi iuxta doctrinam ac placita Abuhanifae, cuius laudes integro capite decantantur. Adiectae huic operi variae in margine notae tam Turcica quam Arabica lingua.

II. Legitur in hoc volumine Epistola Abuhamedi Doctoris Ethici apud Mohammedanos celebratissimi ad quendam discipulum suum, in qua differit: quomodo comparandae sint scientiae et quaenam, deinde quomodo iis vtendum, et quae ab illis vtilitates capiendae?

III. Poemation exhibens sententias morales serie alphabetica. Annexa quinque praecepta Adami ad Filium Sethum ex traditione Mohammedanorum.

IV. Continet hoc volumen librum Iuridico-Theologicum initio mutilum, exaratum anno Hegirae 1021. mense Moharrano. Adscriptae in margine notae nonnullae, in fine vero adiecta duo folia alterius cuiusdam operis Iuridico-Theologici.

V. Libellum de iis quae in Oratione obseruanda.

VI. Sequitur alius liber prolixior de oratione ac de purificationibus, lotionibusque, quae eam praecedere debent, authore Abullaito.

Hi vltimi duo libri descripti quoque sunt eodem anno Hegirae 1021., sed mense Giamadio priore.

Volumen XLII. quart.

Codex Theologico-Iuridicus lingua Arabica scriptus sine notis vocalibus ac charactere lectu difficiliori. Complectitur varios libros de iure tam Canonico quam Ciuili Mohammedanorum. Primus, qui initio mutilus, differit de purificationibus, vltimus autem de legatis, siue de his quae legari solent. Author videtur sequi doctrinam Abranifae doctoris inter Mahumedanos celeberrimi.

Volumen XLIII. octau. mai.

Codex partim Arabicus partim Turcicus, vario charactere forensi ac simplici descriptus. Complectitur primo definitiones et explicationes vocum iuris difficiliorum, deinde sequitur farrago variarum iuris tum quaestionum tum responsionum magna ex parte lingua Turcica conscriptarum.

Volumen XLIIII. Fol. min.

Codex sine notis vocalibus exaratus, distincto quidem sed non adeo pulcro charactere. Continet quaecunque Auicenna scripsit Pharmaceutica seu de compositione et vsu medicamentorum. Prioris possessoris manus sequentia in fronte adscripsit:

Dominus Mey in Programmate quodam primo loco inter Medicos habendum iudicat Auicennam, vulgo sic dictum, propterea quod vniuersam Medicinam in corpus redegit, alias Abu Ali Ibn Sina dicitur, Philosophus aeque ac Medicus et Theologus inter suos praestantissimus.

Volumen

Volumen XLV. quart. forma min.

Codex Arabicus in quo:

I. Liber Physicus ex Peripateticorum sententia, auctore Abharo. Character est forensis punctis diaereticis carens, ac proinde lectu difficillimus.

II. Liber de Eloquentia authore anonymo. Exaratus vero hic est anno Hegirae 897. à duplici manu, vna antiquiore, quam epocha indicat, altera recentiore quae lacunam satis magnam suppleuit. Huius character est forensis, antiquioris vero simplex ac rotundus, sed cum vterque punctis diacreticis non vbique instructus sit, vterque lectu aeque arduus est.

Volumen XLVI. Fol. min.

Complectitur varios libellos Turcico Idiomate ab auctoribus anonymis compositos: de Astrologia Iudiciaria variisque diuinandi generibus, veluti per arenam, per lineas cutis &c. Descriptus est hic codex a Mohammade Filio Abrahami charactere vario, maximam vero partem simplici ac rotundo, omnia sine notis vocalibus.

Volumen XLVII. in quart.

Codex Arabicus charactere Diuanico ast lectu paulisper difficili exaratus, et quidem sine notis vocalibus. Continet

I. Grammaticam linguae Arabicae integram ac methodicam oratione ligata ac prosa scriptam, ita vt regulas primo generales sistat versibus, quae prolixiori deinde commentario explicantur. Auctor huius est Abrahamus Filius Mohammedis mense Sciaualo, anno Hegirae 1085.

II. Occurrit alia Grammatica sed magis abstrusa, ac vt ita dicam, Philosophica, auctore Caledo Azhauiensi Filio Abdallae. Vtraque eadem, vt videtur, manu descripta.

Volumen XLVIII. in quart.

Continet fragmentum Fabulae cuiusdam lingua Turcica conscriptae. Caret notis vocalibus ac charactere minuto nec adeo pulchro exaratum.

Volumen XLIX.

Proprie sic dictum ac theca lignea, rubro ac viridi colore picta, inclusum. Sistit Amuletum Mohammedanum. Initio depicti circuli, quibus tum Mohammedis, Abubacni et coeterorum Mohammedis successorum, tum etiam Michaelis, Gabrielis ac aliorum Angelorum nomina inscripta. Postea legitur praefatio Turcica, quam sequuntur orationes Arabica et Turcica. Confectum est hoc Amuletum anno Hegirae 1064. per manum Calibi filii Solaimani.

Volumen L.

Praecedenti plane simile, nisi quod figuris careat, quae autem, cum initio praefationis Turcicae, forte auulsae sunt.

Volumen LI.

Quod proprie etiam volumen est, constans chartis quamplurimis conglutinatis, manum transuersam non excedentibus. Sistit Amuletum quoque Turcicum cum orationibus Arabicis, notis Turcicis illustratis. Distincto charactere omnia scripta ac notae vocales adiectae.

Num. LII.

Epistola Turcica a Iohanne Baptista Podesta, Imperatoris interprete, scripta ad Georgium Pirandinaflum, Langianburgi commorantem an. 1690. panno serico inclusa.

Num. LIII.

Litterae Commeatus Turcicae variae.

Volumen LIIII. octau. mai.

Codex elegantissimus Arabicus, qui post discessum Caroli Dadichi accessit. Adsunt adhuc alii libelli Arabici, qui cum nonnisi rationes mercatorias continere videantur, locū hic habere vix merentur.

Volumen LV. duod.

Complectens duos libellos Moscouiticos, quorum prior typis, posterior manu descriptus est. Vterque sacri argumenti videtur.

FINIS TERTIAE PARTIS.



Uuuu INDEX



I.

INDEX
AVCTORVM ET LIBRORVM

Ebraeorum, Graecorum et Orientalium, quorum bene multi nondum antea editi fuerunt, in catalogo tamen recensentur, vel etiam obiter indicantur.

A.

B.

Orach

T.



II. LIBRI

II.

LIBRI TITVLIS EBRAICIS ORNATI.

א.

אבן רשד i. e. Auerrois Commentarii in Aristotelis octo libros Part. I. Cod. LXXXV.

אנוסה לעזרה· Haec oratio exh. P. I. Cod. XXVI. fol. 64.

ב.

ביאור מה שכללו ספר פורפוריאוס במבוא Auerrois expositio in Prophyrii libellum ἑισαγωγῆς, vna cum eiusdem Commentario לספר המאמרות P. I. Cod. LXXXVI.

ברוך שאמר liber nondum editus exh. P. I. Cod. CXIV.

ג.

גנת אגוז Hortus nucis P. I. Cod. CX.

ד.

דיני בדיקות P. I. Cod. LXVII.

דרך ארץ P. I. Cod. LXXXVII.

ה.

הגוים אפס ותהו oratio P. I. Cod. XXVI. fol. CXII. et Cod. LIII.

הלכות בדיקות P. I. Cod. LXXXVIII.

ח.

חלק חמשי במסרת P. I. Cod. CXXV.

י.

יורה דעות P. I. Cod. LXIX.

יצירה P. I. Cod. LXXX.

כ.

כונת קש sensus sublimior orationis: AVDI ISRAEL. P. I. Cod. LXXXI.

ל.

לב נתיבות חכמה P. I. Cod. LXXX.

מ.

מדרש אלה אזכרה Commentarius in orationem quae incipit: Horum memor ero P. I. Cod. LXXXVII.

מלות זרות של רב שמואל אבן תבון זל vocum obscuriorum a R. Samuele Aben Tibbon adhibitarum Expositio P. I. Cod. LXXXV.

מסכת פורים Tractatus de festo sortium P. I. Cod. XCIV.

מעין החכמות Fons sapientiae P. I. Cod. LXXX.

מעין חתום P. I. Cod. CXXXIII.

ס.

ס׳ הרכבה liber compositionis P. I. Cod. LXXXIII.

ס׳ רוח חן liber Spiritus Gratiae P. I. Cod. LXXXIV.

ס׳ הקומה liber staturae nondum editus, citatur P. I. Cod. LXXXVII. fol. V.

ס׳ הגורלות liber Sortium P. I. Cod. LXXXVII. fol. XXII-XXXII. et Cod. CXXII.

ס׳ חיי עולם liber vitarum seculi Part. I. Cod. LXXXVIII.

ס׳ הרזים liber Arcanorum Part. I. Cod. LXXXVII.

סוד האגוז Mysterium nucis atque קליפות P. I. Cod. LXXX.

סוד נטילת ידים Mysterium ablutionis manuum P. I. Cod. LXXXI.

סוד הגלגול Mysterium reuolutionis corporum defunctorum P. I. Cod. LXXXI.

ספרא דצניעותא P. I. Cod. LXXX.

ע.

עלינו לשבח oratio P. I. Codd. LVI. CVI. CXII. CXIII. CXVI.

עץ חיים pauca ex hoc libro exh. Part. I. Cod. LXXXI.

פ.

פדיון נפש P. I. Cod. LXXXI.

פרקי אליהו P. I. Cod. LXXXIII.

פטירת משה P. I. Cod. XC.

פרקי אבות P. I. Cod. XCII. &c.

ק.

קיצור מנהגים של הרב האלהי כמהורר יצחק לוריאה P. I. Cod. LXXXI.

ר.

ראש השנה P. I. Cod. CIV.

ש.

שער פרטי חמשה עולמות P. I. Cod. LXXX.

שאלות ותשובות מהרשק Part. I. Cod. LXXXVIII.

שלש עשרה מדות שיסוד הרר שלמה גבריאל זצל P. I. Cod. LXXXVII.


שערי ציון P. I. Cod. LXXXVII.

שפתי ישנים P. I. Cod. CXXVII.

ת.

תיקון של ר׳ ברוך שכר מקק פרוסטין P. I. Cod. CVIII. fol. LXVI.

תשובות הגאונים P. I. Cod. CXXII. fol. XIX.



III.

INDEX RERVM.

Pr. principium columnae, *m.* medium, *fin.* denique aut *f.* finem notat.

A.

Astro-

N.

O.

R.

Ruta





IV.

INDEX LOCORVM V. ET N. TESTAMENTI,

Vel illuſtratorum vel a Iudaeis deprauatorum.

Pſalmi.



V. INDEX



V.

INDEX AVCTORVM CHRISTIANORVM

Qui vel citantur, vel sub censuram mittuntur.

Bbbbb R. Re-

FINIS.



ADDENDA.

Col. 375. post finem versus sexti adde: *Tali modo exaratum hunc Psalmum dedimus in amuleto codicis CXXI. col. 339. vbi conferenda quae notauimus col. 341.*

Col. 407. post versum nonum insere: *Pleraeque ex his abbreuiaturis illae sunt ipsae, quae col. 374. occurrebant in remedio excitandi mortuos, atque nomina diuina LXXII. constituunt.*

Col. 430. versui 39. subiice sequentia: *De quo S. Gregorio Arch episcopo Armeniae peculiari libro non ita pridem egit Anton. Maria Bonucci, cui titulum fecit:* Istoria della vita, martirio e miracoli di S. Gregorio &c. *Romae* 1717. 4. *Et ante eum* Clemens Galanus *in historia Armena cap. 2. pag. 9. seqq. Quo etiam facit* Lettera dell' amicitia et dell' unione di Constantino gran Cesare, e di San Siluestro sommo Pontefice, e di Tridade Rè dell' Armenia, et di S. Gregorio Illominatore della natione Armena scritta nell' anno del Signote 316. *et recusa Venetiis* 1683. 4. *Armenice atque Italice.*

Col. 631. in fine versus 35. adde: *Est quoque* Χαῖρε φίλον φῶς *prouerbium, de quo* Suidas *tomo III. p.* 660. Brodaeus *ad Antholog. lib. 2. cap. 21. et* Erasmus *in chiliadibus, adagio:* Vale charum lumen. *Dicebant autem sibi inuicem* Χαῖρε *Salue, qui obuiam facti sese salutabant, prout constat ex* Luciano ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, *tomo I. p.* 495. *Adde* Alex. Morum *ad initium epistolae S. Iacobi.*

EMENDANDA.

Statim in fronte catalogi MSS. Ebraicorum, et quidem in collatione ordinum veteris ac noui, omissum est ORDO NOVVS, ac pagina sequente ante MSTORVM ponendum ORDO VETVS. Col. 1. versu 19. leg. *Haphtarae.* Col. 4. v. 28. leg. *sistensque.* Col. 6. v. 32. pro *quae* l. *qui.* Col. 8. v. 16. pro *ex* scrib. *et.* Col. 10. v. 17. dele *sunt.* Col. 33. v. 30. l. *precutiones.* Col. 34. v. 10. l. *Purim.* Col. 37. v. 8. l. *premuntur.* Col. 71. v. 22. l. *eorum.* Col. 79. v. 9. a fine leg. קִיבִּיר. Col. 83. v. 2. l. האומה. Col. 84. v. 6. l. באפו. Col. 86. v. 6. l. היום. Col. 89. v. 27. ante מלכותם pone *et*, sed versu sequente vocula *et* ante הגוים delenda. Col. 97. v. 19. a fine l. קנדלורא. Col. 100. v. 33. l. *copias.* Col. 101. v. 14. a fine l. *auctoremque.* Col. 111. v. 12. l. ספר. Col. 120. v. 16. ante finem post *desinens* adde *folio.* Col. 133. v. 16. l. *Gaudium.* Col. 134. v. 19. l. *adhibenda.* Col. 147. v. 17. l. *qui.* Ibid. v. 3. a fine l. וסוררים. Col. 151. v. 24. l. *loco.* Col. 153. v. 3. ante. fin. l. *asseclae.* Col. 160. v. 10. a fine l. *mandatum.* Col. 164 v. 16. l. א׳דר. - Col. 170. v. 32. l. *subsistit.* Col. 172. v. 21. pro עץ lege עף et ibid. pro עף l. עץ. Col. 174. v. 19. l. *praelegendae.* Col. 175. v. 8. ante finem l. חיות. Col. 176. v. 11. a fine l. חכמה. Col. 178. v. 7. a fine l. *redditum.* Col. 186. v. 29. l. *lancem.* Col. 198. v. 18. post *autem* adde *de.* Col. 201. v. 19. ponctum male post vocem יין locatur; ponendum est post כן. Col. 202. v. 26. post *vinum* adde *incipimus.* Col. 223. v. 3. l. *prudente.* Col. 226. v. 35. ante *quibus* pone *ex.* Ibid. v. 40. post *descripta* adiice *est.* Col. 261. in margine pro *venias* l. *venas.* Col. 277. v. 3. a fine l. התלויה. Col. 300. v. 30. l. *intimas.* Col. 306. v. 21. l. השנה. Col. 322 v. 3. l. *Gematria.* Col. 332 v. 12. a fine l. *proficisceretur.* Col. 335. v. 13. pro לילך l. ללך. Col. 336. v. 1. l. מלאכה. Col. 337. v. 32. pro *ad marginem* lege *intra textum.* Col. 359. v. 5. l. חדוה. Col. 361. v 24. l. חכמה. Col. 370. versu penult. leg. *sanat.* Col. 398. v. 18. ante אהיה ponendum שדי et haec ipsa vox in versu seq. deleoda. Etiam quae sequuntur verba, non sic a typotheta sunt disposita, vt Latinis e regione respondeant. Col. 402. versu penult leg. קדושתו vna voce. Col. 421. v. 15. a fine l. οἰόμενος. Col. 424. v. penult. l. *Gorgoniae.* Col. 425. v. 8. a fine leg. *Laodiceae.* Col. 426. v. 17. l. πομφόλυξ. Col. 427. v. 33. l. *Atque.* Col. 428. v. 17. ante fin. l. *diuersos.* Col. 429. v. 17. a fine l. τετίμηθα. Col. 441. v. 7. leg. ἐπιζῆσθαι. Col. 446. v. 16. l. τοσούτῳ. Col. 445. v. 26. l. ἁμαρτάνοντας. Col. 459. v. 11. l. πολλοί. Col. 466. l. 29 post ἔτι deleatur punctum. Col. 477. et 478. v. 11. leg. ὕπνε ac ὕπνων. Col. 482. v. 13. l. *Septimum.* Col. 486.

v. 18. pro *est* leg. *et*. Col. 487. v. 21. l. φησιν. Col. 497. v. 19. post *constans* non incisi nota est ponenda, sed τελεία στιγμή. Col. 503. v. 12. l. εὐλαβείας. Col. 504. v. 3. l. *noster*. Ibid. v. 12. l. *rogemus*. Col. 506. v. 3. a fine leg. πτέρυγες. Col. 511. v. 19. l. κατηχήμενοι. Col. 517. v. 12. ante fin. l. ῥυθῦναι. Col. 519. v. 33. pro εἰ leg. εἰς. Col. 534. v. 6. l. πῦρ, καυστικόν. Col. 536. v. 27. l *corroborant*. Col. 538. v. 27. l. *quem*. Ibid. v. 29. l. *maiestate*. Col. 539. v. 2. a fine leg. ἀρχιεπισκόπων. Col. 541. v. 25. l. στρατοπεδεύσαντας. Ibid. v. 31. l. σοφωτάτῳ. Col. 543. v. 4. l. *fol.* 39. Col. 545. v. 15. a fine l. προσελεύσεσι. Col. 549. v. 8. l. αἰτήσεως. Col. 550. v. 25. l. *illam*. Col. 553. v. 18. l. παραφυλάττειν. Ibid. v. 13. ante finem l. αὐταῖ. Col. 554. v. 3. l. *confident*. Col. 557. v. 2. l. πρώτης. Col. 567. v. 16. a fine l. ἀγνισάμενοι. Col. 575. v. 26. l. *Parisiensi*. Col. 576. v. 29. l. *ecclesiae*. Col. 578. v. 19. l. *Cephalas*. Col. 579 v. 20. l. *innolucrum*. Col. 583. v. 5. a fine l. ἀγλαά. Col. 587. v. 11. l. δυσπνεποιίαν. Col. 589. v. 5. l. γευστῶν. Ibid. v. 20. l. Περί. Col. 592. v. 23. l. *nuptiale*. Col. 593. v. 22. l. πόθοι. Col. 595. v. 8. ante fin. l. κῦροι. Col. 601. v. 13. a fine scrib. πρῶτον. Col. 603. v. 15. l. ἄν τις. Col. 604. v. 22. l. *Sponsam*. Col. 607. v. 19. l. τιμῇ. Ibid. v. 20. l. τόλμαν. Col. 608. v. 10. l. *quod*. Ibid. v. 13. l. *eo ipso*. Col. 609. v. 16. a fine l. βία. Col. 611. v. 19. l. χώραν. Col. 613. v. 2. l. ἐπί. Ibid. v. 10. et 11. leg. μονασανεύσας et πρώτας. Col. 615. v. 15. ante fin. l. πράξεων. Col. 622. v. 6. pro *focus* leg *iis*. Col. 626. v. 20. l *militabant*. Ibid. v. 26. l. *nostri*. Col. 627. v. 25. l. Κορινθίοις. Col. 640. v. 36. l. *gemino Sigma*. Col. 644. v. 27. post *in* adde *thesauro*. Col. 657. v. 5. a fine l. τύπῳ. Col. 659. v. 8. l. ταύτας. Col. 664. v. 28. l. *populos*. Col. 673. v. 11. lege τὴν. Ibid. v. 33. l. Ἕκτορα. Col. 674. v. 2. l. *Deam*. Ibid. v. 15. l. *Aulide*. Col. 675. v. 10. l. πρῶτον. Col. 679. v. 10. ante ταύτῃ haec pone: παρὰν, καὶ. Ibid. v. 29. l. Ἀτραμύτιον. Col. 680. v. 31. l. *Smyrna*. Col. 683. v. 12. a fine l. ὑπαγαγόμενος. Col. 684. v. 1. lege *raperent*.

